This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Princeton University Library
32101 075994689

RECAP

Digitized by Google

412
.854f
v.3

Library of



Princeton University.
Presented by
Mr. Junius S. Morgan.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
LEOPOLDINA LAVRENTIANA
SEV
CATALOGVS MANVSCRIPTORVM
QVI NVPER
IN LAVRENTIANAM TRANSLATI SVNT.

SVB AVSPICIIS
FERDINANDI III.
ARCH. AVSTR. MAGNI ETR. DVCIS

ANGELVS MARIA BANDINIVS
EIVSDEM BIBLIOTHECAE REG. PRAEFECTVS

RECENSVIT ILLVSTRAVIT EDIDIT.

TOMVS III. ET VLTIMVS.

ACCEDVNT

Indices Auctorum, quorum Opera recensentur,

& Rerum notabilium locupletissimi.

FLORENTIAE TYPIS REGIIS ANNO MDCCXCIII.

PRAESIDIBVS ADNVENTIBVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

FERDINANDO III.

AVSTRIACO

MAGNO ETRVRIAE DVCI

ANGELVS MARIA BANDINIVS

PERENNEM FELICITATEM

OPeris a me iampridem incepti, Serenissime Archidux FERDINANDE, FRANCISCI I. Imperatoris Avi Tui iussu, & sub Augustissimi LEOPOLDI II. Patris Tui auspiciis continuati, & nunc feliciter absoluti, Supplementum, Tibi uni, tamquam iure quodam hereditario debitum, venerabundus sisto.

Quum enim in eo agatur de Regia illa Tua Medicea ad Divum Laurentium toto orbe celeberrima Bibliotheca, quae, me ipsam per quadra-

(RCPXR) V.3

MAR -9 1909 243165

Digitized by Google

draginta ferme annos moderante, tot accessionibus locupletata est, ut Ptolemaicae, et Attalicae memoriam obruat, visum est, postremum hoc meorum laborum, ac vigiliarum Volumen sub gloriosissimo Regiae Celsitudinis Tuae nomine in lucem prodire.

In partem obsequentis officii in Te mei prae gaudio gestientes veniunt quotquot litterarum amore tenentur, indigenae, atque exterae nationes, quae Regiam Celsitudinem Tuam a primis incunabulis quum viderent optimis libris conquirendis, ac sedulo volutandis summopere delectari, celebresque Bibliothecas, illas praecipue meae fidei concreditas, avidissime invisere, ac perlustrare, maximam inde spem conceperunt fore, ut, si aliquando Etruriae gubernacula suscepisses, liberales disciplinae, et artes, temporum acerbitate in tota ferme Italia perculsae, Te auctore, et auspice, revocato Magni Cosmi saeculo, novum splendorem consequerentur. Ac re quidem vera doctorum hominum iudicium felicissimus comprobavit eventus; vix enim ad Etruriae solium caelitus adscendisti, atrium Laurentianae Bibliothecae, Michaelis Angeli Bonarrotae divinum opus, iussu Clementis VII. Pontificis Maximi aedificatum, ad excipiendam in superiori aula ab eodem magnificentissime exstructa, Roma reducem anno MDXXXIII. avitam Bibliothecam, perfici, ornarique mandasti. Ego quoque pro mea virili parte, nullis parcens sumptibus, atque laboribus, toto vitae meae curriculo nihil eorum praetermisi, quae ad eiusdem decus, et gloriam magis magisque propagandam conducere maxime viderentur.

Ex hoc siquidem totius orientalis, et occidentalis sapientiae promptuario, incredibili cura a praedecessoribus Tuis undequaque conquisito, et a me illustrato, nulla est disciplina, ars nulla, quae, opitulante nostra hac diligentissima singulorum Codicum recensione, ad rem litterariam augendam, et altius provehendam, nova mutuari adiumenta non valeat. Hinc Theologi, Philosophi, Mathematici, Historici, Geographi, Iuridici, Medici; hinc etiam qui elegantiores Musas excoluerunt, antiqui utriusque linguae Poëtae, atque Oratores, ad fidem Codicum Mediceorum, detersis maculis, quibus amanuensium inscitia inquinabantur, pristino nitori sunt restituti, et qui

non-

Digitized by Google

nondum lucem viderant, ab oblivione, ac tenebris vindicati; ut fidem faciunt nuperrimae ipsorum editiones, quae ex transalpinis potissimum regionibus, non sine Operis mei commendatione, per manus hominum circumferuntur. Gratiae igitur immortales habendae sunt Tibi, Archidux Serenissime, et Augustissimis Progenitoribus Tuis, qui tam insigni beneficio humanum genus adfecistis, dum tam pretiosum omnigenae litteraturae thesaurum a pulvere, et a sordibus erui, et cum omnibus nationibus communicari iussistis.

Ad hoc praeclarissimum opus perficiundum, illud unum superest, Clementissime Princeps, ut orientales linguas promovere non desinas, ac graecam praecipue, artium omnium matrem, qua stante, omnia civilis vitae ornamenta steterunt, qua deficiente, illa quoque miserrime perierunt. Florente siquidem litteris Graecia, pari gradu Statuaria, Architectonice, Pictura, Musica, ceteraeque artes ingenuae viguere. Hinc graeca sapientia ad Romanos, orbis terrarum domitores traducta, inconditam prius gentem, omnium scientiarum praeceptis mirifice instituit, et expolivit; sed, quae rerum humanarum vicissitudo est, prolapsis litteris, coniuncta quoque artium, et disciplinarum omnium decora, plusquam decem saeculis miserrime iacuerunt.

Quapropter ecquis non videt, quantum iis debeamus, qui, ut tam ingenti malo mederentur, omnium primi doctos homines graecos ex Orientis partibus, amplissima eorum industriae praemia statuentes, Florentiam convocarunt? Quae quidem laus, qua nulla maior, nulla praeclarior esse potest, Magno Cosmo Mediceo est tribuenda, qui communi omnium populorum consensu, et publico decreto meruit, ut Patriae, ac litterarum Pater nominaretur, et esset. Hic ille est Cosmus, qui Marsilium Ficinum, pueritiam adhuc agentem, a patre eius ad se forte deductum intuens, et pueri indolem, et ingenium probans, ei domi, forisque in publicis litterarum gymnasiis abunde omnia ad summam doctrinam adsequendam necessaria adiumenta suppeditavit; quem ubi vidit graecis, latinisque litteris, quosque suae aetatis eruditissimos anteire, amoenissimum illi suburbanum fundum, in agro

Care-

Digitized by Google

Caregio, prope Florentiam situm, est elargitus, ut Platonem, et Plotinum, aliosque eius discipulos, et sectatores latio donaret.

Simili modo Laurentius Mediceus, ob eximia eius opera Magnificus nuncupatus, Cosmo avo suo sapientior, quum audisset Florentina in urbe praestantissimum adolescentem Angelum Politianum versari, ad sese accersitum, Petro filio suo praeceptorem constituit, incredibili liberalitate, et librorum utriusque linguae copia, singulare hominis ingenium fovet, ac summopere gloriatur, intra suos sanctissimos Penates eius doctrinam ad immortalitatem coalescere; cuius rei testimonio sunt nobis, eruntque posteritati, multa, et praeclara, quae reliquit eruditionis suae monumenta, numquam interitura.

Sed illud vere regium, ac multo magnificentius Laurentii insigne factum minime est praetereundum, quod, quum animadverteret graecam linguam ad ultimam internecionem sensim dilabi, quasi non satis haberet, quod sua, Patris, et Avi opera, Emmanuel Chrysoloras, Ioannes Argyropylus, Ioannes Andronicus, Demetrius Atheniensis, in urbem Florentiam ad publicam lectionem conducti fuissent, Ianum Lascarim, virum, et genere, et graeca doctrina insignem, suo sumptu per omnem Graeciam, et Asiae partem ad conquirenda cuiusvis disciplinae graeca volumina misit, eidemque mandavit, ut ad se magnae spei adolescentes e media Graecia delectos, Florentiae instituendos, secum adduceret. Verum, dum haec maxima animi alacritate a Lascari peraguntur, Laurentius, vir ad omnia summa natus, immaturo funere praereptus, rei litterariae inreparabili damno, ad superos evolavit. Adduxit tamen Florentiam vir ille magnus supra ducenta graecorum Codicum pretiosa volumina, inter quae, non minus, quam octoginta veterum Scriptorum Opera continentia recensebantur, quae plerique tamquam deperdita, multis iam saeculis defleverant; sed quod Laurentius exsequi minime potuit, id Leo X. Pontifex undequaque Maximus, amantissimus eius filius, reparare tentavit, atque inito vix Summo Pontificatu, Romae in Colle Quirinali graecam Academiam instituit, in qua ut graeci pueri instruerentur, facultates, et stipendia largissime suppeditavit.

Ne-

Digitized by Google

Neminem profecto latet, sapientissime Princeps, Regiam Celsitudinem Tuam, tantorum virorum vestigia sectari iam decrevisse, dum probos, et doctos viros, veluti ad virtutis asylum adlicis, laudibus, et praemiis incitas, atque, ut bonis fortunae destituti adolescentes, proprium valeant excolere ingenium, et aliquid moliri, quod posteritati prodesse possit, necessarios sumptus lubentissime elargiris. Hinc prima per Te iacta sunt fundamenta, ut praeter graecas, orientales quoque litterae, iamdiu apud nos, ab excessu videlicet FERDINANDI I. Magni Etruriae Ducis intermortuae, FERDINANDO III. feliciter imperante, ad novam quodammodo vitam, fausto omine revocentur. In varias ille Orientis partes ornatissimos misit viros, qui omnis generis disciplinarum Codices, et dissimili earum nationum idiomate conscriptos diligenter investigarent, idemque Evangelicae Legis, Philosophiae, Medicinae, Mathematices, multiplicesque nobilium scientiarum libros arabico idiomate Romae typis excudi mandavit, atque in Libyam, Aegyptum, Syriam, Persidem, Indiam, extremasque orbis regiones, primus omnium ad illarum gentium utilitatem deferendos curavit.

Tantae gloriae numquam interiturae, Tu quoque, magnanime Princeps, facili via particeps esse poteris, dummodo nullis perterritus difficultatibus, quod ingenti ausu caepisti, perficias; ita enim quidquid inde commodi, atque utilitatis in studiosos Orientalium linguarum homines in Etruria proficiscetur, Tibi uni potissimum, post duo ferme saecula, acceptum referet grata posteritas. Oh praeclarum Principem, et excelsum! Oh beatam, ac fortunatam Tuam Civitatem, tam clementi, tam pio, tam officioso, tam docto Principe gubernatam! Quare felix fortuna sit ei, qui Te amat, omnibus adamandum, qui Te veneratur, omnibus adorandum, qui pericula, qui labores, qui mortem ipsam pro Tua incolumitate, ac nominis immortalitate subire minime pertimescit; cuius quidem rei luculentissimum testimonium, lata nuper Annonaria Lege, omni saeculo memorandum, a fidelissimo Florentino populo recepisti.

Quae quum ita sint, gaude Tuo isto tam excellenti bono, et fruere cum fortuna, et gloria, tum etiam indole, et moribus Tuis castissimis, unde

Digitized by Google

de maximus est fructus, utilitasque sapienti. A summo autem magnitudinis Tuae apice, oculos in me siste aliquantulum, qui Tuis pedibus venerabundus advolvor, duo adlaturus, gratulationem, et donum; illam quidem cum omni terrarum orbe communem, qui in auspicatissima Tua ad supremum Etruriae regimen exaltatione, non ambiguas laetitiae significationes dedit; hoc vero mei unius proprium, quod Tuae Regiae Celsitudini devotus offero, consecroque, quodque argumenti amplitudine, ac dignitate, Te sibi Patronum iure quodam vindicat, eritque grati, et obsequentis animi in Te mei sincerum, et indelebile monumentum.

FERDINANDE ARCHIDVX AVSTRIAE MAGNE DVX NOSTER AD AETERNITATEM ET GLORIAM ETRVSCAE GENTIS PROPAGANDAM DIVINITVS DATE DIV FELIX VIVAS VALEAS FLOREAS IMPERES.

SALVO DOMINO NOSTRO FERDINANDO III. ETRVRIA FELIX.

SALVA DOMINA NOSTRA ALOYSIA MARIA BORBONIA FERDINANDI VTRIVSQ. SICILIAE REGIS LECTISSIMA FILIA ETRVRIA FELIX.

Dabam Florentiae ex Regia Bibliotheca Laurentiana in Pervigilio omnium Sanctorum an. MDCCXCII.

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE MEDICEAE FESVLANAE NVNC LAVRENTIANAE

PARS RELIQVA.

CODEX LX.

TERTVLLIANI, ET GAVDENTII OPERA VARIA.

I. pag. 1. Septimii Florentis Tertulliani Carthaginensis de Carne Christi Liber. Inc. *Qui fidem resurrectionis*. Des. *quod in Christo resurrexit*. Exstat in eius Operum edit. Paris. ann. MDCLXXV. fol. a pag. 307. ad pag. 325.

II. pag. 9. b. Eiusdem de carnis Resurrectione Liber. Inc. *Fiducia Christianorum, resurrectio mortuorum*. Des. *usquequaque potando refrigerabis*. Ibid. a pag. 325. ad pag. 365.

III. pag. 31. b. Eiusdem de Corona militis Liber. Inc. *Proxime factum est*. Des. *confundat, & iudicet*. Ibid. a pag. 100. ad pag. 111.

IV. pag. 36. b. Eiusdem ad Martyrias (1) Liber. Inc. *Inter carnis alimenta*. Des. *si pro eo steterint*. Ibid. a pag. 136. ad pag. 139.

V. pag. 38. Eiusdem de Poenitentia Liber. Inc. *Poenitentium hoc genus hominum*. Des. *restitutus in paradisum suum non tacet*. Ibid. a pag. 120. ad pag. 129.

VI. pag. 42. Eiusdem de virginibus velandis Liber. Inc. *Proprium iam negotium*. Des. *cognoscetur & in capite feminarum. Haec cum bona pace legentibus, utilitatem consuetudini praeponentibus, pax & gratia a Domino nostro Iesu redundet, & cum Septimio Tertulliano, cuius hoc Opusculum est*. Ibid. a pag. 172. ad pag. 183.

VII. pag. 47. b. Eiusdem de Habitu muliebri Liber. Inc. *Si tanta in terris moraretur fides*. Des. *muliebri corpusculo baiulare*

(1) In edit. *Martyres*.

Ibid. a pag. 149. ad pag. 153. ubi inscribitur: *De cultu feminarum Liber I.*

VIII. pag. 49. b. Eiusdem de Cultu feminarum Liber. Inc. *Ancillae Dei vivi*. Des. *Deum habebitis amatorem*. Ibid. a pag. 154. ad pag. 161. ubi est *De cultu feminarum II.*

IX. pag. 53. Eiusdem ad Vxorem Libri II. Primus inc. *Diu Domino conservam quid tibi sectandum sit &c.* Secundus des. *non licet aliter fidelibus nubere, & si liceret, non expediret*. Ibid. a pag. 161. ad pag. 172. ubi tam initium Libri I. quam finis Libri II. aliquantum differunt.

X. pag. 57. Eiusdem de Persequutione Liber. Inc. *Quaesisti proxime, Fabi frater*. Des. *ita iuvaturus in passione*. Ibid. a pag. 536. ad pag. 544.

XI. pag. 62. Eiusdem ad Scapulam Liber. Inc. *Nos quidem neque expavescimus*. Des. *& ipsa statim sequitur*. Ibid. a pag. 68. ad pag. 72.

XII. pag. 63. b. Eiusdem de exhortatione Castitatis Liber. Inc. *Non dubito, frater*. Des *a qua paradisus instructus est. Gratia ergo cum indulgenti haec memento orationibus tuis Tertullianum ad haec exercentes* (sic). Ibid. a pag. 519. ad pag. 525. ubi in fine aliquantum differt.

XIII. pag. 67. b. Eiusdem de Monogamia Liber. Inc. *Haeretici nuptias auferunt*. Des. *quod inter duos non potes*. Ibid. a pag. 525. ad pag. 535.

XIV. pag. 74. Eiusdem de Pallio Liber. Inc. *Principes semper Africae viri*. Des. *ex quo Christianum vestire caepisti*. Ibid. a pag. 111. ad pag. 119.

XV. pag. 78. Eiusdem de Patientia Dei (2)

(2) In edit. abest *Dei*.

Digitized by Google

Liber. Inc. *Confiteor ad Dominum Deum.* Des. *qui in resurrectionem carnis, & spiritus credimus.* Ibid. a pag. 139. ad pag. 149.

XVI. pag. 82. b. Eiusdem adversus Praxeam Liber. Inc. *Varie Diabolus aemulatus est veritatem.* Des. *qui eum alium, quam filium credit.* Ibid. a pag. 500. ad pag. 518.

XVII. pag. 95. Eiusdem adversus Valentinianos Liber. Inc. *Valentiniani frequentissimum plane &c.* Des. *in silvas iam exoleverunt Gnosticorum.* Ibid. a pag. 250. ad pag. 263.

XVIII. pag. 102. Eiusdem adversus Marcionem Libri V. Liber primus inc. *Si quid retro gestum est nobis adversus Marcionem.* Liber quintus des. *nec hic redundantiam iudicabis.* Ibid. a pag. 365. ad pag. 486.

XIX. pag. 179. b. Eiusdem adversus Iudaeos Liber. Inc. *Proxime accidit disputatio habita Christiano & Proselyto.* Des. *aut si non negas utrumque, in eo erunt adimpleta, in quem sunt prophetata.* Ibid. a pag. 183. usque ad pag. 202.

XX. pag. 190. Eiusdem adversus omnes haereses Liber. Inc. *Quorum haereticorum, ut plura praeteream, pauca praestringam.* Des. *& sacrilega temeritate proponit.* Ibid. a pag. 219. ad pag. 223.

XXI. pag. 192. b. Eiusdem de Praescriptionibus haereticorum Liber. Inc. *Conditionem* (1) *praesentium temporum.* Des. *etiam specialiter quibusdam respondebimus.* Ibid. a pag. 202. ad pag. 219, ubi in fine alia pauca subiiciuntur.

XXII. pag. 200. b. Eiusdem adversus Hermogenem Liber. Inc. *Solemus haereticis compendii gratia de posteritate praescribere.* Des. *& praecipitis, & serviendi motus documentis artis suae de ostendit, ipse pinxit* (sic). Ibid. a pag. 233. ad pag. 249.

XXIII. pag. 211. Eiusdem Apologeticum. Inc. *Si non licet Romani Imperii antistites.* Des. *quum damnamur a vobis, a Deo absolvimur.* Ibid. a pag. 1. ad pag. 40.

XXIV. pag. 230. b. Eiusdem de Fuga Liber. Inc. *Quaesisti proxime, Fabi frater, fugiendum, nec ne sit &c.* Idem est ac recensitus supra in hoc ipso Codice sub titulo *De Persequutione*, bis repetitus.

XXV. pag. 235. Gaudentii Episcopi Brixiensis (2) Sermones. Praemittitur Praefatio inscripta: *Servo Christi Benivolo Gaudentius*, quae inc. *Communis voti fuerat, ut ea, quae de divinis eloquiis per Paschales dies proxime praeteritos explanavi, coram valuisses audire.* Des. *cuius sempiterna virtus atque divinitas cum Patre, & cum Spiritu Sancto permanet in omnia saecula.* Sermones sunt XIX., qui licet eodem ordine progrediantur, quo iacent in edit. Patavina curante Paullo Galeardo an. MDCCXX. apud Ios. Cominum 4. a pag. 3. ad pag. 233. singulorum tamen recensionem adgredi operae pretium duximus. Ipsorum autem inscriptiones, & initia ita habent.

I. pag. 238. In Exodum, nocte Vigiliarum, de Paschae observatione Tractatus. Inc. *Opportuno tempore Dominus Iesus beatissimam festivitatem Paschae voluit.* Des. *sed vivamus semper in splendore claritatis eius, cui omnis honor, & gloria &c.*

II. pag. 239. Egressis a fonte Neophytis, quae Catechumenos audire non congruit, licet eadem scripta in Evangeliis patere omnibus videantur. De ratione Sacramentorum. Inc. *Resurgente Christo a mortuis.* Des. *viscerum nostrorum sanctificentur interna, cuius virtus inaestimabilis permanet in omnia saecula.*

III. pag. 241. De eadem lectione tertius, prima Dominica Paschae. Inc. *Deus loquitur per Prophetam: Ecce ego facio caelum novum, & terram novam.* Des. *ut omnia, quae de illo scripta sunt, complerentur in ipso, cuius est omnis honor &c.*

IV. pag. 242. Quartus. Inc. *Carnalem Iudaicae Paschae observantiam.* Des. *largiente Christo Domino Salvatore, cui una virtus, eademque divinitas cum Patre &c.*

V. pag. 243. Quintus. Inc. *Ordinem lectionis Exodi, ubi lex celebrandae Paschae describitur.* Des. *quod annuat de vobis pusillitati meae Salvator humani generis, Dominus Iesus, cui una Deitas, eademque omnipotentia cum Patre &c.*

VI. pag. 244. Sextus. Inc. *Quantum Deus Pater per virtutem suam.* Des. *ubi signum suae passionis agnoverit. Ipsi gloria &c.*

VII. pag. 245. Septimus. Inc. *Discussis validioribus mandatorum Paschalium membribus* (sic). Des. *quae nobis largiri dignetur Deus Pater omnipotens per coaeternum Filium suum viventem secum, regnantemque cum Spiritu Sancto &c.*

VIII. pag. 246. b. De Evangelii lectione (*Ioannis Cap. II. vers. 2. seqq.*). Primus, qui est in ordine octavus. Inc. *Post illius finem Tractatus, quem dilectioni vestrae intulimus.* Des. *ut vos ipsa fides custodita conservet per Salvatorem generis humani Christum Iesum, Dominum nostrum, regnantem cum Patre &c.*

IX. pag. 249. b. Secundus, qui est in ordine nonus. Inc. *Explanavimus hesterno die charitati vestrae.* Des. *quum sit Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, una in omnibus, & voluntas pariter, & potestas, per omnia saecula.*

X. pag. 253. Iterum de Exodi lectione octavus, qui est in ordine decimus. Inc. *Explicitis iis, quae proposueram disserenda, tam de Exodi, quam de Evangelii lectione.* Des.

(1) In edit. *Conditio*.

(2) Fuit S. Philastrii in Episcopatu Brixiensi circa annum CCCLXXXVIII. successor, defunctus an. CCCCX die XXV. Octobris, successore Paullo, de quo consulenda Acta Sanctorum Tom. III. Aprilis die XXIX. pag. 618. Vide Fabricium Biblioth. Latin. med. & inf. aetatis Tom. III. pag. 23. ubi varias eius Sermonum editiones recenset.

Digitized by Google

Des. *gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, cui omnis honor, virtus, & gloria cum Patre &c.*

XI. pag. 254. b. Excepti Tractatus de diversis Capitulis, quorum primus de Paralytico. Inc. *Memini me superiori Tractatu sanctae dilectioni vestrae pollicitum.* Des. *ut possimus vitae aeternae consortium promereri ab ipso Dei Filio sempiterno, cuius omnipotentia cum Patre est &c.*

XII. pag. 256. De eo quod ait Dominus Iesus: *Nunc iudicium est mundi.* Inc. *Post illam Dei Patris vocem, qua glorificatum Filiam, rursus glorificandum dixerat.* Des. *omnem vitam nostram Christi servitio mancipemus, cuius regnum cum Patre &c.*

XIII. pag. 257. Item die Natalis Domini contra avaritiam Iudae, & pro pauperibus. Inc. *Per omnes divini eloquii Libros.* Des. *& caelestia pro terrenis ab ipso Dei Filio sempiterno, cuius regnum cum Patre &c.*

XIV. pag. 259. De promissione adventus Paracliti. Inc. *Ineffabilis providentia unigeniti Filii Dei.* Des. *ac propterea unum Trinitatis est nomen, cuius una virtus, atque divinitas permanet in omnia saecula.*

XV. pag. 260. Item Tractatus eiusdem de Maccabaeis Martyribus, die natalis eorum. Inc. *Si quis vestrum, fratres dilectissimi, fortasse miratur.* Des. *ipse est enim nostra redemptio, cui omnis honor, virtus, & gloria cum Patre &c.*

XVI. pag. 261. b. Tractatus eiusdem sancti Episcopi, quem prima die Ordinationis ipsius quorumdam civium Notarii exceperunt. Inc. *Imperitiae meae conscius.* Des. *mihi minimo omnium largiri dignetur, per unigenitum Filium suum, Redemptorem nostrum, cum quo vivit &c.*

XVII. pag. 262. Item Tractatus eiusdem exceptus die Dedicationis Basilicae Concilii Sanctorum. Inc. *Divinis muneribus, & caelestibus beneficiis condignas referre gratias &c.* Des. *adipisci mereamur magnificantes Christum Deum tanti muneris largitorem, cui divinus honor, virtus, & gloria cum Patre &c.*

XVIII. pag. 264. b. Item responsio eiusdem ad Serminium de villico iniquitatis. Inc. *Sapientem virum super* (sic) *convenit dicta sapientiae cogitare.* Des. *per lavacri caelestis sacramenta renatos.*

XIX. pag. 267. Item responsio eiusdem ad Paullum Diaconum de eo quod Dominus Deus dixit, *quia Pater maior me est.* Inc. *Ante istum sacri Evangelii locum, cuius a me intelligentiam fideli studio per litteras exigis, Paulle frater &c.* Des. *ut possimus misericordia Domini subsequentes habitationem domus eius* (sic) *Amen.* Tum subiicitur: *Expliciunt Sermones Benivoli Gaudencii.*

Cod. membranac. MS. in fol. Saec. XV. binis columnis aliquantum mendose exaratus, cum initialibus Librorum pictis & coloratis, prima pagina ornatu marginali, initiali littera aurea, & stemmate Mediceae gentis decorata, exactissimo indice, singulorum Operum inscriptiones, & initia exhibente, primis duobus foliis comprehenso, & Cosmianae liberalitatis testimonio, ut in Codice IX. Constat foliis scriptis 268.

LACTANTII FIRMIANI OPERA VARIA.

Cod. LXI.

I. pag. 1. CAelii Lactantii Firmiani Divinarum Institutionum ad Serenissimum Principem ac Dominum, Dominum Constantinum Romanorum ac Graecorum Imperatorem Libri VII. Primus inc. *Magno, & excellenti ingenio viri, quum se doctrinae penitus dedissent* (1). Liber septimus des. *praemium virtutis, quod ipse promisit, a Domino consequamur. Amen.* Exstant in eius Operum edit. Paris. an. MDCCXLVIII. in 4. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 591.

II. pag. 128. Eiusdem de Ira Dei ad Donatum Libellus. Inc. *Animadverti saepe, Donate.* Des. *& numquam vereamur iratum.* Ibid. Tom. II. a pag. 127. ad pag. 179.

III. pag. 143. Eiusdem de Opificio Dei, seu de hominis formatione, ad Demetrianum Libellus. Inc. *Quam minime sim quietus.* Des. *ad iter caeleste direxerit.* Ibid. a pag. 71. ad pag. 125. Adspersus est Codex notulis marginalibus, partim antiquae, partim recentioris manus.

Codex membranaceus MS. in folio Saec. XV. nitide exaratus, in quo initiales Librorum litterae inauratae sunt, Capitum coloratae; tituli tam Librorum, quam Capitum rubricati, ac prima pagina mirifice exornata; in calce vero charactere grandiori legitur scriptum: *Sum usui Abbatiae Fe. Ca. Re.* idest *Fesulanae Canonicorum Regularium.* Constat fol. scriptis 155.

VARIORVM SS. PATRVM VITAE, ET OPERA.

Cod. LXII.

I. pag. 1. POst uberrimam tabulam eorum, quae in Volumine continentur, exhibentem titulos, & initia, non solum Librorum, sed etiam Capitum singulorum, in quae Libri dividuntur, integro quinternione comprehensam, primum Opus est Liber, qui appellatur Paradisus (2), constans Capitibus XXVII. Inc. *Paradisi nomen, sive Prati, a proprietate vocabuli ad multiplices ac varias virtutum species continentem Librum convenientissime translatum &c.* Des. *laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum & terram. Ipsi gloria in saecula. Amen.*

II. pag. 11. Sancti Ioannis Eucrati Pratum Spiritale, cum Prologo ad sanctum virum So-

(1) In edit. *dedidissent.*
(2) In memorato indice additur *rationalis*; diversus autem omnino est ab Opere sub eodem titulo, de quo egimus Tomo superiore pag. 693. Cod. XXXIV. §. V.

Digitized by Google

Sophronium, qui inc. *Pratorum faciem verno maxime tempore esse iucundissimam, fili charissime, perspicuum omnibus est.* Des. *quia apis in morem, utilia quaeque, ac vera prosequutus, sanctorum Patrum recte facta pro animarum lucro descripsi.* Liber inc. *Erat senex quidam habitans in Monasterio Abbatis Eustorgii, Ioannes nomine, quem sanctus Elias Archiepiscopus Hierosolymorum voluit ducem eiusdem Monasterii constituere.* Des. *& maxime addificatus, glorificavi Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, cui est honor, & imperium, & magnificentia in gloria in saecula saeculorum. Amen.* Apud Rosweidum de Vitis Patrum a pag. 856. ad pag. 928. & est Liber X. auctore Ioanne Moscho, & interprete Ambrosio Camaldulensi.

III. pag. 56. b. De Sanctis Patribus Raithu. Inc. *Profectus est Monachus quidam de Raithu ad sanctum montem Sinai.* Des. *& deposuimus eum cum sanctis, qui ante illum obdormierant, Patribus.*

IV. pag. 57. b. De beato Marco Salo. Inc. *Erat in Sciti senex quidam nomine Daniel, habebatque discipulum nomine Sergium.* Des. *qui tantam gloriam confert iis, qui diligunt eum, & nunc, & semper, & in saecula saeculorum. Amen.*

V. pag. 58. De Abbate Daniele. Inc. *Abbas vero ipse Daniel a puero renunciavit saeculo.* Des. *pro his autem omnibus gratias referamus Christo Domino, & Deo nostro. Amen.*

VI. pag. ead. b. De beato Eulogio Latomo. Inc. *Advenit Abbas Daniel Presbyter ex Sciti in Thebaidem, habens secum unum ex discipulis suis.* Des. *ut coram tremendo illo tribunali misericordiam invenire mereamur, precibus Dominae nostrae sanctae Dei Genitricis, semperque Virginis Mariae, & omnium sanctorum. Amen.*

VII. pag. 61. Narratio eiusdem senis Danielis de Patricia, quae se transfiguravit in eunuchum. Inc. *Eunuchus quidam morabatur in interiore eremo Scythiae.* Des. *precibus, & meritis Dominae nostrae Dei Genitricis, semperque Virginis Mariae, & omnium sanctorum, coram terribili illo tribunali D. N. I. C. quia ipsi convenit honor &c.*

VIII. pag. ead. b. De Senatrice, quae in deserto Iordanis vitam duxit eremiticam. Inc. *Quidam sanctorum, ac spiritalium Patrum, Silas nomine, genere Arabs &c.* Des. *qui miseretur diligentibus se ex toto animo, & qui ex toto animo serviunt ipsi. Amen.*

IX. pag. 63. De beata Canonica Eremita. Inc. *Anachorita quidam narravit fratribus, dicens: Die quadam quum sederem in deserto Arnonis.* Des. *& omnes simul glorificavimus Deum, qui talia habet occulta vasa, qui cum Patre & Spiritu Sancto &c.*

X. pag. 64. Capitula quaedam (ascetica), quae misit Abbas Moyses Abbati Poemeni, quae qui observat, liberatur ab omni cruciatu, & requiem invenit, ubicumque fuerit, sive in solitudine, sive in conventu fratrum.

XI. pag. 65. Dicta Abbatis Zosimae. Inc. *Beatus Zosimas dicebat sic, quum primum sibi signum crucis fecisset in ore &c.* Des. *ut cum ipsis caeleste regnum felici sorte consequi mereamur in saecula saeculorum. Amen.* Tum subiicitur: *Explicit Liber sanctorum, ac venerabilium Patrum, qui dicitur Spirituale Pratum.*

XII. pag. 70. b. Abbatis Ammonis Capitula numero XIX. (1) Primum inc.: *Serva teipsum diligenter, dilectissime.* Vltimum des. *ut ita invenias misericordiam a Deo tuo, cui est gloria &c.*

XIII. pag. 72. b. Vita sancti Patris nostri Danielis Stylitae cum Prologo, cuius initium: *Quemadmodum viris fortibus, quum quis de praeliis, & certaminibus, ac trophaeis loqui caeperit &c.* Finis: *magnam in modico imitabilem virtutis gloriam inveniet.* Vita inc. *Fuit igitur viro sancto patria quidem ea, quae inter Euphratem, & Tygrim posita, Mesopotamia, & est, & proprie dicitur.* Des. *hic enim opinione celebri omnes trahit ad se, illiusque .....* Est imperfecta, ac propterea scriptor subiunxit: *non inveni plus.*

XIV. pag. 75. b. Passio sanctae Eugeniae Virginis, & sanctorum Proti, & Hyacinthi eunuchorum eius. Inc. *Septimo Consulatu suo Commodus Imperator direxit Philippum illustrem virum ad Aegyptum &c.* ut in Cod. CXXXIX. Biblioth. Aedil. Eccles. Flor. Tomo superiore pag. 374. §. CXV.

XV. pag. 84. Ioannis Scholastici Opus, cui titulus *Scala Paradisi*, ex versione Ambrosii Camaldulensis. Prologus interpretis ita inscribitur: *Doctissimi viri, atque vitae venerabilis Fratris Ambrosii Monachi de Ordine Camaldulensi super translatione nova Libri, qui dicitur Climacus.* Inc. *Hortatus es, Domine amantissime, & merito venerabilis Pater, ut fratrum nostrorum commodis consulens &c.* Des. *sanctam venerandamque canitiem tuam Christus Dominus noster aevo longiore tranquillam tueatur, Domine venerabilis, ac merito desiderabilis Pater.* Tum sequitur *Vita sancti Ioannis Scholastici sub compendio a Daniele Monacho scripta, ubi in mira virtute dignoscitur fuisse.* Inc. *Quaenam hunc divinum virum civitas tulerit &c.* Des. *intrinsecus vero contemplativae doctrinam continentes.* Hanc subsequuntur Epistolae duae, quarum prima Ioannis Abbatis Raithu ad Ioannem Abbatem montis Sinai, Scholasticum cognominatum, inc. *Agnoscentes nos a perfectione longius remoti &c.* Altera responsiva huius ad illum, inc. *Accepi convenientissimam honestissimo tuo atque impassibili instituto &c.* Tandem succedit Opus ipsum in triginta Sermones, seu gradus divi-

(2) In praedicto indice inscribuntur: *Doctrina Abbatis Ammonis in Capitulis decem & novem.*

Digitized by Google

visum. Primus inscriptus: *De inanis vitae abrenunciatione*, inc. *Quum summe incomprehensibilis, atque incircumscriptae bonitatis Deus noster, & Rex &c.* Sermo ultimus *De vinculo trium principalium virtutum, Fidei, Spei, & Charitatis*, des. *quippe charitas Deus est. Illi laus, illi imperium, illi fortitudo, illi bonorum omnium caussa inest, fuitque, & erit in infinita saecula. Amen.* Prodiit Venetiis apud Pincium MDXVIII. 8. & alibi pluries.

XVI. pag. 152. b. Eiusdem ad Pastorem Sermo, in quo docetur, qualis esse debeat rationalium ovium pastor. Inc. *In inferiori quidem Libro extremum ego te omnium, o venerande, constitui.* Des. *& in se ipsa, illuminatione, & perfectione sua, beata est.* Tum subiicitur Ioannis Abbatis Raithuensis Monasterii commendatio Operis a Ioanne Scholastico editi, ipsiusque etiam auctoris, quae inc. *Qualem esse oportere scripsisti &c.* Des. *unitusque charitati. Charitas autem Deus est. Amen.* Clauditur autem hac subscriptione: *Explicit Liber dictus Climacus, secundum translationem Ambrosii Camaldulensis. Laus Deo in aeternum.* Haec eadem versio, tamquam exstans in Codice Fesulano, memoratur in Vita Ambrosii Camald. a Cl. Mehus pag. CCCLXXXIX.

XVII. pag. 158. Beati Prosperi Libri III. quorum primus *De vita contemplativa* inscribitur, secundus *De vita activa*, tertius *De vitiis. & virtutibus.* Praecedunt autem singulis Capitum argumenta, quae sunt Libri primi numero XXV. totidemque secundi, tertii vero XXXIV. Primo Libro praemittuntur Praefatio, & Prologus. Illius initium est: *Diu multumque renisus sum &c.* Huius vero: *Itaque iubes &c.* Liber primus inc. *Contemplativa vita.* Liber tertius des. *verba sunt instituta.* Habes in Codice XIV. Plutei XXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Latin. Codd. Tom. I. pag. 718. §. I.

XVIII. pag. 196. Sancti Ephraem Sermones XIX. latino sermone donati, praevia interpretis Epistola, cum hoc titulo: *Ad magnificum virum Cosmam de Medicis Ambrosii Monachi Camaldulensis Epistola, in qua personae beati Ephraem sequentium Sermonum auctoris qualitas, & conditio describitur egregie.* Concordant Sermones isti, quoad numerum, & ordinem cum illis, qui exhibentur in Codice Strozziano Tomo superiore pag. 312. §. I.

XIX. pag. 253. Beati Ignatii Episcopi Antiochensis, & Martyris, atque discipuli beati Ioannis Evangelistae, Epistolae XII. quae eodem ordine procedunt cum illis Codicis XX. Plutei XXIII. Catalogi Tom. I. pag. 730. §. II. ubi sunt Epistolae XVI. in hoc enim desunt Epistolae primae quatuor, una cum testimoniis de ipso, quae ibi Epistolis praemittebantur. In fine tamen ipsarum habetur Hironis laus de eodem, quae inc. *Sacerdos Dei &c.* ut ibidem p. 731.

(1) Adiectus tamen fuit a manu recentiori in primo folio, quod cum ligneo Codicis tegumento com-

XX. pag. 271. b. Beati Polycarpi Martyris, Episcopi Smyrnaeorum, discipuli Ioannis Evangelistae, Epistola ad Philippenses confirmantis fidem, ut ibid. §. III.

XXI. pag. 273. b. Beati Antonii, Eremitae Aegyptii, Epistolae VII. praemisso beati Hieronymi testimonio ex Libro de Viris Illustribus, ut ibid. §. IV. ubi testimonium in fine erat adpositum.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. elegantissimae scripturae, cum titulis Librorum, & Capitum rubricatis, & pulcherrimo ornatu in margine primae paginae stemmate etiam Mediceo decoratae, ubi in principio legitur Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice VIII. Constat foliis scriptis 282.

PAVLLVS OROSIVS.

Cod. LXIII.

PAulli Orosii Presbyteri Hispani adversus Paganos Historiarum Libri VII. praevio singulis, praeterquam Libro primo (1), Capitum elencho. Liber primus inc. *Quum post fabricam, ornatumque mundi huius &c.* Vltimus des. *tibi adiudicanda, si edas, per te iudicata, si deleas.* Tum subiicitur: *Explicit Liber septimus, & ultimus, Deo adiuvante, Orosii Iulii Pauli, ex quo laus sit Deo Patri, & Filio, Spirituique Paraclito per infinita saecula. Amen.* Ac paullo infra sequens legitur de Orosio testimonium: *Iulius Paulus Orosius, Canonici Civilisque iuris eruditissimus collaudatur, & commendatur, allegandusque admittitur intra divinam Scripturam, quia valde necessaria adversus Paganorum calumnias mirabiliter ordinavit, miraque brevitate contexuit, ut habetur prima destinctione* (sic) *XV. Ecclesia sancta Romana.* Concordant autem hi Libri, quoad initium & finem, cum Cod. XXXVII. Plutei LXV. Biblioth. Laurent. Catalogi T. II. pag. 760. §. I.

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XV. diligenter ac perspicue exaratus, cum initiali Operis littera inaurata & colorata, titulisque Librorum, & Capitum rubricatis. Constat foliis scriptis 196.

SS. PATRVM CATENA IN XII. PROPHETAS MINORES.

Cod. LXIV.

HVic Sanctorum Patrum Expositioni in XII. Prophetas minores praemittitur Prologus in Osee, & enumeratio Regum duodecim Tribuum. Prologi initium est: *Non idem ordo est duodecim Prophetarum apud Hebraeos, qui & apud nos &c.* Finis: *usque ad Osee annis* CCL. *permansit.* Expositio in Prophetam Osee incipit ab Hieronymo, & quidem ita: *Osee interpretatur Salvator. Factus est autem sermo Domini ad Prophetam, ut Prophetam inspirando, quodammodo Deum faceret, & Salvatorem populi sui, annuntiando*

pactum est.

Digitized by Google

do illis verba Dei, & praebendo exempla bene vivendi. Sancti autem, ad quos fit sermo Dei, sunt Dii, & Salvatores per gratiam, quum sit unus Deus Salvator per naturam &c. Vltimum Scholion in Prophetam Malachiam sequens est: *Vel cor patris ad filium, idest Dei ad omnem, qui spiritum adoptionis acceperit; & cor filiorum ad patres eorum, unde & Iudaei, & Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari in Christum Religione consentient.* Textus Prophetarum grandiori charactere est exaratus, scholia vero, quae marginem undequaque ambiunt, minori, nec desunt uberrimae glossae interlineares. Scholiorum autem nonnulla nomen praeferunt Haymonis, Hieronymi, & Gregorii; reliqua sunt adespota.

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XIV. optime servatus, cum initialibus uniuscuiusque Prophetiae litteris aureis, variisque coloribus depictis, in quo legitur in principio Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice VIII. Constat fol. script. 149.

HVGONIS DE S. VICTORE OPERA VARIA.

Cod. LXV. I. pag. 1. HVgonis de Sancto Victore Liber de Sacramentis, in Partes XVIII. distributus, praevio Prologo, cuius initium est: *Librum de Sacramentis Christianae Fidei, studio quorumdam scribere compulsus sum.* Finis: *sed idipsum, quod in supradictis continetur, explanando, & latius manifestantiusque* (1) *tractando, extendunt.* Pars prima inc. *Arduum profecto, & laboriosum Opus, crebra vestra precatione flexus, aggredior.* Pars ultima des. *ibi vacabimus, & videbimus; videbimus, & amabimus; amabimus, & laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine.* Exstat inter eius Opera edit. Moguntinae, cura Thomae Garzonii, per Ant. Hierart an. MDCXVII. fol. Tom. III. a pag. 347. ad pag. 521.

II. pag. 110. Eiusdem Didascalicon Libri VI. cum Prologo, qui inc. *Duae praecipue res sunt.* Des. *finem accipit.* Liber I. inc. *Omnium expetendorum prima est sapientia.* Sextus des. *a Persis venit.* Ibid. a pag. 1. ad pag. 29.

III. pag. 128. b. Eiusdem de Arca Ecclesiae. Inc. *Primum in planitie.* Des. *affectum suum provocet. Sit Deus benedictus per cuncta saecula saeculorum. Amen.* Tom. II. a pag. 187. ad pag. 195.

IV. pag. 134. b. Eiusdem de Arca Noë Liber. Inc. *Quum sederem aliquando.* Des. *non dedignata est redimere, cui sit honor &c.* Ibid. a pag. 195. ad pag. 205.

V. pag. 142. Eiusdem Liber de tribus diebus per ea, quae in meditatione constat speculatio. Inc. *Verbum bonum, & vita sapiens, quae mundum fecit &c.* Des. *diu ibidem stare hanc suae mutabilitatis fluxus non permittit.* Tom. III. a pag. 30. ad pag. 39. col. 1. lin. 19. & est quasi Appendix ad Libros VI. Didascalici, progrediens usque ad totum Caput XXV.

VI. pag. 148. Eiusdem Liber Meditationum. Inc. *Loquar secreto animae meae, & amica confabulatione exigam ab ea, quod scire cupio.* Des. *quod ipse, quantum in sua bonitate est, ad bonum nostrum non disponat.* Tom. II. a pag. 144. ad pag. 149. ubi inscribitur *Soliloquium de Arrha Animae.*

VII. pag. 152. b. Liber anepigraphus. Inc. *Confiteor tibi miserationes tuas, Domine Deus meus.* Des. *hoc opto, hoc desidero, hoc totis praecordiis concupisco.* Ibid. a pag. 149. ad pag. 150. ubi inscribitur *Confessio.*

VIII. pag. 153. b. Alius Liber anepigraphus. Inc. *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Tria sunt invisibilia Dei, potentia, scientia, benignitas.* Des. *quia sextus dies ad laborem, septimus ad requiem, octavus pertinet ad resurrectionem.* Tom. III. a pag. 30. ad pag. 40. Est enim idem Opus, quod recensuimus paullo supra §. V. bis repetitum in Codice, hoc tamen loco integrum, principio excepto; incipit enim post quatuor editionis versus.

IX. pag. 159. b. Eiusdem Caput inscriptum *De tribus silentiis.* Inc. *Dum medium silentium tenerent omnia. Tria sunt silentia &c.* Des. *quia regnum, ad quod vocantur electi Dei, praeparatum est ab initio saeculi.* Ibid. pag. 56. & est Collatio I. de Verbo incarnato.

X. pag. 160. Breve Caput de quatuor Iudiciis. Inc. *Quatuor sunt iudicia, secundum praescientiam, secundum caussam, secundum operationem, secundum retributionem &c.* Excerptum est ex Dialogo Eruditionis Theologicae de Sacram. legis naturalis, & scriptae. Ibid. pag. 294. lin. 12.

XI. pag. ead. b. Aliud Caput brevissimum de morte Animae. Inc. *Mors animae est oblivio, de qua morte hoc modo suscitatur &c.* Est titulus LXXVIII. ex Miscellaneor. II. Lib. III. Tom. III. cit. pag. 190.

XII. pag. ead. Caput de tribus osculis (ab alia manu additum est *ex Canticis Bernardi*). Inc. *Tria sunt oscula, reconciliatorium, remuneratorium, contemplatorium.* Des. *illo quod ex eis perungi, & pro huius redemptione tradi voluit, constat esse amabilius.* Est titulus CVII. Operis Eruditionis Theologicae ex Miscellaneorum Lib. I. Ibid. p. 166.

XIII. pag. 161. b. Eiusdem de differentia mundanae Theologiae, atque divinae, & demonstrationibus earum (2). Inc. *Iudaei signa petunt, & Graeci sapientiam requirunt.* Des. *in quo sapientia transcendit, sanctitas con-*

(1) In edit. *Manifestiusque.*
(2) In margine ab alia manu scriptum est: *In Dionysium de Caelesti Hierarchia.*

Digitized by Google

condescendit. In cit. edit. Tom. I. a pag. 340. ad pag. 418. sub titulo: *Adnotationes elucidatoriae in Dionysium Areopagitam de Caelesti Hierarchia ab Ioanne Scoto latine versum*.

XIV. pag. 216. Eiusdem de Claustro animae(1) Libri IV. cum Prologis, & Capitum elenchis in singulos, primo excepto, qui Prologum tantummodo habet. Totius Operis initium est: *Rogasti nos, frater amantissime &c.* Finis: *in futuro autem dabit virtutem incorruptionis, fortitudinem immortalitatis. Benedictus Deus. Amen.* Tom. II. a pag. 30. ad pag. 87.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori Saec. XV. nitidissimus, binis columnis exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus Librorum litteris aureis, & coloratis, & ornatu marginali primae paginae, cui decorem addit imago auctoris in littera initiali primi Operis depicta, & Mediceum stemma; nec deest solitum Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice V. Constat foliis scriptis 260.

EIVSDEM OPERA VARIA.

Cod. LXVI.

I. pag. 1. HVgonis de Sancto Victore Liber de Sacramentis ab initio usque in finem seriatim dispositis, in Partes XVIII. distributus, cum Prologo, ut in Codice superiore §. I.

II. pag. 122. b. Eiusdem Didascalicon Libri sex, cum Prologo, ut ibid. §. II. Heic tamen Prologus in fine Librorum apponitur, ac praeterea Liber sextus diverse desinit hoc pacto: *ut introducat nos ad puram, & sine animalibus caenam*, quae verba sunt postrema Capitis XIII. Lib. VI. cit. edit. T. III. pag. 29. in principio primae columnae.

III. pag. 143. Eiusdem Liber de Arrha Sponsae, cum Prologo, cuius initium: *Dilecto fratri G. ceterisque servis Christi Hamerislevae degentibus Hugo qualiscumque vestrae sanctitatis servus in una pace ambulare, & ad unam requiem pervenire. Soliloquium dilectionis, quae de Arrha Animae intitulatum est, nisi charitate vestra &c.* Finis: *omnia tamen in Libro Vitae adscribi exopto*. Tractatus inc. *Loquar secreto animae meae*. Des. *ad bonum nostrum non disponat*. Vt in edit. cit. T. II. a pag. 144. ad pag. 149. Tum sequitur sine ullo titulo *Confessio*, ut ibid. col. 2. Habebatur hoc Opus etiam in Cod. superiore §. VI. & VII.

IV. pag. 148. b. Eiusdem Tractatus de laude Charitatis, cum Prologo, qui inc. *Servo Christi Petro H. gustate & videte, quoniam suavis est mihi Dominus. Cogitanti mihi, frater charissime*. Des. *quod recompensatur*. Tractatus inc. *Tam multos iam laudatores &c.* Des. *ut ipse cum Patre ad nos venire dignetur, qui cum Patre &c.* ut in cit. Tom. a pag. 150. ad pag. 153.

V. pag. 150. b. Richardi de Sancto Victore de Trinitate Libri sex cum Prologo, & summariis ad singulos Libros. Prologus inc. *Iustus meus ex fide vivit*. Des. *quod intendimus pro voto perficere*. Liber primus inc. *Si ad sublimium scientiam, mentis sagacitate adscendere volumus*. Liber sextus des. *quomodo conveniat unitas substantiae cum personarum pluralitate*. Vt in Cod. IV. Plutei XXIII. part. dextrae Biblioth. S. Crucis, Tom. IV. Catal. nostri Latinor. Codd. pag. 634. §. I.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis, eleganter, sed parum correcte exaratus, cum initialibus Librorum pictis & coloratis, & prima Codicis littera aurata, variisque coloribus decorata, & stemmate familiae Mediceae in calce primae paginae egregie depicto. Constat foliis scriptis 182.

ALBERTVS MAGNVS DE ANIMALIBVS.

Cod. LXVII.

ALberti Magni de Animalibus Opus in Libros XXVI. distributum. Praecedit index exactissimus, exhibens titulos singulorum Librorum, Tractatuum, & Capitum, qui priora sex Codicis folia complectitur, adiecto in fine versiculo:

Et sic est finis, sit laus & gloria Trinis.

Libro primo sequens praemittitur titulus rubrica conscriptus: *In Dei nomine eximii Doctoris Alberti Magni Liber de Animalibus incipit primus, qui est de membris animalium, & praecipue perfectissimi animalis, quod est homo, cui proximus Tractatus est de communi diversitate animalium in membris, & vita, Capitulum primum, & est digressio, declarans divisionem, & materiam totius scientiae de Animalibus rubrica feliciter*. Inc. *Scientiam de Animalibus, cuius in principio praemisimus divisionem &c.* Liber ultimus des. *& ego talium hominum parum curo reprehensiones*. Tum subditur:

Laus tibi sit Christe, quoniam liber explicit iste.

Qui scripsit finem, barathri non sentiat ignem. Amen.

Exstant hi Libri in Tom. VI. eius Operum edit. Lugdunensis per Claudium Prost &c. anni MDCLI. fol. a pag. 1. ad pag. 684.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori Saec. XV. binis columnis exaratus, cum initialibus Librorum pictis & coloratis, & titulis rubricatis, cuius prima pagina ornatu marginali decorata est, & stemmate Mediceo insignita. Constat fol. script. 257.

AL-

(1) Ad hunc titulum recentior manus hanc notulam adiecit: *Iste Vgo est de Folieto, & non de S. Victore, ambo Canonici Regulares.*

Digitized by Google

ALBERTI MAGNI OPERA VARIA.

Cod. LXVIII.

I. pag. 1. LIber Quaestionum de Homine clarissimi Alberti Magni Commentatoris latini, sacri Ordinis Praedicatorum. Inc. *Circa secundam Partem Summae de Creaturis, restat quaerere de Homine, de quo primo quaerendum est, secundum statum eius in seipso, & postea de loco eius, qui est Paradisus. Vnde circa statum eius in se ipso, quaerenda sunt tria.* Des. *vivere autem est secunda, quae non influit sine prima, sed bene influit sine tertia, & sic de aliis. Et haec de Creaturis dicta sufficiant. Et sic est finis. Deo laus in sempiterna saeculorum saecula. Amen.* Tum in rubrica subiungitur: *Explicit Liber de Homine clarissimi philosophi Alberti Magni Commentatoris latini, sacri Ordinis Praedicatorum, finitus per manus Petri de Linea sub anno Domini* MCCCCLXIIII. *die vero sexta mensis Februarii.* Et paullo infra, post quaedam de variis vini effectibus, legitur Distichon:

Si quis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam vetitam noverit esse sibi.

Aliud exemplar occurrit in Codice II. Plutei XV. partis sinistrae Biblioth. Sanctae Crucis, Catalog. Tom. IV. pag. 117. §. I. Legitur autem in edit. Oper. cit. Tom. XIX. a pag. 1. ad pag. 356.

II. pag. 183. Eiusdem de Officio Missae Liber. Inc. *Isaiae LXVI. dicit Dominus: Ecce ego declinabo in vos, sicut flumen, pacem, & quasi torrentem inundantem, gloriam gentium, quam sugetis. In quo verbo duo promittit Dominus, in quibus abundantiam suae bonitatis ostendit.* Des. *hoc igitur est, quod de Missarum peractione, breviter & grosse videbatur esse dicendum, alia subtilia melioribus relinquendo.* Ibid. Tom. XXI. a pag. 1. ad pag. 92.

III. pag. 230. Eiusdem Liber de Sacramento Ecclesiae cum Prologo, qui inc. *Quia autem de Sacramento Altaris multa sunt, quae specialem habent difficultatem, ideo haec ad finem reservavimus.* Des. *omnis gratiae plenitudo.* Liber inc. *Incipientes igitur ab hoc genere.* Des. *& si quid lectori in dictis displicet, parcat simplicitati, quia si non subtiliter, tamen utiliter multa in eis dicta inveniet. Deo gratias.* Tum repetitur titulus hoc pacto: *Explicit Summa de Corpore Domini a Fratre Alberto Magno de Ordine Praedicatorum, Episcopo quodam* (1) *Ratisponensi compilata.* T. cit. Part. II. a pag. 1. ad pag. 139.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori Saec. XV. binis columnis exaratus, cum initialibus Librorum litteris aureis, variisque coloribus depictis, & ornatu marginali primae paginae, ut in superioribus Codicibus, indice Capitum in primis duobus foliis, & testimonio Cosmianae munificentiae, ut in Cod. VIII. Constat fol. scriptis 299.

(1) Sic est in Codice, forte legendum *quondam*.

ALBERTI MAGNI OPERA VARIA.

Cod. LXIX.

I. pag. 1. CLarissimi philosophi Alberti Magni Commentatoris, sacri Ordinis Praedicatorum, de Anima Libri III. Liber primus inc. *Omnibus, quae de tempore mobili, & immobili secundum locum dicenda erant, expeditis.* Liber tertius des. *haec ergo de Anima, secundum quod in ipsa consideratur, determinata sufficiant.* Oper. cit. edit. Tom. III. a pag. 1. ad pag. 189.

II. pag. 108. b. Eiusdem de Lapidibus, Metallis, Mineralibus &c. Libri V. Liber I. inc. *De commixtione, & coagulatione, & congelatione, & liquefactione, & ceteris huiusmodi partibus in Libro Meteororum iam est dictum.* Liber quintus des. *ex dictis enim omnia quaecumque non nominata sunt, de facili poterunt cognosci.* Ibid. Tom. II. a pag. 210. ad pag. 272. Habentur etiam in Codice I. Plut. LXXXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. III. pag. 205. §. V.

III. pag. 140. Eiusdem de Agricultura, Vegetabilibus, & Plantis Libri VII. Liber primus inc. *In universalibus principiis vivorum omnium, & operationibus eorum, exsequutis, quae de animabus, & operationibus communibus animae, & corporis fuerunt, nunc philosophandum est de particularibus.* Liber septimus des. *quaecumque autem in communi quaeruntur de ipsis, per ea, quae dicta sunt, sufficienter poterunt agnosci.* Ibid. Tom. V. a pag. 342. ad pag. 507. ubi inscribuntur: *De Vegetabilibus Tractatus V.*

Codex membranaceus MS. in fol. maiori Saec. XV. binis columnis exaratus, iisdemque ornatibus, aeque, ac superiores, instructus, & cum indice in principio singulorum Librorum, & Capitum, titulos, & initia exhibente, tribus foliis comprehenso. Constat foliis scriptis 240.

S. BONAVENTVRAE IN I. SENTENTIARVM.

Cod. LXX.

FRatris Bonaventurae primus Liber super primum Librum Sententiarum, cuius initium, & finis concordat cum Codice II. Plutei XXV. partis dextrae Bibliothecae S. Crucis, Catalogi Tom. IV. pag. 685. Heic quoque subsequitur index Quaestionum, quae in hoc primo Libro pertractantur, in cuius calce legitur: *Expliciunt Problemata primi Libri Sententiarum Fratris Bonaventurae.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum initiali littera variis coloribus depicta, optimeque tervatus. Constat foliis scriptis 141.

EIVS-

Digitized by Google

EIVSDEM IN II. SENTENTIARVM.

Cod. LXXI. EIusdem sancti Bonaventurae Liber secundus in II. Librum Sententiarum, ut in Codice VII. Plutei citati pag. 686. Heic etiam subiungitur Distinctionum, & Titulorum Quaestionum, quae in hoc Libro pertractantur, index accuratissimus, adiecta in calce sequenti epigraphe: *Iste secundus Liber Sententiarum Fratris Bonaventurae habet quadraginta quatuor Distinctiones, & habet CCC. & VI. Problemata. Deo gratias.* Et paullo infra: *Scriptum finitum* MCCCC. 64.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, nitidissimae scripturae, cum initiali littera aurea, variisque coloribus depicta, & ornatu marginali primae paginae, ubi videre est Mediceae familiae stemma gentilitium. Adest etiam in principio Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice IX. Constat fol. scriptis 293.

EIVSDEM IN III. SENTENTIARVM.

Cod. LXXII. EIusdem tertius Liber super Sententiis, ut in Codice I. Plutei XXVI. partis dextrae eiusdem Biblioth. S. Crucis, Tom. cit. pag. 685. In hoc tamen deest tabula Distinctionum huius tertii Libri.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, eleganti charactere conscriptus, eodemque ornatu marginali primae paginae, ut superior Codex, instructus, cui praeterea decorem addit sancti Bonaventurae imago in littera initiali depicta; testimonium vero Mediceae liberalitatis in principio appositum, aliquantum differt a superioribus; ita enim habet: *In hoc Volumine quisquis legendo profecerit, Petro Mediceo, Cosmi filio, acceptum referre debebit, qui eximiam patris pietatem atque religionem prosequutus, hoc ipso, multisque aliis praeclarissimis Libris Bibliothecam istam ornavit, cui aeternum munus, cumulatamque mercedem reddat Deus Opt. Max.* Constat foliis scriptis 241.

EIVSDEM IN IV. SENTENTIARVM.

Cod. LXXIII. EIusdem super Sententias Libri IV. ut in Codice VIII. eiusdem Plutei loc. cit. pag. 685. In hoc tamen praecedit tabula Capitum, quae in hoc quarto Libro continentur, & quidem, ut videtur, ab alia manu descripta, & adsunt in margine notulae quaedam & correctiones manus item aliquanto recentioris.

Codex membranaceus MS. in 4. maiori, Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum initiali littera depicta. Constat foliis scriptis 227.

RATIONALE DIVINORVM OFFICIORVM.

Cod. LXXIV. GVilielmi Durandi Rationale Divinorum Officiorum Libris octo, editio Moguntina rarissima anni MCCCCLIX. in fol. max. in qua impressionis nota, quae legebatur in fine, abrasa penitus fuit (1), ut pro Codice manu exarato, Cosmo Mediceo Patriae Patri venalis prostaret, dum Bibliothecam Fesulanam, Codicibus undequaque comparatis, adornaret.

Codex membranaceus impressus, ut supra, binis columnis, cum titulis Capitum rubro charactere expressis, & initialibus Librorum vario colore depictis, optime servatus. Constat foliis 160.

D. BERNARDI EXPOSITIO IN CANTICA CANTICORVM.

Cod. LXXV. I. pag. 1. BErnardi Abbatis Clarae Vallis Sermonum super Cantica Canticorum Liber, seu Expositio in Cantica Canticorum, Sermonibus LXXXVI. Inc. *Vobis, fratres, alia, quam aliis de saeculo, aut certe dicenda sunt.* Des. *item ad omnes electos, ut filii, inquit, lucis ambulate;* ut in eius Operum edit. Paris. curante Io. Mabillonio an. MDCCXIX. in fol. Tom. IV. a pag. 1273. ad pag. 1570.

II. pag. 143. Giliberti (de Hoylandia) Sermonum super Cantica Canticorum Salomonis Liber, seu potius Sermones XLVI. Primus inc. *Varii sunt amantium affectus.* Vltimus des. *qui approximat illi, approximat igni,* ut in Codice XXX. Plutei XVII. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. I. pag. 355. cum quo concordant, quoad initium & finem.

Cod. membranac. MS. in fol. maiori, Saec. XV. binis columnis, charactere grandiori exaratus, cum titulis singulorum Sermonum rubricatis, & initiali littera utriusque Operis aurata, atque depicta, ornatu marginali primae paginae, stemmate gentilitio Mediceae familiae, necnon exactissimo indice in primis duobus foliis, singulorum Sermonum titulos & initia exhibente, ac tandem Cosmianae liberalitatis testimonio, ut in Codice VIII. Constat foliis scriptis 231.

(1) Haec autem ita se habet in alio exemplari, olim Laurentiano, nunc Magliabechiano: *Presens Rationalis Divinorum Codex Officiorum venustate capitalium decoratus, rubricationibusque distinctus, artificiosa adinventione imprimendi, ac characterisandi, absque calami exarationibus sic effigiatus, & ad Eusebiam Dei industrie consummatus per Iohannem Fust Civem Moguntinum, & Petrum Gernszheim Clericum Diocesis eiusdem, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Sext. die Octob.*

Digitized by Google

DIVI BERNARDI OPERA VARIA.

Cod. LXXVI.

I. pag. 1. Liber sancti Bernardi Abbatis de Libero Arbitrio, cum Prooemio inscripto *Domino VV.* (Wilhelmo) *Abbati sancti Theoderici*, cuius initium: *Opusculum de Gratia, & Libero Arbitrio &c.* Finis: *qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.* Liber inc. *Loquente me coram aliquando, & Dei gratiam in me commendante.* Des. *non quos iustos invenit, hos & magnificavit.* Inter Opera S. Bernardi, cit. edit. Paris. apud Carolum Robustel MDCCXIX. fol. Tom. II. a pag. 609. ad pag. 630.

II. pag. 9. Eiusdem Liber de diligendo Deo. Post inscriptionem *Viro illustri Domino A.* (scilicet *Haymerico*) *Ecclesiae Romanae Diacono &c.* inc. *Orationes a me, & non quaestiones poscere solebas.* Des. *nullus profecto esse poterit miserationis affectus.* Ibid. a pag. 589. ad pag. 608.

III. pag. 16. b. Eiusdem ad Eugenium Papam de Consideratione Libri V. cum Prologo, cuius initium: *Subiit animum dictare aliquid.* Finis: *ei qui vim non sentit amoris.* Liber primus inc. *Vnde ergo iam incipiam?* Liber V. des. *sed non finis quaerendi.* Ibid. a pag. 413. ad pag. 464.

IV. pag. 36. Eiusdem Liber de XII. gradibus Humilitatis. Prologus inc. *In hoc Opusculo, quum in Evangelio &c.* Des. *ut Deum timeat, & memor sit omnium, quae praecepit.* Liber inc. *Rogasti me, frater VV. quatenus ea, quae de gradibus Humilitatis coram fratribus loquutus fueram, pleniori Tractatu dissererem.* Des. *quos adscendendo melius tu in corde tuo, quam in nostro codice leges.* Ibid. a pag. 563. ad pag. 588.

V. pag. 45. b. Eiusdem Liber de amore Dei. Inc. *Venite, adscendamus ad montem Domini.* Des. *& saepe fiunt primi novissimi, & novissimi primi.* Divo Bernardo perperam adscribitur. Auctorem vero habet Guilielmum Abbatem, uti dicitur in cit. edit. T. V. pag. 233. ubi titulum praefert *De Contemplando Deo*, cum Prologo, qui in hoc Codice desideratur.

VI. pag. 57. b. Eiusdem Liber de Praecepto & Dispensatione ad Dominum Abbatem Columbensem. Inc. *Rescriptum meum ad Epistolas duorum Carnotensium quorumdam monachorum vobis primum, ut promiseram, destinare curavi.* Des. *nostrae debui, quod & studui, satisfacere voluntati.* Ibid. a pag. 505. ad pag. 530.

VII. pag. 66. b. Eiusdem Epistola consultoria. Inc. *Super bono nuncio, quod de vobis auribus nostris insonuit, vehementer gavisa est anima mea.* Des. *sed a vobis numquam potestis audire. Valete.* Ibid. Tom. I. pag. 371. Epist. CCCCXX.

VIII. pag. 68. Eiusdem Apologia. Post inscriptionem: *Venerabili Patri VV. frater Bernardus &c.* inc. *Vsque modo, si qua me scriptare iussisti, aut invitus, aut nullatenus acquievi.* Des. *quod ut nobis, & vobis semper fiat, omnino precor, & supplico. Valete.* Ibid. a pag. 531. ad pag. 546. Abest in Cod. Praefatiuncula, quae occurrit in edit.

IX. pag. 73. b. Eiusdem Liber super *Dixit Simon Petrus ad Iesum &c.* Praefatio inc. *Vt tibi, dilectissime, praesentis exhortationis cedulas destinarem.* Des. *ut distinctio ipsa fastidium non admittat.* Tum sequitur tabula Distinctionum, in quas dividitur Opus. Liber inc. *Dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Fidelis sermo, & dignum omni acceptione colloquium Simonis Petri, & Iesu.* Des. *qui venit, ut vitam habeamus, & abundantius habeamus, Iesus Christus Dominus noster.* Ibid. Tom. V. a pag. 297. ad pag. 325. sub titulo: *Gaufridi Abbatis Declamationes de colloquio Simonis cum Iesu, ex S. Bernardi Sermonibus collectae.*

X. pag. 85. b. Eiusdem Exhortatorium ad Clerum. Inc. *Ad audiendum, ut credimus, verbum Domini convenistis.* Des. *apud quem patientia pauperum non peribit in finem, Christi gloria, nunc & semper, & in saecula saeculorum. Amen.* Ibid. Tom. II. a pag. 483. ad pag. 502.

XI. pag. 92. b. Eiusdem Liber super *Missus est Angelus &c.* Inc. *Scribere me aliquid, & devotio iubet, & prohibet occupatio.* Des. *cui hoc meum, qualecumque Opusculum, devotissime destinavi.* Forte innuitur ab Oudino de Scriptor. Eccles. Tom. II. pag. 1233. ubi ait, Homilias in *Missus est Angelus*, esxtare in editione S. Bernardi Opusculorum Brixiensi an. MCCCCXCV.

XII. pag. 102. Sequuntur eiusdem Epistolae satis multae, quae collatae cum editis in Tom. I. progrediuntur eodem ordine, exceptis nonnullis, quas inferius notabimus.

Epistola I. est ad Fratres de Monte Dei de vita solitaria cum Praefatione, quae inc. *Dominis, & amicis, & fratribus Haimoni Priori, & ceteris Guigo* (1) *sabbatum delicatum. Bene impudenter, & plusquam decebat &c.* Des. *donec ipso lucis amore assuescant.* Epistola inc. *Fratribus de Monte Dei. Orientale lumen &c.* Des. *secretum meum mihi.* In cit. edit. Tom. V. a pag. 203. ad pag. 238.

Epistola secunda in Cod., prima est in edit.

Epistola XLII. ad Dominum H. Archiepiscopum, quae in edit. reiicitur in Tom. II. p. 467. in Cod. habetur suo loco pag. 134. b.

Item Epistola LXXVII. inscripta ad magnum Hugonem de S. Victore, quae inc. *Si tibi videor tardius descripsisse &c.*, quae in edit. reiicitur in Tom. IV. inter Tractatus, habetur in Codice suo loco, pagina nimirum 149.

Pro Epistola LXXXIV. quae inc. *Provide, ut videtis &c.*, edit. pag. 87. occurrit in

(1) Voces *Haimoni*, & *Guigo* supplevimus ex editione, quum in Codice sint in lacuna.

Digitized by Google

in Codice Epistola, quae sine ulla inscriptione inc. *Quod me huius Operi operam dare iubes &c.* Des. *nec usus suppetat dictandi, nec otium.* Haec in edit. exstat Tom. II. pag. 531. & est instar Praefationis in Apologiam ad Guillelmum sancti Theoderici Abbatis.

Epistolae duae, nimirum CXXII. & CXXIII. edit. pag. 128. & 129. desunt in Codice suo loco, & redduntur inter Epistolas CXXVIII. & CXXIX.

Inter Epistolas CXXXV. & CXXXVI. edit. pag. 144. & 145. inseritur in Codice pag. 176. b. Epistola ad Dominum Papam Innocentium, quae inc. *Fidenter loquor, quod fideliter amo &c.*, quae in edit. est sub num. CLXXVIII. pag. 174. quaeque iterum suo loco repetitur in Codice.

Epistola CXLVII. quae inc. *Visitet te oriens ex alto &c.* deest in Codice.

Item Epistola CLXVII. quae inc. *Clementissime Pater &c.* deest in Codice.

Epistola CXC. ad Dominum Innocentium Papam, quae in edit. omittitur, & reiicitur in Tom. II. inter Tractatus, in Codice habetur suo loco.

Epistolae duae, nimirum CXCII. & CXCIII. desunt in Codice, & redduntur inter Epistolas CXCVI. & CXCVII.

Epistolae duae, nimirum CCXXIX. & CCXXX. omnino desunt in Codice.

Epistola ultima Codicis, quae inc. *Saevit frustrata ambitio*, est in edit. CCLIII. quam sequitur in Codice alia ad Dominum Hugonem magistrum militiae Templi, quae in edit. incidit in Tom. II. pag. 549. sub titulo: *Liber de laude novae militiae ad milites Templi*, & est in Codice imperfecta; desinit enim in verbis: *porro gratia ex illa, ut dictum.....* quae incidunt in pag. 561. lin. 38.

Tandem claudit seriem Epistolarum, cuiusdam feminae, ut videtur, Epistola, forte ad B. Bernardum, quae inc. *Angustiae, fateor, mihi sunt undique, quoniam quem diligit anima mea, sermonibus excitare compellit amor impatiens.* Des. *desiderans, & anhelans, antequam moriar, vestris conspectibus consolari.* Tum subiicitur: *Expliciunt Epistolae B. Bernardi.*

XIII. pag. 219. Eiusdem Sermones de Tempore, quibus praemittitur tabula argumentorum, quae in singulis pertractantur. Procedunt autem eodem ordine, quo habentur in cit. edit. Tom. III. a pag. 723. usque ad pag. 962. exceptis iis, quos infra adnotabimus, nimirum:

Pag. 225. b. omittuntur in Codice Homiliae IV. super verba Evangelii *Missus est Angelus Gabriel &c.* quae occurrunt in edit. a pag. 739. usque ad pag. 761. inclusive.

Pag. 238. b. omittitur Sermo unicus in Nativitate SS. Innocentium, qui inc. *Benedictus qui venit in nomine Domini &c.* edit. pag. 794.

Pag. 252. deest item Sermo VII. de Oratione Dominicali, qui inc. *Voluntas Domini, fratres &c.* edit. pag. 831.

Pag. 282. inter Sermonem III. in tempore Resurrectionis, qui inc. *Sicut in corporum medicina &c.* & Sermonem I. in Octava Paschae, qui inc. *Omne quod natum est ex Deo &c.* edit. pag. 909. & 912. inseritur in Codice brevis Sermo inscriptus: *In tempore Resurrectionis, quomodo quibusdam nondum natus est Christus, quibusdam nondum passus, quibusdam nondum resurrexit, quibusdam nondum adscendit, quibusdam* (sic) *misit Spiritum*, qui inc. *Omnia quae de Salvatore legimus &c.* & exstat in edit. Tom. III. pag. 1185. inter Sermones de Diversis.

Pag. 288. inter Sermonem IV. in festo Adscensionis, qui inc. *Si Nativitatis, & Resurrectionis Dominicae &c.* & Sermonem V. qui inc. *Hodie sedenti in throno &c.*, inseritur in Codice Sermo: *De magnanimitate, longanimitate, & unanimitate*, qui inc. *Triplicem nobis in Ecclesia*; & habetur inter Sermones de Diversis Tom. cit. pag. 1184.

Pag. 294. b. omittitur in Codice Sermo II. in Dominica VI. post Pentecosten, qui inc. *Misericordias Domini in aeternum cantabo &c.* edit. pag. 946.

Pag. 295. b. inter Sermonem III. in Dominica VI. post Pentecosten, qui inc. *Scitis quid fecerim &c.* edit. pag. 947. & Sermonem I. in Dominica I. Novembris, qui inc. *Vidi Dominum sedentem*, edit. pag. 950. inseruntur in Codice Sermones quinque, qui sunt sub numeris XXXVI. XXXVIII. XXXIX. XXXVII. & XXXV. inter Sermones de Diversis.

Pag. 299. Sermo I. & II. in Dominica I. Novembris, in edit. pag. 950. & 951. in Codice in unum coniunguntur.

Pag. 301. item ex Sermone III. & IV. de verbis Isaiae Prophetae, edit. pag. 953. & 954. in Codice unus fit. Denique haec Sermonum series clauditur sequenti epigraphe: *Expliciunt Sermones B. Bernardi Abbatis, quos fecit de Tempore. Deo gratias.*

XIV. pag. 303. b. Eiusdem Sermones ad Clericos de Conversione, seu potius Sermo in Capita XXXI. distributus. Inc. *Ad audiendum, ut credimus, verbum Domini convenistis.* Des. *patientia pauperum non peribit in finem. Ipsi gloria &c.* Exstat in cit. edit. Tom. II. a pag. 483. ad pag. 502. ubi dividitur in Capita XXII.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori Saec. XV. cum titulis Epistolarum, & Sermonum rubricatis, & pictura in principio primam Codicis litteram inauratam, & stemma familiae Mediceae gentilitium exhibente, cui praemittitur accuratissimus index, sub oculos sistens titulos, & initia singulorum Operum, quinque integris foliis comprehensus, necnon Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice IX. Constat fol. scriptis 309.

Digitized by Google

DIVI BERNARDI SERMONES DE SANCTIS &c.

Cod. LXXVII. SErmones Sancti Bernardi Abbatis de Clara valle, quos fecit de Sanctis, hoc ordine.

I. pag. 1. In Natali SS. Innocentum de quatuor continuis solemnitatibus. Inc. *Benedictus qui venit in nomine Domini &c.* Exstat inter Sermones de Tempore Tom. III. editionis Paris. cit. apud Car. Robustel. M DCCXIX. fol. pag. 794.

II. pag. ead. b. De Conversione S. Paulli, quomodo ad exemplum eius debemus converti. Inc. *Merito quidem, dilectissimi, conversio Doctoris gentium &c.* Inter Sermones de Sanctis ibid. pag. 961.

III. pag. 3. In Purificatione B. M. de triplici misericordia. Inc. *Hodie templi Dominum &c.* Ibid. pag. 965.

IV. pag. 4. Item unde supra de ordine & modo processionis. Inc. *Gratias Redemptori nostro &c.* Ibid. pag. 967.

V. pag. ead. b. Item unde supra de Puero, Maria, & Ioseph. Inc. *Purificationem B. Mariae Virginis hodie celebramus.* Ibid. pag. 968.

VI. pag. 5. In natali S. Benedicti Abbatis. Inc. *Convenientibus vobis in unum &c.* Ibid. pag. 973.

VII. pag. 7. In Annuntiatione Dominica de verbis Psalmi: *Vt inhabitet gloria in terra nostra.* Inc. *Vt inhabitet gloria in terra nostra &c.* Ibid. pag. 977.

VIII. pag. 9. b. Item in Annuntiatione Dominica de septiformi Spiritu in Christo. Inc. *Considerare est, fratres &c.* Ibid. p. 983.

IX. pag. 10. b. In Annuntiatione Dominica, in sabb. tertio Quadragesimae de adultera, & Susanna, & B. Maria Virgine. Inc. *Quam dives es in misericordia &c.* Ibid. p. 985.

X. pag. 12. b. In Nativitate S. Ioannis Baptistae de lucerna ardente, & lucente. Inc. *Sit procul ab his conventionibus &c.* Ibid. pag. 989.

XI. pag. 14. b. In vigiliis Apostolorum Petri & Paulli. Inc. *In Sanctorum vigiliis necesse est &c.* Ibid. pag. 993.

XII. pag. 15. b. In solemnitate Apostolorum Petri, & Paulli. Inc. *Gloriosa nobis solemnitas illuxit &c.* Ibid. pag. 994.

XIII. pag. 16. Item unde supra. Inc. *Sancti isti, quorum solemniis &c.* Ibid. pag. 996.

XIV. pag. 17. b. In solemnitate eorumdem, de lectione Libri Sapientiae: *Hi sunt viri misericordiae.* Inc. *Merito, fratres, Apostolis sanctis &c.* Ibid. pag. 999.

XV. pag. 18. b. In Assumptione B. Mariae Virginis. Inc. *Virgo hodie gloriosa &c.* Ibid. pag. 1001.

XVI. pag. 19. b. Item in eadem solemnitate de verbis Evangelicae lectionis: *Intravit Iesus in quoddam Castellum.* Inc. *Opportune satis &c.* Ibid. pag. 1003.

XVII. pag. 21. Item unde supra. Inc. *Intravit Iesus in quoddam Castellum. Quod Dominus, ac Salvator noster semel, & in uno loco &c.* Des. *& ab aliis sese diligi sine dubio credat.* Ibid. Tom. V. pag. 694. inter dubios.

XVIII. pag. 123. b. Item unde supra. Inc. *Intravit Iesus in quoddam Castellum &c. Quid est, fratres, quod ex duabus sororibus &c.* Ibid. Tom. III. pag. 1006.

XIX. pag. 24. b. Item unde supra. Inc. *Tempus loquendi est omni carni.* Ibid. p. 1009.

* XX. pag. 26. b. Item unde supra. Inc. *Ave gratia plena. Non in sola virginitate constare poterat gratiae plenitudo.* Des. *ac si dicat, cum eo solo tibi est generatio ista communis.* Sermones, quos in citata editione non invenimus, deinceps asterisco praenotamus.

XXI. pag. ead. Dominica infra octavam de verbis Apocalypsis. Inc. *Signum magnum apparuit in caelo &c. Vehementer quidem nobis &c.* Ibid. pag. 1012.

XXII. pag. 29. b. In Nativitate B. Mariae Virginis de aquaeductu. Inc. *Foecundae virginitatis amplectitur caelum praesentiam &c.* Ibid. pag. 1018.

XXIII. pag. 33. In solemnitate S. Michaëlis. Inc. *Angelorum hodie memoria celebratur.*

XXIV. pag. ead. b. In eadem solemnitate. Inc. *Huius itaque tanti ministri gratia &c.* Ibid. 1025. ubi sermo hic coniungitur cum superiore.

XXV. pag. 34. In eadem solemnitate. Inc. *Audistis, fratres, Evangelicam lectionem &c.* Ibid. pag. 1027.

XXVI. pag. 35. In solemnitate omnium Sanctorum de lectione Evangelii. Inc. *Festivitatem hodiernam omnium Sanctorum &c.* Ibid. pag. 1029.

XXVII. pag. ead. b. Item in eadem solemnitate. Inc. *Legimus in Evangelio hodie &c.* Ibidem pag. 1029. ubi item coniungitur cum Sermone superiore.

XXVIII. pag. 38. Item in eadem festivitate. Inc. *Quia Sanctorum omnium festivam hodie, dilectissimi &c.* Ibid. pag. 1036.

XXIX. pag. 39. b. Item unde ut supra. Inc. *Advertistis, nisi fallor &c.* Ibid. p. 1039.

XXX. pag. 40. b. Item unde ut supra. Inc. *Quum de altari illo caelesti &c.*

XXXI. pag. 41. Item unde ut supra. Inc. *Porro altare ipsum &c.* Ibid. pag. 1041. ubi pariter cum superiore Sermone coniungitur.

XXXII. pag. 42. Item unde ut supra. Inc. *Festiva nobis est dies haec.* Ibid. p. 1044.

XXXIII. pag. 44. In festivitate S. Martini de exemplis obedientiae. Inc. *Puto, sermonem exigit a nobis &c.* Ibid. pag. 1054.

XXXIV. pag. 45. Item in eadem festivitate. Inc. *Propter hanc nempe salutem &c.*

XXXV. pag. 47. b. In Nativitate S. Clementis. De tribus aquis. Inc. *Pretiosa in conspectu Domini &c.* Ibid. pag. 1061. ubi coniungitur cum sermone superiore.

XXXVI.

Digitized by Google

XXXVI. pag. 48. b. In vigilia S. Andreae Apostoli. Inc. *Sanctorum festa praecipua, &c.* Ibid. pag. 1063.

XXXVII. pag. 49. b. In Nativitate eiusdem de mundis piscibus. Inc. *Celebrantes hodie gloriosum beati Andreae triumphum &c.* Ibid. pag. 1065.

XXXVIII. pag. 51. In eadem festivitate. Inc. *Beati Andreae Apostoli festivitas &c.* Ibid. pag. 1069.

XXXIX. pag. 52. b. In Dedicatione Ecclesiae. Inc. *Festivitas hodierna, fratres, tanto nobis debet esse devotior.* Ibid. pag. 1076.

XL. pag. 53. b. Item unde ut supra. Inc. *Olim Rex gloriosus &c.* Ibid. pag. 1078.

XLI. pag. 54. b. Item unde ut supra. Inc. *Domus haec, fratres, aeterni Regis oppidum est.* Ibid. pag. 1079.

XLII. pag. 55. Item in Dedicatione Ecclesiae, de triplici mansione. Inc. *Votivis laudibus celebramus &c.* Ibid. pag. 1081.

XLIII. pag. 56. b. Item in Dedicatione Ecclesiae de gemina sui (*sic*). Inc. *Etiam hodie, fratres, solemnitatem agimus.* Ibid. pag. 1084.

LXIV. pag. 58. b. Item in Benedictione Ecclesiae. Inc. *Domestica nobis celebritas &c.* Ibid. pag. 1088.

XLV. pag. 59. In transitu B. Malachiae Episcopi. Inc. *De caelo vobis hodie, dilectissimi &c.* Ibid. pag. 1048.

XLVI. pag. 60. b. Item de eodem Sermo. Post inscriptionem *Religionis Fratribus, qui in Hibernia sunt &c.* inc. *Si haberemus hic manentem civitatem &c.* Exstat inter Epistolas T. I. pag. 337.

XLVII. pag. 61. In obitu Reverendissimi Patris Humberti. Inc. *Humbertus famulus Domini mortuus est.* Tom. III. pag. 1072.

XLVIII. pag. 63. De sancto Ioanne Baptista. Inc. *Hodie, dilectissimi, dies illuxit insignis.* Tom. V. pag. 688.

* IL. pag. 66. b. In festivitate sanctorum Apostolorum Petri, & Paulli. Inc. *Hodierna dies, dilectissimi, clara est, & solemnis.* Des. *& aperiri caelestium palatia mansionum.*

* L. pag. 68. De sancto Benedicto. Inc. *Dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia. In huius Patris nostri praecipua solemnitate.* Des. *qui venit, ut vitam habeamus, Iesus Christus Dominus noster &c.*

LI. pag. 70. In festivitate sanctae Mariae Magdalenae. Inc. *Hodie misericordia, & veritas obviaverunt sibi.* Tom. V. pag. 734.

* LII. pag. 72. In sancti Petri ad Vincula. Inc. *Adolescentulae dilexerunt te nimis. Petrus Apostolus, Apostolorum Princeps &c.* Des. *ut ad magistrum, Petri intercessione, pervenire valeamus, qui est Deus benedictus &c.*

* LIII. pag. 73. In Assumptione B. Mariae Virginis. Inc. *Hic totum decurrat ingenium, & aureus sermo tota relucet maiestate &c.* Des. *gratiosius lucent, quam potuerint revelari.*

* LIV. pag. 75. In Nativitate B. Mariae Virginis. Inc. *De gaudiis properamus ad gaudia, & ferventem stylum gloriosa materia facit ferventiorem.* Des. *nam te filius nihil negans onerat, qui est Deus benedictus in saecula.*

* LV. pag. 77. In Exaltatione Sanctae Crucis. Inc. *De virga Iesse, devenimus ad virgam Crucis.* Des. *& gloriare in Cruce Domini Dei tui, qui est benedictus &c.*

* LVI. pag. 78. b. In festo Angelorum. Inc. *Circa rerum cardinem versamur.* Des. *& videbimus illum in decore suo, qui est Deus benedictus &c.*

* LVII. pag. 81. In Dedicatione Templi. Inc. *Post Crucem, post Virginem, post Angelos.* Des. *exsequar, quod incepi, ad honorem illius, qui est Deus benedictus &c.*

LVIII. pag. 82. b. In festo omnium Sanctorum. Inc. *Hodie dies serenior adrisit nobis.* Des. *& perducant nos ad sponsum Ecclesiae, qui est Deus benedictus &c.* Tom. V. pag. 688. sub nomine Nicolai Claraevallensis. Recensetur etiam inter Opera S. Petri Damiani.

* LIX. pag. 84. In festo sancti Martini Episcopi. Inc. *Nobilis ille Confessor, Sacerdotum gloria &c.* Des. *audistis me de illius potentia disputantem, qui est benedictus &c.*

LX. pag. 86. b. In festo sancti Andreae Apostoli. Inc. *Et quietum studium, & attentum silentium.* Des. *& in se credere sponsus Ecclesiae, filius Mariae, qui est Deus benedictus &c.* Ibid. Tom. V. pag. 726.

LXI. pag. 89. b. In festo sancti Nicolai Episcopi & Confessoris. Inc. *Nicolaus iste meus, immo & vester, electus &c.* Des. *pro nobis hodie supplicare dignetur, qui est benedictus Deus &c.* Ibid. pag. 730.

LXII pag. 90. In Annuntiatione B. Mariae Virginis, vel in Adventu Domini. Inc. *Exsultate, fratres, in Domino, quia de Domina illa sermo habendus est.* Des. *ducat nos Mater ad Filium, Filius ad Patrem, Sponsa ad Sponsum, qui est Deus benedictus &c.* Ibid. pag. 578. sub nomine Nicolai Claraevallensis.

LXIII. pag. 92. b. In vigilia Nativitatis Domini. Inc. *Tandem de mari ad portum, de promisso ad praemium &c.* Des. *innocentibus brachiis amplectitur, qui est Deus benedictus &c.* Ibid. pag. 582. sub nomine eiusdem.

LXIV. pag. 95. In Nativitate Domini. Inc. *Non poterit explicari sermone, quod mente concepi.* Des. *ad honorem pueri, qui natus est nobis, qui est Deus benedictus &c.* Ibid. pag. 574.

* LXV. pag. 96. b. In festo sancti Stephani Protomartyris. Inc. *Adhuc filium Virginis habemus in manibus &c.* Des. *ne statuas illis aliquid ad peccatum, qui est Deus benedictus &c.* Tum subiicitur: *Explicium Sermones beati Bernardi Abbatis de Sanctis.*

LXVI.

Digitized by Google

LXVI. pag. 98. b. Post titulum: *Incipiunt quidam Sermones sancti Bernardi Abbatis*, sequuntur alii Sermones, quorum primus de triplici custodia, manus, linguae, & cordis, inc. *Omnes nobis caussamur deesse gratiam &c.* Tom. III. pag. 1123.

LXVII. pag. 100. De verbis Apostoli: *Non est regnum Dei esca, & potus*. Inc. *Quid praetergredimur viam &c.* Ibid. pag. 1126.

LXVIII. pag. ead. b. De verbis Domini: *Omnis, qui se exaltat, humiliabitur*. Inc. *Si diligenter consideramus, fratres, gradum hominum, quatuor invenimus*. Ibid. pag. 1130.

LXIX. pag. 101. b. De Obedientia, Patientia, & Sapientia. Inc. *Obsecro vos, fratres &c.* Ibid. pag. 1093.

LXX. pag. 103. De Cantico Ezechiae Prophetae. Inc. *Viri sanguinum & dolosi &c.* Ibid. pag. 1096.

LXXI. pag. 104. b. De verbis Sapientiae: *Iustum deduxit Dominus &c.* Inc. *Est iustus, qui in principio Sermonis &c.* Ibid. pag. 1132.

LXXII. pag. 105. De debito quadruplici. Inc. *In via estis, fratres &c.* Ibid. p. 1133.

LXXIII. pag. 107. De Oratione Dominica. Post verba: *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, & in terra*, inc. *Voluntas Domini, fratres, quae prius Angelos creavit &c.* Ibid. pag. 831.

* LXXIV. pag. ead. b. De verbis Apostoli: *Non est regnum Dei esca, & potus*. Inc. *Vult Apostolus Paullus in verbis esse brevis &c.* Des. *sed ut ei serviamus, qui est benedictus &c.*

LXXV. pag. 108. b. Item unde supra. Inc. *Non hic stamus tota die otiosi*. Ibid. p. 1100.

LXXVI. pag. 109. b. Item unde supra. Inc. *Admonet nos B. Benedictus, fratres &c.* Ibid. pag. 1153.

LXXVII. pag. 110. De septem Spiritibus. Inc. *Magister gentium Apostolus &c.* Ibid. pag. 1136.

LXXVIII. pag. 111. De multiplici utilitate Verbi Dei. Inc. *Tenetis, credo, quemadmodum hesterno die &c.* Ibid. pag. 1138.

LXXIX. pag. ead. b. De Obsecratione, Oratione, Postulatione, & gratiarum Actione. Inc. *Quatuor mihi videntur &c.* Ibid. pag. 1140.

LXXX. pag. 113. De septem Misericordiis. Inc. *Misericordias Domini in aeternum cantabo &c.* Ibid. pag. 946.

LXXXI. pag. 114. De fragmentis septem Misericordiarum. Inc. *Scitis quid fecerim &c.* Ibid. pag. 947.

LXXXII. pag. 115. Quomodo voluntas nostra divinae tripliciter subiici debeat voluntati. Inc. *Audistis nunc in regula vestra, fratres, de humilitate sententiam*. Ibid. pag. 1143.

LXXXIII. pag. 116. De verbis Abacuc: *Super custodiam meam stabo, & figam gradum in munitione &c.* Inc. *Legimus in Evangelio, quod praedicante Domino &c.* Ibid. pag. 1101.

LXXXIV. pag. ead. b. De cute, carne, & osse Animae. Inc. *Beatus David in Psalmo XXXIII. de iustis loquitur &c.* Ibid. pag. 1103.

LXXXV. pag. 117. De verbis Apostoli: *Qui gloriatur, in Domino glorietur*. Inc. *Qui gloriatur, in Domino glorietur. Noverat Apostolus &c.* Ibid. pag. 1105.

LXXXVI. pag. 118. De diversis affectionibus animae, & diversis nominibus, secundum eas. Inc. *Quod diversis nominibus Deum &c.* Ibid. pag. 1106.

LXXXVII. pag. 119. b. De verbis Psalmi: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*. Inc. *Invisibilia Dei, Apostolo teste &c.* Ibid. pag. 1110.

LXXXVIII. pag. 120. De vita, & quinque sensibus animae. Inc. *Magna est, dico vobis, fratres charissimi, &c.* Ibid. pag. 1111.

LXXXIX. pag. 121. Contra pessimum vitium ingratitudinis. Inc. *Magna est super nos, dilectissimi, &c.* Ibid. pag. 1145.

XC. pag. 122. b. De duplici Baptismo. Inc. *Scitis, fratres, (firmissime enim tenetis catholicam veritatem) &c.* Ibid. pag. 1113.

XCI. pag. 123. De eo quod in Iob legitur: *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum*. Inc. *Dignum valde est, & omnino &c.* Ibid. pag. 1148.

XCII. pag. 124. b. De diligendo Deo. Inc. *Nolite diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt*. Ibid. pag. 1151.

XCIII. pag. 125. De primordiis, & mediis, & novissimis nostris. Inc. *Fili, memorare novissima tua &c.* Ibid. pag. 1114.

XCIV. pag. 126. De triplici Misericordia, & quatuor Miserationibus. Post verba: *Miserere mei Deus &c.* inc. *Sicut sunt peccata minima &c.* Ibid. pag. 1116.

XCV. pag. ead. b. De lignis, foeno, & stipula. Inc. *Nusquam est securitas, fratres*. Ibid. pag. 1153.

XCVI. pag. 127. De nimia quadam fallacia vitae. Inc. *Vera omnino sententia, fratres, &c.* Ibid. pag. 1089.

XCVII. pag. 128. b. De eodem. Inc. *Sapientia vincit malitiam, dum Satanam conterit Dei virtus*. Ibid. pag. 1117.

XCVIII. pag. 129. b. De eo quod scriptum est: *Beatus homo, qui invenit sapientiam, & qui affluit prudentia*. Inc. *Quid in hoc mundo agimus, fratres, &c.* Ibid. pag. 1119.

XCIX. pag. 130. De triplici genere bonorum. Inc. *Et propensius studium, & cura vigilantior &c.* Ibid. pag. 1120.

C. pag. 131. b. De verbis Psalmi: *Quis ad scendet in montem Domini &c.* Inc. *Verbum exhortationis est, fratres mei*. Ibid. pag. 1156.

CI. pag. 133. Recapitulatio. Inc. *Nocere possunt, ut vereor, forte nonnullis &c.* Ibid. pag. 1159.

CII. pag. 134. Sequuntur eiusdem S. Bernardi Sermones, qui in edit. p. 1186. dicuntur *parvi*, qui in Codice progrediuntur eodem ordine, quo exstant ibi, a praedicta pag.

usque

Digitized by Google

usque ad Sermonem XCVI. qui inc. *Haurietis aquas &c.* pag. 1224. inclusive, exceptis iis, quos mox adnotabimus.

Pag. 136. b. Sermo LI. qui inc. *Quid est quod dicimus, beatam Mariam &c.* in duo dividitur in Codice.

Pag. 139. b. inter Sermonem LVIII. qui incipit: *Quid est autem, quod post mortem eius &c.*, & Sermonem LIX. qui inc. *Amice, commoda mihi tres panes &c.* edit. pag. 1196. inseritur in Codice Caput brevissimum, quod inc. *Tres sunt, qui testimonium dant in caelo &c.*

Pag. 140. b. inter Sermonem LXI. qui inc. *Quis adscendet in montem Domini &c.* & Sermonem LXII. qui incipit: *Qui mihi ministrat, me sequatur &c.* edit. pag. 1199. inseruntur in Codice Capita duo brevissima, quorum primum inc. *De Spiritu Sancto testatur Scriptura &c.* alterum inc. *Spiritus sic arguit mundum de peccato &c.*

Pag. 141. Sermo LXIV. qui inc. *Pretiosa in conspectu Domini &c.* edit. pag. 1200. in duo dividitur in Codice.

Pag. 142. inter Sermonem LXVII. qui inc. *Lex per Moysen data est &c.* & Sermonem LXIX. qui inc. *Sicut portavimus imaginem terreni hominis &c.* edit. pag. 1202. inseritur in Codice Sermo, cuius initium: *Sic nos existimet homo &c.* qui exstat ibid. pag. 1154.

Pag. 143. inter Sermonem LXX. qui inc. *Spectaculum facti sumus mundo & Angelis &c.* & Sermonem LXXI. qui inc. *Integra & perfecta moralitas &c.* edit. pag 1203. inseruntur in Codice Capita duo brevia, quorum primum inc. *Vsque hodie in civibus Babylonis &c.* alterum inc. *Quum in populo Dei carnales alii sint &c.*

Pag. 145. b. inter Sermonem LXXVII. qui inc. *Populus, quem non cognovi, servivit mihi &c.* & Sermonem LXXVIII. qui inc. *Tria sunt tabernacula, atria, domus &c.* edit. pag. 128. inseritur in Codice breve Caput, cuius initium: *Mors peccatorum pessima, mala in amissione mundi &c.*

Pag. 147. inter Sermonem LXXXV. qui inc. *Sive ad austrum, sive ad aquilonem &c.* & Sermonem LXXXVI. qui inc. *Omnia fecisti in pondere, & mensura &c.* edit. pag. 1211. inseritur item in Codice brevissimum Caput, quod inc. *Boves sunt, qui in opere Dei strenue exercentur &c.*

Pag. ead. b. Sermo LXXXVII. qui inc. *Osculetur me osculo oris sui &c.* edit. pag. 1212. in duos dividitur in Codice.

Pag. 149. inter Sermonem LXXXIX. qui inc. *Osculetur me osculo oris sui. Os patris intelligitur filius &c.* & Sermonem XC. qui inc. *Duo sunt pedes Dei, misericordia, & iudicium &c.* pag. 1215., qui in Codice coalescunt in unum, inseruntur tredecim alii versus, qui incidunt in columna secunda paginae 149.

Pag. 150. inter Sermonem XC. praedictum, & Sermonem XCI. qui inc. *Emissiones tuae Paradisus &c.* edit. pag. 1217. inseritur in Codice breve Caput, cuius initium: *Revertere, revertere Sunamitis &c.* Hic autem Sermo XCI. dividitur in duos in Codice.

Pag. 151. b. In duos item dividitur Sermo XCII. qui inc. *Veni in hortum meum soror mea sponsa &c.* edit. pag. 1220.

Pag. 154. b. sequitur Sermo anepigraphus, qui inc. *Prima gratia est timor Domini &c.* qui in edit. Tom. V. pag. 774. inscribitur: *De septem donis Spiritus Sancti*, cum quo post verba: *septem Spiritus ante thronum Dei*, in quibus desinit in editione, coniunguntur in eadem linea, nullaque maiori littera adhibita, multa alia, quorum initium est: *Factus est in pace locus eius &c.*, quae sunt initium Sermonis XCVIII. qui inscribitur: *De filiis pacis, in quibus habitat Deus*. T. III. pag. 1228. Huic item Sermoni, nullo vacuo spatio relicto, adnectuntur in Codice pag. 156. columna 2. alia, quae inc. *Ante omnia, ut sine murmuratione sint fratres &c.* & progrediuntur usque ad pag. 159. b. quorum postrema sunt: *Diabolus* (intellige *elargitur*) *perpetuam captivitatem, Deus interminabilem felicitatem. Haec sola praeponderat.*

* Pag. 159. b. alius Sermo anepigraphus, qui inc. *Evangelica sanctione praeceptum est, ut in via mortalitatis huius &c.* Des. *velut de stercoribus boum, massas coagulantes, & pigrum, sicut dignus est, lapidantes.*

CIII. pag. 169. b. Eiusdem sancti Bernardi Sermo super mirandis beneficiis humanae Redemptionis. Inc. *Iesum Nazarenum a Iudaeis innocenter condemnatum.* Des. *ac benedicant te Deum Deorum in Sion. Sit tibi, inclyte Iesu, cum Deo Patre, Sanctoque Spiritu, Sanctae & Individuae Trinitati gloria &c.* Tom. V. pag. 662.

* CIV. pag. 173. b. Planctus gloriosae Virginis Mariae descriptus per beatum Bernardum. Inc. *Omnis qui ad nostrum Emmanuel, hoc est Verbum Patris Altissimi, quod Caro factum est, & habitavit in nobis, venire desiderat.* Desinit in his duobus versiculis.

Hoc sacrum pignus nullus accipiat, nisi dignus.
Qui capit indigne, digne cruciabitur igne.

CV. pag. 178. Litterae IV. Domini Papae Alexandri de Canonizatione B. Bernardi Abbatis Claraevallensis.

I. inscripta *Dilectis filiis Geraldo Abbati, & universo Conventui Claraevallis*, inc. *Sicut de religione, & pietate, quam circa Deum geritis &c. Data Anagniae* XV. *Kalendas Februarii*. In cit. edit. Tom. VI. pag. 1362.

II. *Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, atque caeteris Ecclesiarum Praelatis*, inc. *Contigit olim, dum essemus Parisius constituti &c.* Ibid. pag. 1360.

III. *Dilectis filiis Cistercii, de firmitate Pontiniacensi, Claraevallis, Morimundi, & univer-*

Digitized by Google

versis Cisterciensis Ordinis Abbatibus, inc. *Quoties honesta nobis opportunitas exhibetur &c.* Ibid. pag. 1361.

IV. *Illustri Francorum Regi Ludovico*, inc. *Novit, ut credimus, Regalis suae magnificentiae celsitudo &c.* Ibid. pag. 1360.

CVI. pag. 179. Domini Guilielmi Abbatis Vita B. Bernardi Abbatis Claraevallensis in V. Libros distributa, praevia Praefatione, cuius initium: *Scripturus vitam servi tui &c.* Finis: *adiuvante Domino propositum aggrediamur.* Liber primus inc. *Bernardus Burgundiae partibus, Fontanis oppido patris sui, oriundus fuit &c.* Liber V. des. *quam a vitae corruptionibus alienus.* Ibid. a pag. 1076. ad pag. 1177.

CVII. pag. 232. Sermo Domini Gaufridi Abbatis in anniversario S. Bernardi Abbatis. Inc. *Quam dulcis hodie, dilectissimi, devotis filiis paterna debet esse memoria &c.* Des. *gratiae largitorem, gloriae redditorem, Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre &c.* Ibid. a pag. 1326. ad pag. 1336.

CVIII. pag. 235. Sermo a S. Hilario Arelatensi Episcopo de B. Honorato olim editus, & detractis versibus aliquantis, ad B. Patris nostri memoriam assumptus. Inc. *Agnoscite, dilectissimi, diem publicis fidelium memoriis consecratum.* Des. *aliquatenus obtinere mereamur. Amen.*

CIX. pag. 238. Sermo quidam anepigraphus, qui tamen est de morte S. Bernardi. Inc. *Arripit sibi calamum, quae & animum praeripuit rememoratio eius, cuius memoria in memoriam evasit aeternam.* Des. *conticuit officium sepulturae, quatiebat inclusum aërem querela tristis, & gemitus, & erat planctus magnus valde.* Tum subiicitur: *Explicit Liber quintus & ultimus de Legenda S. Bernardi Abbatis de Claravalle.*

CX. pag. 139. Sancti Bernardi Abbatis Liber de Vita contemplativa. Inc. *Multi multa sciunt, seipsos nesciunt.* Des. *in quo sponsum suum cum sponsa prospicies, unum, eumdemque Dominum gloriae, qui cum Deo Patre &c.* edit. cit. Tom. V. a pag. 332. ad pag. 349.

Codex membranaceus MS. in fol., Saeculi XV. binis columnis, eleganti charactere conscriptus, cum initialibus litteris singulorum Operum pictis, & coloratis, & prima Codicis littera aurata, ornatu marginali in prima pagina, & stemmate familiae Mediceae, quem praeterea praecedit copiosissimus index, integro quaternione comprehensus, singulorum Sermonum & Capitum titulos, & initia repraesentans, una cum liberalitatis Cosmianae testimonio, ut in Codice VIII. Constat foliis scriptis 247.

IACOBI DE VORAGINE SERMONES.

Cod. LXXVIII. SErmones Fratris Iacobi de Voragine, Ordinis Fratrum Praedicatorum, per omnes Dominicas totius anni. Sermo primus in Dominica de Adventu prima, inc. *Praeparare in occursum Dei Israël. Amos IV. Quando Rex, vel aliquis Princeps &c.* Sermo ultimus in Dominica XXV. post Pentecost. des. *quod nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Benedictus Deus. Amen.* Clauduntur hac subscriptione: *Expliciunt Sermones Dominicales Fratris Iacobi de Voragine Ordinis Fratrum Praedicatorum, quondam Archiepiscopi Ianuensis, cuius anima requiescat in pace. Amen. Scripti sub anno Domini millesimo trecentesimo primo, indictione XV.* Concordant, quoad initium & finem, cum alio exemplari, quod habetur in Codice VII. Plut. XXXII. partis sinistrae Biblioth. S. Crucis, Catal. Tom. IV. pag. 273.

Codex membranaceus MS. in 4. min. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum aliquibus correctionibus in margine, initiali littera depicta, & titulis Sermonum rubricatis, in cuius calce legitur: *Iste Liber est Monasterii sancti Bartholomei ex Abbatia Fesulana: quicumque eum furatus fuerit, vel alienaverit, vel titulum istum deleverit, anathema sit. Amen.* Constat foliis scriptis 258.

ANONYMI EXPOSITIO IN PSALMOS.

I. pag. 1. *Cod. LXXIX.* POst fragmentum quoddam Constitutionum Canonicarum, quod habetur in parte anteriori primi folii, quodque in ultimis duobus Codicis foliis continuatur, ut infra animadvertemus, occurrit in ipsius parte posteriori Prooemium in Expositionem in Psalmos, cuius initium est: *Dicendum est quid sit prophetia. Prophetia est divina inspiratio eventus, actis, aut dictis, aut somniis, immobili veritate denuntians. Factis, sicut in dormitione Adae, & formatione Evae ex latere ipsius, sicut etiam in immolatione Isaac; nam dormitio Adae, prophetia fuit mortis Christi in passione.* Finis: *melius tamen generaliter de omni iusto & sancto viro accipitur.* Commentarius in Psalmum primum *Beatus vir &c.* inc. *Beatus dicitur, quasi bene auctus; vir a viribus, beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum &c. Tribus modis omne peccatum agitur, cogitatione, opere, consuetudine, vel exemplo. His tribus qui immunis fuerit, vere dici beatus poterit. Ecce enim beatum virum a peccato cogitationis eximit dicens: qui non abiit in consilio impiorum &c.* In Psalmum CL. *Laudate Dominum in Sanctis eius &c.* des. *& quoniam sanctissimus Propheta universa, quae dicta sunt, spiritaliter volebat intelligi, aptissimo Librum fine concludit: omnis, inquit, spiritus laudet Dominum.*

II. pag. 122. Facta miraculorum beati Agnelli Confessoris Christi, praevio Prologo, cuius initium: *Inter cetera nimirum documenta virtutum, quibus nos instruit beatus Apostolus, etiam sanctarum Scripturarum exem-*

Digitized by Google

xempla nobis ad memoriam revocat. Finis: *ad honorem & gloriam Domini nostri Iesu Christi loquamur, & confiteamur.*

Ergo Deus clemens, tu nostris annue caeptis,
Munere de cuius omnia sancta fiunt.

Vita inc. *Igitur vir Domini sanctissimus Agnellus, iuxta nominis sui puritatem, ab ipso pueritiae suae tempore innocenter vivens, nihil terrenum, nihilque carnale inhians, in omnibus mandatis Domini se inreprehensibilem exhibebat.* Des. *tali denique exhortatione roboratus, illico illius venerabile adii Mausoleum, ac deinde prostratus, cum precibus flagitare caepi eius virtutem, dicens:*

O nimium felix medicus venerande Tonantis,
Sedule qui multis beneficia grata ministras,
Qui pietate tua afflictorum corda serenas,
Tu mihi solamen placidum, tu confer opime.
Quo tua facta libens, mundi per climata cantem,
Et nomen Christi benedicam tempus in omne.
Haec quoque devotus tota mente precando
Continuo sensi de luminis peste (sic) vigorem.
Ex tunc caepi lumen gestare perspicuum.
Hoc quoque beneficio Christi Confessoris gratissime consequuto, salvatori omnium Domino grates immensas retuli, cuius rei non immemor illius sacram memoriam saepius visitare studui. Insuper etiam pro modulo inertis ingenii, sanctarum illius virtutum miracula, prosa, atque versibus illustrare curavi, ad honorem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui est gloriosus & admirabilis in omnibus sanctis suis faciens signa & mirabilia.

Tum sequitur Carmen versibus hexametris constans XXV. in laudem eiusdem sancti Agnelli, quod inc.

Laudem, Christe, tibi persolvat terra, polusque,
Angelicusque chorus depromat cantica digna,
Quod pietate tua pretioso sanguine mundum
Purgasti clemens, donando gaudia caeli,
Morte tua victor quassasti tartara mortis,
Eripiens iustos de taetra fauce draconis,
Aeternas illis tribuisti scandere sedes,
Tuque tuis famulis donasti mira patrare,
Daemonicas fraudes expellere, vincere pestes,
Solvere captivos, infirmos reddere salvos,
Ac varios morbos purgarent munere divo.
Ex quibus ecce tuus processit magnus & almus
Agnellus, sanctus, praesago nomine dictus,
Qui te Agnum Christum devota mente sequendo,
Ac famulando tibi praeclarus factus in orbe,
Mira patrans populis illius mira sepulcrum
Qui te conlaudant, & credunt debita laudis,
Te Dominum verum depromunt corpore, corde.
Ergo, Deus clemens, illius promere facta
Annue dignanter, nobis concede, precamur.
Tristichon uberius decurrat sancta profando,
Agnelli sancti miracula celsa canendo,
Quam bene sancte nites, quam pulcre Agnelle beate,
Quam bene per mundum respergis aromata digna,
Et nitido vernas celso, sanctoque nidore.

De eo mentio fit in Martyrologio sub die XIV. Dec. his verbis: *Neapoli in Campania S. Agnelli Abbatis, gratia miraculorum illustris, qui obsessam urbem saepe visus est Crucis vexillo ab hostibus liberare.* Praeterea non pauca in his percurrendis Actibus observavimus, quae aliquo modo Neapolitanam historiam illustrare possent.

III. Fragmentum illud, quod supra innuimus, incipit a verbis ..... *peioribus autem locis tantam volumus teneri mensuram, ut ex accessu maiorum, minores merito non doleant se gravari &c.* Des. *idipsum autem faciat, sive iure patronatus quaestio emerserit inter aliquos, & sicut competit, infra duos menses non fuerit definitum.* Tituli autem, quos praeferunt nonnullae ex dictis Constitutionibus, & quidem ab alia manu posterius adiuncti, isti sunt:

I. *De Monachis & aliis.* II. *Ne pro aliquo Ecclesiastico Beneficio aliquid exigatur.* III. *Ne Episcopi, vel alii Ecclesiarum Praelati novos imponant census Ecclesiis suis.* IV. *De vario modo appellationis, & a variis personis facta.* V. *De variis Haereticorum sectis exstirpandis.* VI. *De manifestis usurariis.* VII. *Ne Consules Civitatum, Ecclesias, seu Clericos gravare praesumant.* VIII. *De privilegio leprosis collato.* IX. *Ne Sacerdotes mulierculas teneant.* X. *Ne Clerici sanctimoniales frequentare praesumant.* XI. *De magistris scholarum, & de pauperibus docendis.* XII. *De his, qui plures habent Ecclesias.* XIII. *De his, qui Saracenis arma, & alia huiusmodi portare praesumunt.* XIV. *De Laicis, qui Ecclesias instituere, & destituere, & gravare praesumunt.* XV. *Ne Laici Ecclesiasticas personas suo iudicio stare compellant.* XVI. *De decimis.* XVII. *De alienationibus a Schismaticis factis.* XVIII. *De his, qui sponte Schisma iurarunt.* Sequuntur deinde aliae quatuor Constitutiones suis titulis destitutae.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XII. binis columnis exaratus, cum initialibus litteris nonnullorum Psalmorum vetusto more depictis. Constat foliis script. 131.

S. ANTONINI SVMMAE PARS PRIMA.

Cod. LXXX.

ANtonini Archiepiscopi Florentini Prima Pars Summae Theologiae Moralis, praevio Prologo, qui inc. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine &c.* Prologum sequitur index Titulorum, & Capitum, quo absoluto, Pars prima inc. *Venite, & audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum &c.* Des. *tunc cessat constitutio. Deo gratias.* Adamussim concordat cum Codice IV. Plutei IX. partis sinistrae Biblioth. Sanctae Crucis, Catalogi nostri Tom. IV. pag. 81. quem vide.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec.

Digitized by Google

XV. binis columnis exaratus, cum inscriptionibus Titulorum, & Capitum rubricatis, & initiali Codicis littera aurata & ornata, ubi videre est etiam imaginem auctoris vivis coloribus expressam. Constat foliis scriptis 271.

D. ANTONINI SVMMAE PARS SECVNDA.

Cod. LXXXI. REverendissimi Domini Archiepiscopi Antonini, Fratris Ordinis Praedicatorum, Summae Pars secunda, cui praemittitur index exactissimus, Titulorum, & Capitum argumenta sub oculos ponens. Inc. *Filii hominum, usquequo gravi corde &c.* Des. *quae omnia falsa sunt.* Quoad initium, & finem concordat cum Codice V. Plutei IX. dictae Biblioth. S. Crucis, Catalogi Tom. & pag. cit. Prologo excepto, qui in hoc desideratur.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, characteris nitore, & forma praestantissimus, cum argumentis singulorum Titulorum, & Capitum rubricatis, & initialibus litteris eleganter depictis, & ornatu marginali primae paginae, ubi totius Operis initialis littera auro, variisque coloribus depicta est. Constat foliis scriptis 327.

S. ANTONINI SVMMAE PARS TERTIA.

Cod. LXXXII. FRatris Antonii Florentini Archiepiscopi tertia Pars Summae, quae intitulatur de Statibus. Primus Titulus *de statu coniugatorum* inc. *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato &c.* Vltimus Titulus, qui est XXXIII. & in quo agitur *de poenis sensus, & de statu purgandorum*, des. *ex hoc a solo quod fecit miracula, non est sufficiens caussa, quod non debeant fieri suffragia pro eo*, ut in Codice VI. Plutei IX. dictae Biblioth. S. Crucis Tom. cit. pag. 82. Finis tamen non concordat, quia post verba: *quando nemo operari potest, scilicet meritorie. Io. 9.* quae sunt ultima Capitis X. Tituli XXXII. in quibus ille desinit, in hoc subsequitur dictus Titulus XXXIII. qui inc. *Quia hi, qui sunt in Purgatorio, adhuc non sunt in Ecclesia triumphante &c.* Finem vero mox retulimus.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, cum argumentis ad singulos Titulos, & Capita, quorum de more praemittitur index accuratissimus, rubricatis, pictura in margine primae paginae, & initiali Operis littera aurea, variisque coloribus depicta. Constat foliis scriptis 400.

S. THOMAE AQVINATIS PRIMA PARS SVMMAE.

Cod. LXXXIII. SVmmae Theologiae a Fratre Thoma de Aquino editae, Ordinis Fratrum Praedicatorum, Liber primus. Inc. *Quia Catholicae veritatis Doctor, non solum provectos debet instruere &c.* Des. *talis enim partus decebat eum, qui est super omnia Deus benedictus &c.* Tum succedunt Rubricae Quaestionum huius primae Partis. Exstat inter eius Opera, edit. Venet. apud Dominicum Nicolinum & socios an. MDCXCIII. fol. T. X. a pag. 1. ad pag. 363. t.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum initiali littera aurata & colorata, & Titulis Quaestionum rubricatis. Constat foliis scriptis 158.

EIVSDEM PRIMA PARS SECVNDAE.

Cod. LXXXIV. SEcunda Pars Summae de Theologia edita a Fratre Thoma de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum. Inc. *Quia sicut Damascenus dicit: Homo factus ad imaginem Dei dicitur, secundum quod per imaginem significatur intellectuale.* Des. *sed non quantum ad finem, quia boni per huiusmodi manuducuntur ad beatitudinem, non autem mali; & haec de moralibus in communi dicta sufficiant.* Tum sequuntur Capitula Quaestionum primae Partis secundi Libri. In cit. edit. Tom. XI. Part. I. a pag. 1. ad pag. 268. t.

In ultimo folio, quod pro Codicis custodia inservit, leguntur sequentes versiculi

Pro clarissimo viro Domino Ioannoctio Manecto:

Hebraei patriis lacrymas auxere Latinis,
Et Graeci, dum te, Iannocte, queruntur ademptum;
Esset ut ante oculos vitae melioris imago,
Iannoctum pinxit hic sua posteritas.
Hebraeae hunc lauro, Graiae, Latiaeque Camoenae
Ornarunt, probitas aurea signa dedit.

In primo autem folio quaedam scripta erant, quae fortasse possessoris nomen indicabant, postea penitus erasa.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum littera initiali aurata, in qua depicta est imago sancti Doctoris. Constat foliis scriptis 246.

EIVSD. OPERIS ALIVD EXEMPLAR.

Cod. LXXXV. HIc Codex nullum praefert titulum, sed continet S. Thomae primam Partem secundae Partis Summae Theologicae, ut in Codice superiore, cum notulis quibusdam marginalibus ab alia manu adscriptis, & indice Quaestionum praemisso.

In quibusdam foliis vacuis inter praedictum

Digitized by Google

ctum indicem, & Opus relictis, a manu diversa descripta est *Historia de vindicta Domini nostri Iesu Christi acta a Tito Vespasiano*, quae inc. *In diebus Tiberii Caesaris Imperatoris, Tetrarcha sub Pontio Pilato, traditus fuit Iesus Christus a Iudaeis, & revelatus a Tiberio. In diebus illis erat Titus Regulus sub Tiberio in Regione Equitaniae in civitate Libyae, quae dicitur Burdigal. Titus autem habebat vulnus in nare dextra, quod dicitur cancer, & habebat faciem suam dilaceratam usque ad oculum &c.* Des. *ipse Deus omnipotens, qui est Rex regum, & Dominus dominantium, ipse protegat, atque defendat nos ab insidiis inimici, & perducat nos cum suis beatis sanctis in illam beatam patriam, scilicet vitam aeternam. Amen.*

In calce vero Voluminis hi duo versiculi leguntur, ab eadem manu scriptoris appositi:

Ad quam (1) *nos ducat, qui vivit & integre regnat.*

Ista secunda Thomae Pars constat Fratris Aquini.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis exaratus, in cuius primo folio penitus erasa sunt quaedam ad possessoris notitiam pertinentia. Constat foliis scriptis 285.

EIVSDEM SECVNDA SECVNDAE.

Cod. LXXXVI. SEcunda Secundae Summae de Theologia editae a Fratre Thoma de Aquino. Inc. *Post communem considerationem de virtutibus, & vitiis aliis ad materiam moralem pertinentibus, necesse est considerare singula in speciali.* Des. *refectionem divinae fruitionis repromittit, & sempiternam requiem animarum, ad quam nos perducat ipse, qui promisit Iesus Christus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.* Tum subiungitur index Quaestionum, qui ita clauditur: *Explicit ordo & signatio Quaestionum secundi Libri secundae Partis Fratris Thomae de Aquino. Benedictus Deus. Amen.* Exstat cit. edit. Tom. XI. Part. II. a pag. 1. ad pag. 478.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus, optimeque servatus, cum quibusdam raris notulis in margine. Constat fol. script. 242.

EIUSD. OPERIS ALIVD EXEMPLAR.

Cod. LXXXVII. SEcunda Pars secundi Libri Summae editae a Fratre Thoma de Aquino, ut in Codice superiore. Heic tamen index Quaestionum praemittitur Operi.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum initiali Operis littera aurea, in qua S. Doctoris imago depicta est, & cum ornatu marginali in prima pagina. Constat foliis scriptis 379.

EIVSDEM TERTIA PARS SVMMAE.

Cod. LXXXVIII. TErtia Pars Summae de Theologia Fratris Thomae de Aquino, Ordinis Praedicatorum. Inc. *Quia Salvator noster Dominus Iesus Christus, teste Evangelio, populum suum salvum faciens a peccatis eorum, viam veritatis nobis in se ipso demonstravit.* Des. *& ideo ante baptismum non distinguitur poenitentia mortalium & venialium.* Cit. edit. Tom. XII. a pag. 1. ad pag. 298. Subsequitur in Codice nomen scriptoris: *Ego Loctus perfeci hunc Librum die* XXIV. *mensis Aprilis* M. CCCC. LXIV. ac deinde tabula Capitulorum huius tertiae Partis.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, elegantis scripturae, cum titulis Quaestionum rubricatis, & prima pagina valde ornata, cui decorem addit S. Doctoris imago in littera initiali aurea depicta, ac Mediceae familiae stemma gentilitium. Constat foliis scriptis 184.

EIVSDEM SVMMAE PARS I. & III.

Cod. LXXXIX. I. pag. 1. SVmmae totius Theologicae editae a Fratre Thoma de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum, Liber primus, ut in Codice LXXXIII.

II. pag. 202. Eiusdem Summae Pars tertia, ut in Codice LXXXVIII.

Subiiciuntur utrique Parti indices accuratissimi Quaestionum, quae in ipsis pertractantur.

Cod. membranac. MS. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis exaratus, & ornatissimus; praeter enim initiales litteras utriusque Partis, eleganter, auro, variisque coloribus depictas, simili modo etiam illae singulorum titulorum sunt expressae. Prima vero Codicis littera S. Doctorem exhibet sedentem in cathedra, & coram discipulis Theologiam legentem. Margini quoque interdum adspersae sunt notulae manus aliquanto recentioris, in cuius calce scriptum erat nomen possessoris, postea erasum, sed ex variis litterarum ductibus eruitur: *Iste liber est Fratris Parisius de.... dicti Ordinis Fratrum Praedicatorum, quem fecit scribi Parisius.* Constat foliis scriptis 385.

EIVSDEM COM. IN LIB. I. SENT.

Cod. XC. PRimus Liber super Sententias editus a beato Thoma de Aquino de Ordine Fratrum Praedicatorum. Inc. *Ego sapientia effudi flumina &c. Inter multas sententias, quae a diversis de sapientia prodierunt &c.* Des. *cuius cognitionis faciat nos participes ipsum Ver-*

(1) Intellige *beatitudinem*.

Digitized by Google

Verbum, Deus Filius, qui hanc cognitionem in nobis per fidem nuntiavit, cui est honor &c. Cit. edit. Tom. VI. a pag. 1. ad pag. 146. Praecedit in primis duobus foliis index Distinctionum huius primi Libri.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum adnotationibus quibusdam in margine, manu item antiqua appositis, in cuius initio legitur sequens monumentum: *Hunc primum beatissimi Thomae magnificus Cosmus Medices emit aureis quinque, & huic sancti Bartholomaei Monasterio Fesulano largitus est, quod magnis impensis a fundamentis erexit anno* MCCCCLXII. *Memores eius estote lectores. Timotheus Veronensis.* In fine vero adiecta sunt quaedam alia instar scholiorum, charactere tamen ita perplexo, minuto atque evanido, ut eorum sensum expiscari minime licuerit. Constat foliis scriptis 104.

EIVSDEM COMM. IN LIB. II. SENT.

Cod. XCI. SCriptum super secundum Librum Sententiarum sancti Thomae de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum. Inc. *Spiritus eius ornavit caelos, & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Iob* XXVI. *Creaturarum consideratio pertinet ad Theologos, & ad Philosophos, sed diversimode.* Des. *cuius potestas non auferetur, & regnum non corrumpetur in saecula saeculorum. Amen.* Tum sequitur tabula Distinctionum huius secundae Partis. Cit. edit. Tom. V. part. II. a pag. 1. ad pag. 147.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, nitideque conscriptus, cum ornatu marginali primae paginae, ubi videre est sancti Thomae effigiem in littera initiali depictam, & Mediceae gentis stemma gentilitium. Constat foliis scriptis 176.

EIVSDEM COMM. IN LIB. III. SENT.

Cod. XCII. COdex est anepigraphus, sed continet D. Thomae Commentarium in Librum III. Sententiarum, qui inc. *Ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant. Ecclesiast. I. Ex verbis istis duo possumus accipere, in quibus huius tertii Libri materia comprehenditur.* Des. *& virtutes perficit, quibus ad vitam perveniatur aeternam, in qua cum Christo vivamus per omnia saecula saeculorum. Amen.* Exstat Tom. VII. Operum cit. editionis Venetae MDXCIII. apud Dominicum Nicolinum fol. a pag. 1. ad pag. 152.

Codex membranacens MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, itemque ut superior, imagine S. Doctoris, & gentis Mediceae gentilitio stemmate insignitus in prima pagina, cui decorem addit ornatus marginalis. Constat foliis scriptis 197.

EIVSDEM COMM. IN LIB. IV. SENT.

Cod. XCIII. SCripta sancti Thomae de Aquino, Ordinis Praedicatorum, super quartum Sententiarum. Inc. *Misit verbum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Ex peccato primi hominis humanum genus duo incurrerat, scilicet mortem, & infirmitatem.* Des. *ut a Deo incipiens eius doctrina, etiam terminetur in Deo, qui est principium, a quo omnia, & finis, ad quem omnia ordinantur, cui est honor &c.* Cit. edit. Tom. VIII. a pag. 1. ad pag. 269. Praecedit autem in nostro Codice index accuratissimus Distinctionum huius quartae Partis, integro quinternione comprehensus. In fronte autem ipsius Codicis legitur Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice IX. licet in fine aliquantum diversum.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori Saec. XV. binis columnis exaratus, optimeque servatus, cum icone eiusdem S. Doctoris in littera initiali, & stemmate gentilitio familiae Mediceae in prima pagina, ut in Codice superiore. Constat foliis scriptis 318.

EIVSDEM EXPOS. IN PSALM. &c.

Cod. XCIV. I. pag. 1. SAncti Thomae Aquinatis Expositio in priores Psalmos L. cui praemittitur Prooemium, cuius initium: *In omni opere suo dedit confessionem sancto, & excelso in verbo gloriae. Eccles. 47. Verba haec dicuntur de David ad litteram &c.* Finis: *& hoc in secunda Psalmus XI. Salvum me fac, Domine, quoniam defecit spiritus. Primo ergo agendum est de prima Decada, in qua praemittitur Psalmus iste.* Expositio in primum Psalmum inc. *Beatus vir, qui non abiit. Qui distinguitur contra totum Opus; non enim habet titulum, sed est quasi titulus totius Operis. Sed & David hos Psalmos composuit per modum orantis.* Expositio in Psalmum L. *Miserere mei Deus &c.* des. *& specialiter hoc contingit in illis, qui sunt in patria, unde dicit: Quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum, qui vident ipsam essentiam bonitatis; unde non possunt, nisi diligere eum.* Tom. XIII. a pag. 1. ad pag. 70.

II. pag. 127. Scripta secundum Fratrem Thomam de Aquino, Ordinis Praedicatorum, super Isaiam. Inc. *Scribe visum, & explana eum super tabulas &c. Habacuc II. Ex verbis istis tria possunt accipi circa Librum Isaiae Prophetae, quem prae manibus habemus, scilicet auctor, modus, & materia.* Des. *quum viderit vindictam, ab istis poenis nos liberet, qui incipere, & consummare dedit. Et sic terminatur Sententia, & Expositio ad litteram super Isaiam secundum Fratrem Thomam de Aquino, quam transtulit ad litteram legi-*

Digitized by Google

legibilem cum complemento auctoritatem. Tum post vocem *Explicit*, in medio adscriptam, prosequitur: *Frater Iacobinus Astensis de Provincia Lombardiae, tunc temporis studens in Studio generali Neapolitano, ordinavit etiam collationes certis locis, super quaslibet lectiones, & hoc fecit ad utilitatem Fratrum Ordinis nostri, & ut de dictis scriptis copia haberetur. Amen*. Habetur hoc Opus cit. edit. Tom. XIII. Part. II. a pag. 1. ad pag. 51. Conclusio autem Operis, quam retulimus, exstat etiam in Codice V. Plutei XXVII. Biblioth. Laur. Catalogi T. I. pag. 760. §. II. Clauditur Volumen hisce versiculis:

Thomae finitur Opus exponens Isaiam,
Qui fecit multa bona supra Philosophiam.
Plura fecisset, ipsum si non rapuisset
Mors media vita, requiescat pace petita.
Amen.

Praecedit Volumini tabula, continens explicationes vocum, & alias animadversiones in Postillam super Psalterium, ordine alphabetico dispositas, integro quaternione comprehensa; itemque testimonium Cosmianae liberalitatis, ut in Codice VIII.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, cum insigni pictura in pagina prima, stemmate gentilitio familiae Mediceae exornata. Constat foliis scriptis 195.

EIVSDEM GLOSSA SVPER EVANGELIVM MATTHAEI.

Cod. XCV. SAncti Thomae Aquinatis Glossa perpetua, seu Catena Aurea super Evangelium Matthaei cum Prologo, qui inscribitur, & inc. *Sanctissimo ac Reverendissimo Patri Domino Vrbano divina providentia Papae IV. Frater Thomas de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum, cum devota reverentia pedum oscula beatorum. Fons sapientiae, unigenitum Dei Verbum, praesidens in excelsis*. Des. *ad locum, unde exeunt flumina, revertantur*. Glossa inc. *Evangelii praenunciator Isaias Propheta, Evangelicae doctrinae sublimitatem, nomen, & materiam breviter comprehendens, Evangelicum Doctorem ex persona Domini alloquitur, dicens: Super montem excelsum adscende tu, qui evangelizas Sion &c.* Vltima Glossa Leonis Papae in Sermone de Passione, sequens est: *Qui enim adscendit in caelos, non deserit adoptatos, & ipse deorsum confortat ad patientiam, qui sursum invitat ad gloriam &c. cuius gloriae participes nos faciat ipse Christus, Rex gloriae, qui est Deus benedictus in saecula. Amen*. Tum subiicitur: *Expliciunt Evangelia super Matthaeum ordinata a Fratre Thoma de Aquino*. Cit. edit. Tom. XV. a pag. 1. usque ad p. 101.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum textu Evangelii grandiori charactere conscripto, littera initiali aurata, & stemmate Mediceo in prima pagina. Constat foliis scriptis 224.

EIVSDEM GLOSSA SVPER EVANGELIVM MARCI, ET IOANNIS.

I. pag. 1. *Cod. XCVI.* SAncti Thomae Aquinatis Glossa perpetua super Evangelium Marci, praevio Prologo ita inscripto: *Reverendo in Christo Patri Domino Anibaldo, Basilicae XII. Apostolorum venerabili Presbytero Cardinali Frater Thomas de Aquino, Ordinis Praedicatorum, se totum*. Inc. *Rex opifex Deus, solo suae bonitatis intuitu cuncta in esse producens, naturalem boni amorem omnibus indidit creaturis*. Des. *& antiqua dilectio amoris affectum in offerentis munere comprehendat*. Glossa inc. *Vocationem gentium, & caussam salutis earum Isaias Propheta manifesto praenuntiat oraculo, dicens: Deus meus factus est fortitudo mea &c.* Des. *fiat autem, o Christe, ut nostri sermones, quos de virtute dicimus, per opera confirmentur, & actus, ut tandem simus perfecti, te cooperante in omnibus verbis & operibus, quia te decet, & sermonum, & operum gloria. Amen*. Tom. XV. a pag. 102. usque ad pag. 134.

II. pag. 81. Eiusdem Glossa super Evangelium Ioannis. Inc. *Divinae visionis sublimitate illustratus Isaias Propheta, dixit: Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum &c.* Des. *& multo facilius facere quae volebat, quia ipse est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen*. Ibid. a pag. 211. b. usque ad pag. 275.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum textu item Evangeliorum charactere grandiori conscripto, & cum initialibus utriusque Operis litteris auratis & coloratis, & stemmate Mediceo in principio. Constat foliis scriptis 229.

EIVSDEM GLOSSA SVPER EV. LVC.

Cod. XCVII. SAncti Thomae Aquinatis Glossa perpetua super Evangelium Lucae. Inc. *Inter cetera Incarnationis Christi mysteria, quae Isaias Propheta diligenter, & aperte praenuntiat, dicit: Induam caelos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum*. Des. *quos nos imitantes, in sacra vita semper degamus, laudantes, & benedicentes Deum, cui est gloria &c.* Tom. XV. a pag. 134. b. ad p. 211.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis, & initiali ab eadem manu, qua superior conscriptus, littera aurea decoratus. Constat foliis scriptis 198.

EIVS-

Digitized by Google

EIVSDEM EXP. SVPRA MATTH.

Cod. XCVIII. POstilla sancti Thomae de Aquino Doctoris clarissimi super Evangelio B. Matthaei Evangelistae, cum Prologo, cuius initium: *Matthaeus ex Iudaea &c. Evangelio Matthaei praemittit Hieronymus Prologum, in quo tria facit.* Finis: *nobis autem fuit haec in hoc intentio in studio argumenti, idest Prologi &c. Expone ut volueris.* Expositio inc. *Liber generationis Iesu &c. Inter Evangelistas Matthaeus praecipue versatur circa humanitatem Christi, unde secundum Gregorium, per hominem signatur in figura quatuor animalium.* Des. *usque ad consummationem saeculi, quasi dicat, generatio fidelium fortior est, quam mundus; non enim peribit mundus, donec omnia fiant, idest Ecclesia fidelium consummabitur.* Tum subiungitur: *Explicit lectura Fratris Thomae de Aquino de Ordine Fratrum Praedicatorum, quam retulit Magister Leodegarius Bissuntinus.* Cit. edit. Tom. XIV. a pag. 1. ad p. 89.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis nitide exaratus, cum ornatu marginali pulcherrimo in prima pagina, quam praeterea decorat imago sancti Doctoris in littera initiali, vivis coloribus expressa, & stemma Mediceum, a duobus puerulis sustentatum. Constat fol. scriptis 147.

EIVSDEM EXP. SVPER IOANN.

Cod. IC. POstilla sancti Thomae de Aquino super Ioannem Evangelistam cum duobus Prologis, quorum primus inc. *Vidi Dominum sedentem &c. Verba proposita, verba sunt contemplationis.* Alter inc. *Huic autem Evangelio Hieronymus Prologum praemittit, dicens: Hic est Ioannes &c. in quo duo intendit.* Expositio inc. *In principio erat Verbum. Evangelista Ioannes, sicut dictum est, intendit principaliter ostendere divinitatem Verbi incarnati, & ideo dividitur istud Evangelium in partes duas &c.* Des. *annunciavi, & multiplicati sunt super numerum. Haec ergo sunt, quae ego Frater Raynaldus de Piperno, Ordinis Praedicatorum, ad preces quorumdam sociorum. & specialiter Reverendi Patris Domini Praepositi sancti Adimari &c.* ut in Codice VII. Plutei XXIX. partis dextrae Biblioth. S. Crucis, Catalogi Tom. IV. pag. 693. §. I. ubi integram hanc subscriptionem retulimus. Exstat autem hoc Opus cit. edit. Tom. XIV. a pag. 1. ad pag. 109. b.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, iisdemque ornatibus in prima pagina instructus, ac Codex superior, & cum testimonio Cosmianae liberalitatis in principio, ut in Codice V. Constat foliis scriptis 195.

EIVSDEM EXP. SVPER EPIST. PAVLLI.

Cod. C. EXpositio sancti Thomae de Aquino super Epistolas beati Paulli. Super primam, quae est ad Romanos, dictavit ipse, & super undecimum Capitulum primae ad Corinthios; cetera sunt collecta, eo legente. Expositio in Epistolam ad Romanos inc. *Vas electionis &c. Actuum IX. Homines in sacra Scriptura inveniuntur vasis comparari, propter quatuor, scilicet constitutionem, repletionem, usum, & fructum.* Expositio in Epistolam ad Hebraeos, des. *gratia Dei cum omnibus vobis. Amen. Idest, peccatorum remissio, & omnia alia Dei dona, quae per gratiam Dei habentur, sint firmiter cum omnibus vobis. Amen. Confirmatio est omnium.* Exstat cit. edit. Tom. XVI. a pag. 1. ad pag. 233. b. Clauditur autem Volumen hoc disticho:

Huius secessus quicumque volumina tangis,
Non dedigneris dicere, Cosme vale.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XV. binis columnis exaratus, admirandae pulcritudinis, utpote qui initiales litteras cuiuslibet sectionis, in quas dividitur Expositio, auro, variisque coloribus depictas exhibet, quem praeterea exornat pictura, primae paginae marginem universum ambiens, ubi etiam sancti Doctoris imago, nimbo caput redimita, Librumque apertum ante pectus manu dextera sustentans, inspicitur. Constat fol. scriptis 330.

EIVSDEM POSTILLA IN EVANG.

Cod. CI. I. pag. 1. COdex est anepigraphus, sed, ut eruitur a quodam indiculo, antiqua manu in calce Voluminis apposito, videtur continere sancti Thomae Aquinatis Catenam ex sanctis Patribus collectam, super Evangelia totius anni. Post uberrimum indicem, in quo exhibentur initia, & fines cuiuscumque Expositionis singulorum Evangeliorum, inc. *Evangelii pronuntiator apertus Isaias Propheta, Evangelicae doctrinae sublimitatem, nomen, & materiam breviter comprehendens &c.* Des. *nam inter discipulos quidam ex plebe, qui dicebantur eius discipuli, quia multo cum discipulis manebant tempore. Explicit. Amen. Deo gratias.* Simile initium occurrit etiam in Codice XCV. supra pag. 41. sed postea discrepat ab ipso; heic enim Expositio, seu Catena distributa est per Evangelia, quae leguntur in Dominicis, & feriis totius anni.

II. pag. 151. b. Capitula sancti Augustini de duodecim abusivis. Capitulum primum inscriptum, *De sapiente sine operibus bonis*, inc. *Primo si sine operibus bonis sapiens, & praedicator fuerit, quia qui sermonem docet, actibus explere negligit, auditores doctrinae dicta facere contemnunt, quum*

prae-

Digitized by Google

praedicatoris opera a praedicationis verbis discrepare conspiciunt. Vltimum Caput, *De populo sine lege* des. *non faciamus itaque sine Christo in hoc tempore, quasi sine nobis Christus esse incipiat in futuro*. In App. Operum Tom. VI. a pag. 211. ad pag. 216.

III. pag. 155. Regula sancti Augustini Capitibus XXXVIII. Primum inc. *Ante omnia, fratres charissimi, diligatur Deus, deinde proximus, quia ista praecepta sunt principaliter nobis data &c.* Vltimum des. *ubi autem sibi quicumque vestrum viderit aliquid deesse, doleat de praeterito, & caveat de futuro, orans, ut ei debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur. Amen*. Oper. Tom. I. a pag. 789. ad pag. 794. ubi inscribitur: *Regula ad servos Dei*.

IV. pag. 157. Excerpta ex Gregorio in fine Morum de Allegoria, Historia, Anagoge &c. Inc. *Hoc itaque sub intellectu triplici diximus, ut fastidienti animo varia alimenta praeponentes, aliquid, quod eligendo sumat, offeramus &c.* quibus adnectuntur alia excerpta moralia ex Augustino, Gregorio, Beda, & Thoma de Aquino.

V. pag. 158. Caput quoddam de Sibyllis. Inc. *Decem sunt Sibyllae. Prima Persica; haec multa praedixit de partibus Asianis. Secunda Libyca; ista fuit Regina Saba, & Aethiopiae, quae venit ad Salomonem &c.*

VI. pag. ead. b. Tractatus Senecae de quatuor Virtutibus Cardinalibus, qui alibi occurrit, cum brevissimo Prologo, cuius initium: *Quatuor virtutum multorum sapientum sententiis definitae sunt &c.* Tractatus inc. *Quisquis prudentiam sequi desideras &c.* Des. *aut deficientem contemnat ignaviam. Expliciunt notabilia Senecae. Deo gratias. Amen*. Huic succedit excerptum sancti Augustini de Trinitate, & de iisdem quatuor Virtutibus Cardinalibus; tum brevis explanatio in illa verba Apocalypsis VI. *Stellae caeli ceciderunt super terram*.

VII. pag. 161. Redit alia pars superioris Catenae, quam recensuimus in §. I. & incipit a Dominica XXIV. post Pent. & quidem ita: *Quum videritis abominationem desolationis &c. Chrysostomus. Quia supra occulte insinuavit Hierosolymae finem, consequenter idem manifeste ostendit, prophetiam inducens, quae destructionem Iudaeorum credere facit*. Desinit in quodam Augustini loco ex Epistola ad Exitium, & in verbis: *ut tandem simus perfecti, te cooperante in omnibus verbis, & operibus, quia te decet, & sermonum, & operum gloria. Amen*.

VIII. pag. 173. b. Sancti Bernardi Ecclesiasticum Dogma, Capitibus constans LV. Caput primum de Fide inc. *Credimus unum Deum esse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum; Patrem, eo quod habeat Filium; Filium, eo quod habeat Patrem; Spiritum Sanctum eo quod sit ex Patre, & Filio*. Vltimum des. *confitemur imaginem in aeternitate, similitudinem moribus invenit*. Non occurrit inter Opera S. Bernardi, sed habetur in App. Oper. S. Augustini, Tom. VIII. alias cit. edit. Venetae pag. 75. ubi inscribitur: *De Ecclesiasticis Dogmatibus Liber Gennadio tributus*.

IX. pag. 176. b. Capita quaedam, in quibus agitur de ieiunio, auctore Anonymo. Caput primum inscriptum *De ieiunii institutione, & exemplis ieiunantium*, inc. *Hieronymus contra Iovinianum Libro secundo. Beatitudo Paradisi absque cibi abstinentia non potuit dedicari, unde Adam in Paradiso stetit, comedit, & eiectus est*. Vltimum des. *quum vero propter peccata recedit, tunc ieiunii luctus iudicatur*.

X. pag. 179. Caput de Indulgentia. Inc. *Gregorius Nazianzenus in Apolog. Religiosa mens, quam cito offenditur, tam prompte, ac facile curatur &c.* Des. *superabundant enim peccata, superabundet ergo & gratia*.

XI. pag. ead. b. Rubrica de indumentis, quae nunc tenet Ecclesia Romana. Inc. *Prima Dominica de Adventu usque ad vigiliam Nativitatis Domini, nigris, vel violatis utitur paramentis*. Des. *rosas ad Martyres, croceum ad Confessores, lilium ad Virgines referant*.

XII. pag. 180. b. Caput de Oratione. Inc. *Augustinus in quodam sermone. Adsit autem orantis affectus, & erit exaudientis effectus &c.*

XIII. pag. 181. Redit alia pars Catenae Sanctorum Patrum in Evangelia, quae incipit a vigilia B. Andreae hoc pacto: *Altera die stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Chrysostomus. Quia nulli iis, quae a principio Ioannes dicebat, accedebant, secunda rursus eos excitat voce*. Desinit in festo omnium Sanctorum, & in verbis ex Gregorio super Ezechiel: *aliquando tamen detractores debemus compescere, ne dum de novis mala disseminant, eorum qui audire nos ad bona poterant, corda innocentium corrumpant. Deo gratias. Amen*.

XIV. pag. 241. Post varia excerpta de ieiunio, de processione Filii a Patre &c., sequuntur expositiones duae in Evangelia, quarum prima, sine auctoris nomine, in verba: *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis &c.* inc. *Sicut differentia est inter Regem & Tyrannum, quia Rex intendit utilitatem populi, non suam, Tyrannus autem utilitatem suam, non populi &c.* Altera, cui titulus: *Homilia sancti Hieronymi Presbyteri in Evang. Mathaei: Liber generationis Iesu Christi*, inc. *Hinc est, quod Matthaeus, descendens per Salomonem, in cuius matrem concupiscendo, David peccavit, XL. generationes enumerat &c.*

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XIV. binis columnis exaratus, variisque scholiis in margine adspersus diversa manu. Constat foliis scriptis 241.

EIVS-

Digitized by Google

EIVSDEM TRACT. CONTRA GENTILES.

Cod. CII. Liber Catholicae Fidei contra errores Infidelium, editus a Fratre Thoma de Aquino, Ordinis Praedicatorum, seu potius Libr quatuor, quorum primus inc. *Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. Prov. VIII. Multitudinis usus, quem in rebus nominandis sequendum Philosophus censuit, communiter obtinuit, ut sapientes dicantur, qui res directe ordinant, & eas bene gubernant.* Quartus des. *sed gaudebitis, & exsultabitis in sempiternum. Amen.* Tum subiicitur: *Explicit Liber quartus, & etiam totalis Tractatus de Fide Catholica contra Gentiles a Fratre Thoma de Aquino editus. Benedictus Deus. Amen.* In cit. edit. T. IX. a pag. 1. usque ad finem.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis eleganter exaratus, cum titulis Capitum, in quae dividuntur Libri, rubricatis, pictura in principio, quae undequaque marginem ambit, imagine auctoris in littera initiali, & stemmate Mediceo, cui praecedit index Capitum, quatuor foliis comprehensus. Constat fol. scriptis 184.

EIVSDEM QVODLIBETA &c.

Cod. CIII. I. pag. 1. Sancti Thomae de Aquino Quodlibeta. Inc. *Quaestio est de Deo, Angelo, & Homine. De Deo quaesitum est, & quantum ad divinam naturam, & quantum ad naturam humanam assumptam &c.* Des. *sed quum iam Deo in beatitudine coniuncti erimus, propius intendemus Christi divinitati, quam humanitati.* Tum sequitur subscriptio hoc pacto: *Expliciunt Quodlibeta sancti Thomae de Aquino ad mandatum Reverendi Magistri Ioannis Colomines, Magistri in Artibus, & in Theologia, Bacolarii, nationis Aragonensis, Barchinonensis Dioeceseos, per quemdam Scotum, in modo & forma, ut hic praemittitur in praecedenti, scripta, & finita secundo die Augusti, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono.* Hanc vero subscriptionem subsequitur index Quaestionum, quae in praedicto Opere pertractantur. Cit. edit. Venet. Tom. VIII. Part. II. a pag. 1. ad pag. 58. b.

II. pag. 108. Eiusdem Quaestiones de Malo. Inc. *Quaestio est de Malo, & primo quaeritur, an malum sit aliquid, & videtur quod sic; omne enim creatum aliquid est; sed malum est aliquid creatum, secundum illud Isaiae XLV. Ego Dominus faciens pacem, & creans malum; ergo malum est aliquid.* Des. *dicitur etiam, quod potest uti anima sapienter, ut vult, in quantum aliquando, Deo permittente, impedit usum rationis in homine, sicut patet in arreptitiis.* Heic quoque sequitur subscriptio, ut supra, quae ita habet: *Expliciunt Quaestiones de Malo a sancto Thoma de Aquino editae ad mandatum Reverendi & circumspecti viri Ioannis Colomines in Artibus Magistri, & in sacra Theologia Bacolarii, nationis Aragonensis, Barchinonensis Dioeceseos, scriptae & finitae duodecimo die mensis Novembris, anno Domini millesimo quadringentesimo* XLIX., necnon tabula Quaestionum, quae in dicto Opere disseruntur. Inter hoc, & sequens Opus, occurrit quoddam veluti Summarium Distinctionum, quae continentur in quatuor Sententiarum Libris. Tom. cit. Part. I. a pag. 99. ad pag. 190.

III. pag. 252. Eiusdem Quaestiones de Anima. Inc. *Quaestio est, utrum anima humana possit esse forma, & hoc aliquid. Et videtur quod non; si enim anima humana est homo, adest subsistens, & habens per se esse completum.* Des. *& ideo praemia animarum non sunt consequenter intelligenda, nisi spiritualiter; poenae autem intelligi possunt corporaliter.* Succedunt deinde Quaestionum huius Libri summaria. Ibid. a pag. 208. ad p. 239.

IV. pag. 300. Eiusdem Quaestiones de Spiritualibus Creaturis. Inc. *Quaestio est de Spiritualibus Creaturis, & primo quaeritur, utrum substantia spiritualis creata sit composita ex materia & forma; & videtur quod sic.* Des. *sufficit, quod in substantia animae est aliqua compositio actus, & potentiae, ut supra dictum est,* subiecto ab alia manu recentiore indice titulorum Quaestionum, quae in hoc Libro disputantur. Ibid. a pag. 190. ad pag. 208.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, charactere compendiario & lectu perquam difficili, cum initialibus Librorum litteris, variis coloribus depictis. Constat foliis scriptis 327.

EIVSDEM OPERA VARIA.

Cod. CIV. I. pag. 1. Sancti Thomae de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum, de regimine Principum Libri IV. cum brevi Prooemio ad Regem Cypri, cuius initium: *Cogitanti mihi quid offeram Regiae celsitudini dignum, meaeque professioni, & officio congruum &c.* Finis: *Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos.* Liber primus inc. *Principium autem intentionis nostrae &c.* Liber quartus des. *quia hoc est impedire intellectum discentis, & est contra normam docentis.* Cit. edit. Venetae T. XVII. a pag. 161. ad pag. 192. b.

II. pag. 34. Eiusdem Epistola ad Ducissam Brabantiae. Inc. *Excellentiae vestrae recepi litteras, ex quibus piam sollicitudinem circa regionem subditorum vestrorum, & devotam dilectionem, quam habetis ad Fratres nostri Ordinis, plenarie intellexi.* Des. *valeat Dominatio vestra per tempora longiora.* Ibid. pag. 193.

III. pag. 35. Eiusdem Liber de Principiis Naturae. Inc. *Nota, quod quoddam potest esse, licet non sit.* Des. *ita principia substantiae,*

Digitized by Google

tiae, sunt principia omnium aliorum. Ibid. a pag. 207. ad pag. 209.

IV. pag. 37. Eiusdem Tractatus de longitudine & brevitate vitae. Inc. *Non est eadem caussa vitae simpliciter longioris, & brevioris &c.* Des. *qui vero fit ex vapore mediocre, incluso in medio aquoso, tonitrus & coruscatio.* Non exstat in collectione cit.

V. pag. 43. Eiusdem Liber de rationibus Fidei ad Cantorem Antiochenum. Inc. *Beatus Petrus Apostolus, qui promissionem accepit, ut super eius confessione fundaretur Ecclesia &c.* Des. *quae tamen alibi diligentius pertractata sunt.* In cit. Tom. XVII. a pag. 48. t. ad pag. 53. sub titulo *Declaratio quorumdam articulorum contra Graecos, Armenos, & Saracenos ad Cantorem Antiochenum.*

VI. pag. 48. b. Eiusdem de Articulis Fidei, & Ecclesiae Sacramentis, exponendo primam Decretalem de Summa Trinitate, & Fide Catholica, Tractatus duo. Primus inc. *Salvator noster Discipulos ad praedicandum mittens, tria eis iniunxit.* Tractatus secundus des. *quia circa ea non fuit specialiter erratum.* Ibid. a pag. 195. t. ad pag. 198.

VII. pag. 52. b. De periculis, seu defectibus circa Sacramentum altaris evenientibus. Hoc modo subveniendum est, secundum Fratrem Thomam de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum, in tertia Parte Summae suae. Inc. *Primo si Sacerdos morte, vel infirmitate gravi occupatur ante consecrationem Corporis, & Sanguinis Domini, non oportet, ut per alium suppleatur.* Des. *alii vero dicunt, quod iis diebus iniungenda est poenitentia arbitraria, pensatis conditionibus personae, & negotii. Et probabilius videtur hoc.* De modo occurrendi periculis, & defectibus, qui possunt evenire in Sacramento altaris, habet D. Thomas articulum unicum in tertia Parte Summ. Theol. Quaest. LXXXIII. Art. VI. cit.. edit T. XII. pag. 280. t.

VIII. pag. 53. b. Eiusdem Tractatus de Sensu communi. Inc. *Quaeritur de sensu communi, & primo quaeritur, quae sit necessitas ponendi sensum communem.* Des. *Et sic patet de quinque virtutibus apprehensivis, sensitivis.* Non exstat in cit. edit.

IX. pag. 57. Eiusdem Tractatus de Sortibus, cum brevi Prooemio, cuius initium: *Postulavit a me vestra dilectio, ut quid de sortibus sciendum sit, vobis conscriberem.* Finis: *& utrum eis liceat uti, secundum Christianae pietatis religionem & doctrinam.* Tractatus inc. *Primo igitur considerandum est, quod rerum quaedam sunt ex necessitate, & semper &c.* Des. *hoc autem vitio vanitatis non caret. Interim nunc de sortibus dictum sit.* Occurrit in Opusculis D. Thomae a Fr. Bernardo de Rubeis collectis. Venetiis MDCCXLIV. a pag. 277. ad pag. 285. sub numero XII.

X. pag. 60. b. Eiusdem brevis Tractatus, utrum liceat uti iudicio astrorum. Inc. *Quia petisti a me, ut tibi scriberem, an liceret uti iudiciis astrorum &c.* Des. *& ideo pro certo tenendum est, grave peccatum esse circa ea, quae a voluntate hominis dependent, iudiciis astrorum uti.* Ibid. Opusc. XIII. pag. 286.

XI. pag. ead. Eiusdem Liber super Cantica Canticorum. Inc. *Sonet vox tua in auribus meis &c. Cant. II. In principio cuiuslibet Libri, quatenus ad praesens spectat, duo sunt notanda &c.* Des. *secundum visionem apertam comprehensorum dignetur nobis dare Deus, qui est benedictus in saecula &c.* Expositio super Cantica Canticorum exstat in Tom. XIII. cit. edit. a pag. 70. t. ad 80. initium tamen, & finis huiusce Tractatus cum nostro Codice minime conveniunt; sed quum duae sint Expositiones super Cant. Canticorum, alteram inveni cum initio & fine heic adlato, perfecte convenire in cit. Opusculis D. Thomae, a Bernardo de Rubeis collectis cit. edit. pag. 515.

XII. pag. 78. Eiusdem Liber de unitate intellectus contra Averroistas, qui dicebant intellectum humanum esse quandam substantiam a corpore separatam, nec corpori uniri, ut forma, & quod intellectus sit unus omnium hominum. Est ergo Liber iste contra unitatem intellectus, quam ponebant Averroistae, & quidem in duas partes distributus. Praemittitur Prooemium, cuius initium: *Sicut omnes homines naturaliter scire desiderant.* Finis: *ostendemus primo positionem praedictam, eius verbis, & sententiae repugnare omnino.* Pars prima inc. *Accipienda est igitur primo definitio animae, quam Aristoteles ponit in II. de Anima.* Pars altera des. *per quos eius errori resistetur, vel potius eius ignorantiae consuletur. Amen. Laus Christo.* Tom. XVII. Oper. a pag. 97. t. ad pag. 104. t.

XIII. pag. 86. b. Eiusdem Scriptum super Librum Perihermeneias Aristotelis in duos Libros divisum, quorum secundus iterum bifariam dividitur. Brevis Prologus inc. *Dilecto sibi Praeposito Lovaniensi Frater Thomas de Aquino salutem, & verae sapientiae incrementa. Diligentiae vestrae, qua in iuvenili aetate, non vanitati, sed sapientiae intendis, studio provocatus &c.* Des. *ex quo si profeceris, provocare me poteris ad maiora* (1). Liber primus inc. *Sicut Philosophus dicit in tertio de Anima, duplex est operatio intellectus.* Libri secundi pars altera des. *sicut contrarie adspiciendum est in opinionibus.* Tom. I. a pag. 1. ad pag. 16. sed in nostro Codice Liber secundus est multo longior, quam in editione; quum enim in duas partes, uti diximus, dividatur, prima pars, licet multum in fine diversa ab editione, desinit in verbis: *quia negatio praeponitur, & postposita signo universali aequi-*

Biblioth. Leopold. T. III.

D

(1) Haec Epistola, quoniam desideratur in impressis, eam in medium extulerunt Quetif, & Echard de Scriptor. Ord. Praedic. Parisiis apud Christoph. Ballard MDCCXIX. fol. Tom. I. pag. 283.

Digitized by Google

quipollet suo subalterno. Tum subiicitur: *Explicit prima pars secundi Libri sancti Thomae de Aquino &c. super Librum Perihermeneias Aristotelis, quia praeventu mortis Opus complere non potuit*. (1) Sequitur deinde *alia pars secundi Libri, secundum alium expositorem*, quae inc. *Ille vero secundum infinita &c. Superius Philosophus manifestavit quaedam, quae poterant esse dubia circa enunciationes de subiecto finito &c.* Finem paullo ante dedimus.

XIV. pag. 108. b. Eiusdem Scriptum super Libro de Caussis in Propositiones XXXII. distributum, cum Prooemio, cuius initium: *Sicut dicit Philosophus in X. Ethicorum, ultima felicitas hominis consistit in optima hominis operatione, quae est supremae potentiae &c.* Finis: *quamdam propositionem ad ordinem caussarum pertinentem, quae talis est*. Propositio prima inc. *Omnis caussa primaria plus est influens super caussatum suum, quam caussa secunda universalis. Ad cuius manifestationem unum corollarium inducit &c.* Propositio ultima des. *& huius quidem probatio inducitur, quae praemissa est. Et sic terminatur totus Liber de Caussis*. De hoc Opere consulendus Quetifus &c. loc. cit. Tom. I. pag. 285.

XV. pag. 126. Eiusdem Scriptum de Ente, & Essentia, sive de Entium quidditatibus, cum Prooemio, cuius initium: *Quia parvus error in principio, magnus est in fine*. Finis: *ad significationem Essentiae est procedendum*. Tractatus inc. *Sciendum est igitur, quod sicut in V. Metaphysicae Philosophus dicit, Ens per se dupliciter dicitur*. Des. *in quo sit finis, & consummatio huius praesentis sermonis. Amen*. Legitur in calce Tomi IV. Operum a pag. 1. usque ad finem Voluminis. Vide quae diximus de hoc Opere Tom. III. Catal. Codd. Latinor. pag. 252. §. II.

XVI. pag. 131. Eiusdem Tractatus de Memoria & Reminiscentia super Librum Aristotelis. Inc. *Sicut dicit Philosophus in VII. de Historiis Animalium, natura ex inanimatis ad alia paullatim procedit*. Des. *& similiter de reminisci, quid sit, & quomodo fiat, & propter quam caussam*. Quetifus memorat hoc Opus tamquam ms. l. c. pag. 225.

XVII. pag. 136 b. Eiusd. Expositio super Librum Aristotelis de Caelo & Mundo Libris IV. quorum primus inc. *Sicut Philosophus dicit in I. Physicorum, tunc opinamur cognoscere unumquodque &c.* Quartus des. *aliqualis erit via aliis adsequendi ipsam, vel simpliciter, vel in parte*. Prodierunt cum additionibus Scoti, Venetiis MCCCCXCV. & Petri de Alvernia an. MDXVI. teste Quetifo loc. cit. pag. 284.

XVIII. pag. 208. b. Eiusdem brevis Tractatus de modalibus Propositionibus. Inc. *Quia propositio modalis a modo dicitur, ad sciendum quid sit propositio modalis, oportet scire quid sit modus &c.* Finem non damus, quia desinit in quodam schemate, exhibente varias ordinis qualitates. Oper. Tom. XVII. pag. 226.

XIX. pag. 209. Eiusdem Epistola ad Fratrem Ioannem Theutonicum, Generalem Magistrum totius Ordinis Fratrum Praedicatorum responsiva ad XLIII. Articulos, sibi ab eo missos. Post inscriptionem: *Reverendo in Christo Patri Ioanni &c.*, inc. *Paternitatis vestrae litteras feria quarta ante Pascha recepi, dum Missarum solemnia agerentur, multos articulos interclusa schedula continentes*. Des. *sed ex vestra iniunctione factum est debitum, quod proprii officii professio nullatenus requirebat. Amen*. Haec Epistola apud Iustinianum constituit Opusculum X. cit. edit. pag. 79. Initium cum praesenti convenit, clausula vero discrepat, ut etiam apud Bernard. de Rubeis, ubi est Opusculum sub num. IV.

XX. pag. 211. b. Eiusdem Epistola ad Fratrem Gerardum Lectorem Bisuntinum super sex Articulis ab eo missis. Post inscriptionem: *Charissimo sibi in Christo Fratri Gerardo Bisuntino &c.* inc. *Recepi litteras vestras, quosdam Articulos continentes, super quibus vobis per me rescribi petebatis*. Des. *pro quo mihi, si placet, orationum suffragia impendatis. Amen*. Ibid. Opusc. VII. a pag. 200. ad pag. 201.

XXI. pag. 212. Eiusdem Epistola ad Fratrem Baxianum, Lectorem Venetum, super quibusdam Articulis numero XXX. Post inscriptionem: *In Dei filio sibi charissimo Fratri Baxiano*, inc. *Lectis litteris vestris, inveni quod vestra charitas postulabat &c.* Des. *valeat charitas vestra diu, & pro hoc labore mihi orationum suffragia rependatis*. Tam apud Iustinianum, quam apud de Rubeis desideratur inscriptio. Epistola vero D. Th. ad eumdem Lectorem est super XXXVI. non vero XXX. Articulos, & constituit Opusculum VI. in cit. edit. Bern. de Rubeis a pag. 192. ad pag. 199.

XXII. pag. 213. Eiusdem Libellus Fallaciarum. Inc. *Quia Logica est rationalis scientia ad ratiocinandum inventa, ratiocinari autem convenit recte, & non recte, utrumque ad Loici considerationem spectat*. Des. *patet ergo, quod haec fallacia provenit secundum unum, & multa; & haec de Fallaciis dicta sufficiant*. Inter cit. Opera D. Th. Tom. XVII. est sub num. XXXIX. a pag. 213. ad pag. 226.

XXIII. pag. 217. b. Eiusdem Scriptum super Libros Physicorum Aristotelis, Libris constans VII. Primus inc. *Quoniam quidem intelligere &c. Quia Liber iste Physicorum, cuius expositionem intendimus, est primus Liber scientiae naturalis, in eius principio oportet assignare, quae sit materia & subiectum scientiae naturalis*. Octavus des. *& sic terminat Philosophus considerationem communem de rebus naturalibus in primo principio totius*

(1) Huic simile monitum legitur etiam in editione pag. 16.

Digitized by Google

totius naturae, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen. Cit. edit. Venet. Tom. II. a pag. 1. ad pag. 133.

Notandum, ut diligenter animadvertit Bern. de Rubeis, quod Opera D. Thomae ab initio septem solummodo erant admissa, ut legitima; secundo post auctoris obitum saeculo, creverunt usque ad viginti; saeculo vero tertio usque ad LVIII. Nunc autem sub eius nomine circumferuntur CXXVIII. Opuscula, quae item ab initio tantum tria erant, postmodum ad LXXIII. creverunt. Ipse vero Rubeus XXI. Opuscula, ut D. Th. genuina agnoscit, quamvis nomine S. Thomae insignita, alia plura in Codicibus inveniantur.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, cum titulis Librorum & Capitum rubricatis, & indice eorumdem in principio, necnon prima Voluminis pagina exornata, in qua sancti Doctoris effigies vivis coloribus expressa, ac stemma Mediceum effulget. Constat foliis scriptis 310.

EIVSDEM OPERA VARIA.

Cod. CV.

I. pag. 1. TRactatus de Articulis Fidei, & Ecclesiae Sacramentis editus a Fratre Thoma de Aquino, Ordinis Praedicatorum. Inc. *Postulat a me vestra dilectio.* Des. *surget corpus spirituale. Ad quam gloriam nos perducat Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.* Cit. edit. Venet. Tom. XVII. a pag. 61. ad pag. 64.

II. pag. 5. b. Tractatus de aeternitate Mundi editus a Fratre Thoma de Aquino, Ordinis Praedicatorum, cuius anima benedicatur. Inc. *Supposito secundum Fidem Catholicam, mundum ab aeterno non fuisse &c.* Des. *probabilitatem afferre.* Ibid. a pag. 202. t. ad pag. 203. t.

III. pag. 7. b. Eiusdem Tractatus de motu cordis. Inc. *Quoniam omne, quod movetur, necesse est habere motorem.* Des. *ex quibus cor calescit, & infrigidatur; & haec de motu cordis ad praesens dicta sufficiant.* Ibid. a pag. 214. ad pag. 215.

IV. pag. 8. b. Eiusdem Libellus de tribus Virtutibus Theologicis. Inc. *Aeterni Patris Verbum sua immensitate universa comprehendens.* Des. *ut supra ostensum est, & post considerationem Deitatis essentiae, & Trinitatis, restat videre de effectibus Deitatis, & primo de primo effectu, quod in emanatione.* Ibid. a pag. 9. t. ad pag. 16. Cap. LXVII. inclusive.

V. pag. 17. Tertia pars primi Tractatus, quae est de effectibus Divinitatis, quod Deus omnibus exsistentibus est caussa essendi. Inc. *His igitur consideratis, quae ad unitatem divinae essentiae pertinent &c.* Des. *fiunt in universo igitur, secundum hanc computationem, XII. Articuli. Et haec dicta de fide sufficiant.* Tum sequitur index Capitulorum, quae in dicto Opere pertractantur. Ibid. a pag. 16. Cap. LXVIII. usque ad pag. 44. t. Cap. CCXLVI. inclusive.

VI. pag. 59. b. Tertia pars primi Tractatus, qui est de effectibus Divinitatis. De Articulis XII. Inc. *Ad instructionem iuniorum, quibus vacat Opusculorum vanorum prolixitatem perscrutari, de dictis Catholicorum magistrorum haec sequentia compilata sunt.* Des. *septimus est credere Filium Dei iudicare bonos, & malos. Inde venturus iudicare vivos, & mortuos.* Exstat in eodem Opusc. sed discrepat quoad principium, & finem.

VII. pag. 63. Eiusdem de septem Petitionibus. Inc. *Pater noster. Quum haec Oratio a sapientissimo, utpote ab eo, qui est fons, & origo totius veritatis, condita sit &c.* Des. *item, ut amoveatur malum praesens, & hoc petitur ultima petitione, idest, sed libera nos a malo.* Expositionem super septem Petitiones refert Iustinianus in VII. Opusc. D. Thomae, incipiendo, ut heic habetur: *Pater noster*; verum tum subsequentia verba, tum finis eiusdem Tractatus, ab hoc principio *Quum haec Oratio &c.* & fine item, *ut amoveatur &c.* discrepant, quamvis in eumdem sensum redeant a pag. eiusdem edit. 71. ad 75.

VIII. pag. 64. b. Eiusdem de decem Praeceptis. Inc. *Circa Tractatum de Praeceptis, summatim tangenda sunt, quid sit praeceptum, qualiter distinguantur, expositio singulorum &c.* Des. *& sic ex consequenti, omne mortale, in illo primo praecepto prohibetur.* De decem Praeceptis habet quaestionem D. Thomas Opusc. IV. Ibid. a pag. 53. ad pag. 61. initio tamen agit prius de lege amoris, Dei scilicet, & Proximi; postea vero ad expositionem singulorum Praeceptorum transit; finis & initium non conveniunt.

IX. pag. 68. Eiusdem de septem Sacramentis. Inc. *Ad compendiosam Sacramentorum Novi Testamenti evidentiam, videndum est summatim in genere, quid sit Sacramentum &c.* Des. *ita in Christo unio diversarum naturarum, scilicet divinae & humanae.* De septem Sacramentis agit D. Thomas in tertia parte Summae Theologicae Quaest. LXV. edit. Patavinae pag. 468. sed initium, & finis discrepant; nec non morte praeventus, ad Poenitentiam usque inclusive, quaestionem absolvit.

X. pag. 79. b. Eiusdem de septem Virtutibus. Inc. *Nunc aliqua de Virtutibus tangenda sunt, & primo quid sit Virtus in genere &c.* Des. *sed Augustinus evacuat luxuriam, qua corpus simul corrumpitur, & anima.* Peculiarem quaestionem de septem Virtutibus non habet D. Thomas, sed de Virtutibus, tum in communi, tum in particulari agit in pluribus suorum Operum locis, & praecipue in Secunda Secundae, cum vitiis unicuique virtuti oppositis.

XI. pag. 82. Eiusdem de septem Donis. Inc. *Postmodum de donis Spiritus Sancti sub compendio est agendum, ubi primo dicendum*

Digitized by Google

erit, utrum idem sint, quod virtutes septem praenominatae. Des. *Sapientia, perquam pure delectamur; ideo exturbat luxuriam, qua quis impudice delectatur in corpore misero*. De donis Spiritus Sancti, atque utrum haec sint virtutes, agit D. Th. in tertio Sentent. Distinct. XXXIV. initium tamen & finis in verbis differunt, quamvis, ut videtur, in sensu conveniant. T. VII. cit. edit. pag. 127.

XII. pag. 83. Eiusdem de octo Beatitudinibus. Inc. *Nunc de Beatitudinibus tangere restat sub brevitate, & primo quid dicatur Beatitudo*. Des. *hae virtutes, seu Beatitudines tanguntur Matth. V. a. Beati, inquit, pauperes spiritu &c.* De octo Beatitudinibus tractat D. Th. in Prima Secundae Quaest. LXIX. cit. edit. Tom. XI. pag. 350. finis tamen & initium non convenit cum hoc Codice.

XIII. pag. ead. b. Eiusdem de septem Vitiis. Inc. *In fine aliquid de Vitiis tangere oportet, & sunt Vitia naturae, & voluntatis*. Des. *sic dictum, vel factum minus rectum est obex positus in via morum*. De septem Vitiis agit D. Th. in Quaestionibus disputatis, Quaest. VIII. cit. edit. Tom. VIII. pag. 151. t. discrepant tamen initium & finis.

XIV. pag. 84. b. Eiusdem de modo confitendi. Inc. *Ad habendum salutiferae confessionis ordinem hoc breviter conscripsi. Prius fiat confessio de puerilibus, utpote de inobedientia patris, & matris &c.* Des. *& quantum transgressio fuerit, si ad memoriam possit reducere, confiteatur. Amen*. De modo confitendi agit D. Thom. in Opusc. sub numero LXIV. cit. edit. Tom. XVII. a pag. 102. ad 106. t. non incipit tamen, neque desinit, ut in Codice.

XV. pag. 87. Eiusdem Postilla in Iob cum Prooemio, cuius initium: *Sicut autem in rebus, quae naturaliter generantur, paullatim ex imperfecto ad perfectum pervenitur &c.* Finis: *ut iis nihil ultra addendum videatur*. Postilla inc. *Vir erat in terra Hus, nomine &c. Quia, sicut dictum est, intentio huius Libri tota ordinatur ad ostendendum, qualiter res humanae providentia divina reguntur &c.* Des. *& quantum ad bona naturae, & quantum ad bona gratiae, quibus est perductus ad futuram gloriam, quae durat per omnia saecula saeculorum. Amen*. Cit. edit. Tom. XIII. a pag. 1. ad pag. 49. In Codice tamen, post adlatum finem, sequuntur alia multa ad eamdem super Iob interpretationem pertinentia, quae a pag. 169. ad pag. 173. progrediuntur. Ea autem sunt explanationes in duos Prologos, qui Libro Iob praemitti solent. Explanatio in primum Prologum inc. *In terra quidem habitasse Iob Auxitiden, in finibus Idumaeae, & Arabiae &c. Sufficientiam Iob audistis &c. Iac. V. Quum sanctorum vita sit viva lectio, & illorum species, quasi quaedam forma imitanda proponatur, ut ait beatus Gregorius &c.* Des. *dicens, abundantius omnibus aliis laboravi &c. Explicit Expositio istius Prologi, incipit secundus Prologus in Librum Iob*. Huius autem secundi Prologi, qui est B. Hieronymi, Expositio inc. *Cogor per singulos &c. Iste Prologus praeponitur illi translationi, qua B. Hieronymus Librum Iob de hebraeo transtulit in latinum &c.* Des. *ut scilicet ex invidia vellem LXX. Interpretes condemnare*.

XVI. pag. 173. b. Eiusdem Scriptum super Librum Aristotelis de Sensu & Sensato. Inc. *Sicut Philosophus in tertio de Anima, sicut separabiles sunt res a materia, sic etiam quaeque circa intellectum sunt*. Des. *quia, sicut per sensum cognoscuntur praesentia, ita per memoriam cognoscuntur praeterita, & in somno fit aliqua praecognitio futurorum*. Vid. Quetifum loc. cit. pag. 284.

XVII. pag. 193. b. Eiusdem Scriptum in Librum de Memoria & Reminiscentia, ut in Codice superiore §. XVI.

XVIII. pag. 200. b. Eiusdem Tractatus de occultis Operibus naturae. Inc. *Quoniam in quibusdam naturalibus corporibus quaedam naturales actiones apparent, quarum principia manifeste apprehendi non possunt &c.* Des. *utpote ex principiis intrinsecis procedentes. Et haec de operationibus occultis ad praesens dicta sufficiant*. Cit. edit. Tom. XVII. a pag. 213. ad pag. 214.

XIX. pag. 201. Eiusdem de mixtione Elementorum. Inc. *Dubitatio apud multos esse solet, quomodo elementa sint in mixto*. Des. *salvatur enim virtus eorum; & de commixtione elementorum haec dicta sufficiant*. Ibid. a pag. 212. t. ad pag. 213.

XX. pag. 202. Eiusdem Tractatus de Angelis. Inc. *Quia sacris Angelorum solemniis interesse non possumus, non debet nobis devotionis tempus transire vacuum, sed quod psallendi officio subtrahitur, scribendi studio compensetur*. Des. *& haec sequuti esse videntur, qui posuerunt Daemones, quos malos Angelos dicimus, ex inferiori ordine, & corporeos esse*. Ibid. a pag. 86. ad pag. 97. t.

XXI. pag. 214. Eiusdem Tractatus de triduo mortis Christi. Inc. *Quaeritur, utrum Christus in triduo mortis fuerit idem Homo numero, & videtur quod sic*. Des. *ad primum ergo dicendum, quod ratio illa non tenet in Corpore Christi, propter unitatem hypostasis*. Cit. edit. Tom. VII. pag. 75.

XXII. pag. 216. Eiusdem Commentarius in Libros duos Posteriorum Analyticorum Aristotelis. Inc. *Sicut dicit Aristoteles in principio Metaph. hominum genus, arte & rationibus vivit, in quo videtur Philosophus tangere quoddam hominis proprium, quo a ceteris animalibus differt*. Des. *totum, quod simpliciter habet se ad omnem rem, idest ad totam materiam, de qua est scientia, sicut scilicet intellectus ad principium scientiae. Deo gratias. Amen, & Virgini Mariae*. Tum subiicitur scriptoris nota hoc pacto: *Explicit secundus Liber Posteriorum per manus Nicolai Hoerii. Deo gratias*. Cit. edit. Tom. I. a pag. 16. t. ad pag. 73. t.

Co-

Digitized by Google

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, cum initialibus quorumdam Operum aureis & coloratis, quarum prima, unde initium fit voluminis, imaginem sancti Thomae repraesentat, altera Commentario in Iob praemissa exhibet ipsum Iob, ulceribus plenum, in cuius primo folio legitur testimonium liberalitatis Cosmianae, ut in Codice V. Constat foliis scriptis 259.

EIVSDEM OPERA VARIA.

Cod. CVI.

I. pag. 1. LIber de Perfectione Spiritualis Vitae editus a Fratre Thoma de Aquino, Ordinis Praedicatorum. Inc. *Quoniam quidam perfectionis ignari, de perfectionis statu vana quaedam dicere praesumpserunt &c.* Des. *aperitur veritas, & falsitudo confutatur, secundum illud Salomonis: ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui.* Cit. edit. Tom. XVII. a pag. 114. t. ad pag. 127.

II. pag. 21. Eiusdem Quaestiones XII. de Veritate. Prima inc. *Quaestio est de veritate, & primo quaeritur, quid est veritas. Videtur autem, quod verum omnino sit idem, quod ens.* Vltima des. *& sic in intellectu est falsitas, numquam tamen, si recte fiat in prima principia. Et per hoc patet responsio ad obiecta.* Cit. edit. Tom. VIII. Part. II. a pag. 289. ad pag. 296. t.

III. pag. 30. b. Eiusdem Quaestiones VIII. de Ideis. Prima inc. *Quaestio est de ideis, & primo quaeritur, utrum ponere sit ideas, & videtur quod non.* Vltima des. *& ideo eadem ratione adsignatur idea mulo, & asino.* Ibid. a pag. 309. ad pag. 314.

IV. pag. 36. b. Eiusdem Quaestiones VIII. de Verbo. Prima inc. *Quaestio est de verbo, & primo quaeritur, utrum verbum proprie dicatur in divinis, & videtur quod non.* Vltima des. *ita dicuntur lux, prout sunt principia cognoscendi.* Ibid. a pag. 314. ad pag. 319.

V. pag. 42. Eiusdem Quaestiones X. de Providentia. Prima inc. *Quaestio est de providentia, & primo quaeritur ad quod atributorum providentia reducitur, & videtur quod tantum ad scientiam.* Vltima des. *quamvis de uno posset magis accidere.* Ibid. a pag. 319. ad pag. 327.

VI. pag. 52. Eiusdem Quaestiones VI. de Praedestinatione. Prima inc. *Quaestio est de praedestinatione, & primo, utrum pertineat ad scientiam, vel ad necessitatem, & videtur quod ad voluntatem.* Ibid. pag. 327.

VII. pag. 58. b. Eiusdem Quaestiones XIII. de Mente. Prima inc. *Quaestio est de mente, in quo est imago Trinitatis. Et primo quaeritur, utrum mens, prout est in ea imago Trinitatis, sit essentia animae, vel aliqua portio eius.* Vltima des. *quod verba illa philosophorum intelliguntur, quantum ad appropriata, non quantum ad propria.* Ibid. a pag. 355. ad pag. 366. t.

VIII. pag. 73. Eiusdem Quaestiones IV. de Magistro. Prima inc. *Quaestio est de magistro, & primo quaeritur, utrum homo possit docere, & dici magister &c.* Vltima des. *doctrina cum contemplativa convenit, ut dictum est.* Ibid. a pag. 367. ad pag. 370. t.

IX. pag. 78. Eiusdem Quaestiones XIV. de Prophetia. Prima inc. *Quaestio est de prophetia, & primo quaeritur, utrum sit habitus, vel actus, & videtur quod non sit habitus.* Vltima des. *potest esse potior in prophetia, qui est minor in merito.* Ibid. a pag. 371. ad pag. 382. t.

X. pag. 92. b. Eiusdem Quaestiones V. de Raptu. Prima inc. *Quaestio est de raptu, & primo quaeritur, quid est raptus, describitur autem a magistris sic &c.* Vltima des. *omnia erunt evidentia, sine ulla falsitate, sine ulla ignorantia.* Ibid. a pag. 382. t. ad pag. 387.

XI. pag. 97. b. Eiusdem Quaestiones V. de Ratione superiori & inferiori. Prima inc. *Quaestio est de ratione superiori & inferiori, & primo quaeritur, utrum intellectus, & ratio sint diversae potentiae, & videtur quod sic.* Vltima des. *in quantum superiores potentiae ab inferioribus accipiunt.* Ibid. a pag. 396. ad pag. 401. t.

XII. pag. 103. b. Eiusdem Quaestiones XI. de Spiritualibus Creaturis, ut in Codice CIII. supra pag. 48. §. IV.

XIII. pag. 124. b. Eiusdem Quodlibeta, seu potius pars ex iis. Prima Quaestio est de Deo, & Angelo, & Homine, quantum ad naturam divinam, & quantum ad naturam humanam assumptam, & inc. *Quaestio est de Deo, Angelo, & Homine. De Deo quaesitum est, & quantum ad divinam naturam, & quantum ad naturam humanam assumptam. Quantum ad divinam naturam, quaesitum est, utrum beatus Benedictus in visione &c.* Vltima de Eleemosyna Clericorum, des. *qui vult secundum decentiam sui status morem gerere iis, quibus convivit.* Tum subiicitur a manu aliquanto recentiore: *Hic expliciunt Quodlibeta sancti Thomae, non omnia, sed quaedam, nam multa deficiunt.* Integrum Opus continetur in Codice CIII. supra pag. 47. §. I. quem profecto Codicem innuit alia brevis adnotatio eiusdem manus recentioris, adscripta in infimo margine dictae pag. 124. b. ubi ita legitur: *Hic supra incipiunt Quodlibeta S. Thomae de Aquino, sed sunt valde imperfecta, comparando ea ad illa, quae sunt scripta in principio Voluminis, banchi a manu sinistra immediate sequentis; deficiunt enim multae Quaestiones, & Articuli.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, cum litteris initialibus singulorum Operum aureis, atque depictis, titulis rubricatis, ornatu marginali primae paginae, in qua S. Doctoris imago, ac stemma Mediceum refulget, necnon Cosmianae liberalitatis testimonio, ut in Codice V. Constat foliis scriptis 144.

EIVS-

Digitized by Google

EIVSDEM SCRIPTVM SVPER METAPHYSICAM ARISTOTELIS.

Cod. CVII. COdex est anepigraphus, quare titulum ex ipsius calce desumimus, ubi ita legitur: *Sententia Fratris Thomae de Aquino supra Metaphysicam Aristotelis*. Inc. *Sicut docet Philosophus in Politicis suis, quando aliqua plura ordinantur ad unum, oportet unum eorum esse regulans, sive regens, & alia regulata, sive recta &c.* Des. *& hoc est quod concludit, quod est unus Princeps totius Vniversi, scilicet primum movens, & primum intelligibile, & primum bonum, quod supra dixit, Deum, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.* Cit. edit. Tom. IV. a pag. 1. ad pag. 166.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, in cuius primo folio legitur sequens monumentum: *Liber hic aureis quatuor emptus est, quem magnificus Cosmus Medices huic nostro Fesulano Monasterio largitus est. Orate pro eo. Timotheus Veronensis.* Constat foliis scriptis 129.

SANCTI THOMAE, ET ALIORVM OPERA VARIA.

Cod. CVIII. I. pag. 1. EXpositio sancti Thomae de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum, super Librum S. Dionysii Areopagitae Episcopi Atheniensis de Divinis Nominibus, praevio Prologo, cuius initium: *Ad intellectum Librorum beati Dionysii considerandum est, quod ea, quae in sacris Scripturis dicuntur de Deo, artificialiter quadrifariam divisit.* Finis: *quae licet superflua videantur, tamen diligenter considerantibus, magnam sententiae profunditatem continentia inveniuntur.* Expositio inc. *In hoc ergo Libro, qui de Divinis Nominibus inscribitur, more eorum, qui artificiose scientias tradiderunt, primo praemittit quaedam necessaria ad sequentem considerationem.* Des. *si qua autem bene sunt dicta, referendae sunt gratiae bonorum omnium largitori, qui est trinus, & unus Deus, vivens, & regnans per omnia saecula saeculorum. Amen.* Tum repetitur titulus hoc pacto: *Explicit Expositio sancti Thomae de Aquino, Ordinis Praedicatorum, super Librum B. Dionysii Areopagitae Episcopi Atheniensis de Divinis Nominibus, videlicet intelligibilibus, ad differentiam eorum nominum, quae metaphorice, & sensibiliter Deo attribuuntur in Libro de Symbolica Theologia, qui apud nos non habetur.* Operum S. Thomae Tom. X. a pag. 1. ad pag. 47. t.

II. pag. 89. Post vacuum spatium trium foliorum, in quibus describi debuerat Postilla beati Nicolai de Lyra super Epistolas Canonicas, ut eruitur ex rubrica, sequitur Chronica Bedae Presbyteri de octo aetatibus saeculi. De prima aetate saeculi inc. *Adam annorum* CXXX. *genuit Seth, cui supervixit annos* DCCC. *Verum* LXX. *Interpretes ante natum Seth posuere annos* CCXXX. De septima, & octava aetate saeculi futuri, des. *ubi post temporales caelestium actionum sudores, aeternam cuncti caelestium praemiorum mereamur accipere palmam.* Aliud exemplar occurrit in Codice XIX. Plut. LXVI. Biblioth. Laurent. Catal. nostri Tom. II. pag. 790. §. IV. sed tam in principio, quam in fine diversum. Initium enim, quod retulimus, incidit in dicto Codice post spatium unius circiter columnae. Finis vero est aliquanto longior, nam post verba: *haec est magna illa, & singularis octava*, in quibus ille desinit, Codex noster ita prosequitur, *pro qua VI. & undecimus Psalmi scribuntur, cuius & verba dierum ita recordatur*, usque ad verba, quae paullo ante recitavimus, quaeque unius columnae spatio comprehenduntur.

III. pag. 105. Liber beati Isidori, Hispalensis Episcopi, de Ortu, Vita, & Obitu Sanctorum Patrum, cum brevi Prologo, cuius initium: *Quorumdam sanctorum nobilissimorum virorum &c.* Finis: *dum brevi sermone leguntur.* Liber inc. *Adam protoplastus, & colonus Paradisi.* Des. *& tribus evangelizat discipulis.* Occurrit in eius Operum edit. Matritensi anni MDXCIX. fol. Part. II. a pag. 139. ad pag. 153.

IV. pag. 112. Magistri Bonaefortunae Breviloquium in sacra Scriptura. Inc. *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi.* Des. *donec intrem in gaudium Domini mei, qui est trinus, & unus Deus, benedictus in saecula saeculorum. Amen.* Exstat in T. V. Operum S. Bonaventurae edit. Venet. ann. MDCCLI. 4. a pag. 1. ad pag. 103. Aliud exemplar habetur in Cod. VII. Plut. XXVII. partis dextrae Biblioth. S. Crucis Cat. Tom. IV. pag. 189. Cod. VII. ubi Prologus ab Opere seiungitur.

V. pag. 161. Magistri Nicolai de Lyra, Ordinis Fratrum Minorum, Postilla super Epistolas Canonicas. Inc. *Quatuor sunt minima terrae, & ipsa sunt sapientiora sapientibus. Proverb. XXX. Septem Epistolae, quae Canonicae, idest regulares nuncupantur, editae sunt a quatuor Apostolis, Iacobo, Petro, Ioanne, Iuda, & in uno Libro collocantur.* Des. *licet enim praedicti actus circa creaturas sint temporales, tamen virtus divina, qua tales facit, est aeterna.* In editione Lyrani Veneta an. MDLXXXVIII. fol. Tom. VI. a pag. 209. ad pag. 239.

VI. pag. 192. Eiusdem Postilla super Librum Actuum Apostolorum. Inc. *Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & caeperunt loqui. Sicut lex Evangelica per Christum Deum & Hominem fuit data, ut patet in Evangelio, ita per Apostolos, aliosque Christi Discipulos per orbem fuit publicata.* Des. *ipse cum beato Petro per martyrii palmam transiret ad gloriam, ad quam nos perducat, qui cum*

Digitized by Google

cum Patre &c. Ibid. a pag. 162. t. ad pag. 208. t.

VII. pag. 238. Eiusdem Postilla super Apocalypsim cum Prologo, cuius initium: *Oportet te iterum prophetare populis & gentibus. Apoc. X. Sicut dixi in principio Genesis, vetus ac novum Testamentum ad invicem correspondent.* Finis: *ad aeternam gloriam deducantur, praestante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit &c.* Postilla inc. *Apocalypsis Iesu Christi &c. Liber iste in duas partes dividitur, scilicet in Prooemium, & Tractatum, qui incipit a Capitulo secundo.* Des. *& subditur eius oratio pro omnibus fidelibus, quum dicitur: gratia enim Domini Iesu Christi cum omnibus nobis. Amen.* Ibid. a pag. 239. ad pag. 275. Tum post repetitionem tituli, legitur in rubrica nomen *Henricus de Lovanio W.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis nitide exaratus, cum titulis Librorum, & Capitum rubricatis, & initialibus Operum variis coloribus depictis, & ornatu primae paginae, qui, ut in aliis superioribus Codicibus, S. Thomae effigiem, & stemma Mediceum exhibet; nec deest in principio exactissima tabula, titulos, & initia singulorum Librorum & Capitum repraesentans. Constat fol. script. 277.

EIVSDEM OPERA VARIA &c.

Cod. CIX.

I. pag. 1. COdex est anepigraphus, unde primi Operis titulum ex ipsius calce desumimus, qui ita habet: *Explicit Tabula super Libros sancti Thomae, edita a Fratre Herveo de Cauda (1), Magistro in Theologia, tempore quo erat Lector in Ordine Praedicatorum, ratione cuius Tabulae fiendae, noster legit omnes Libros dicti Doctoris, exceptis quibusdam aliis parvis Opusculis &c.* Haec autem Tabula ordine alphabetico disposita, exhibet verba satis multa notatu digna, adiecta Operum sancti Doctoris, ubi eorumdem explanatio incidit, accurata citatione, & progreditur usque ad pag. 105. ubi mox recitata conclusio longius producitur, utpote quae lectorem docet ea, quae ad ipsius intelligentiam sunt necessaria. Hanc sequitur pag. 105. b. alia tabula eorumdem verborum, nulla citatione adposita; ac deinde pag. 108. tertia nominum Expositorum Bibliae, quibus absolutis, sequuntur pag. ead. b. *Passus, in quibus Magister Sententiarum a Doctoribus modernis communiter non tenetur.*

II. pag. 109. Sancti Thomae de Virtutibus in communi Quaestiones XIII. Prima inc. *Quaestio est de virtutibus in communi, & primo quaeritur, utrum virtutes sint habitus, & videtur quod non &c.* Vltima des. *& similiter dicendum de spe, quae est inter duo extrema, non secundum quod comparatur ad suum obiectum, sed secundum dispositionem subiecti ad sperandum superna.* Tom. VIII. cit. edit. Venet. Part. I. a pag. 244. ad pag. 260.

III. pag. 129. Eiusdem de Charitate Quaestiones item XIII. Prima inc. *Quaestio est de charitate, & primo quaeritur, utrum charitas sit aliquid creatum in anima, vel sit ipse Spiritus Sanctus &c.* Vltima des. *de aliis articulis illam dico fidem, quae est habitus infusus, sed tenet ea, quae sunt fidei.* Cit. edit. Venet. Tom. VIII. Part. I. a pag. 260. ad pag. 273.

IV. pag. 149. Eiusdem de Correctione fraterna Quaestiones II. Prima inc. *Quaestio est de correctione fraterna, & primo quaeritur, utrum sit in praecepto, & videtur quod non.* Altera des. *sed quando dicitur in publico q. in loco iudicii residenti.* Ibid. a pag. 273. ad pag. 276. t.

IV. pag. 153. b. Eiusdem de Spe Quaestiones IV. Prima inc. *Quaestio est de spe, & primo quaeritur, utrum spes sit virtus, & videtur quod non &c.* Vltima des. *quia beatitudo non erat ei futura, sed praesens.* Ibid. a pag. 276. ad pag. 279. t.

V. pag. 158. b. Eiusdem de Virtutibus Cardinalibus Quaestiones item IV. Prima inc. *Quaestio est de virtutibus Cardinalibus, & primo quaeritur, utrum istae sint quatuor virtutes Cardinales, scilicet Prudentia, Iustitia, Fortitudo, & Temperantia, & videtur quod non.* Vltima des. *sed secundum actum proprie, quem habet circa ultimum finem, sicut etiam aliae virtutes.* Tum subiicitur: *Expliciunt Quaestiones de Virtutibus in communi S. Thomae de Aquino. Deo gratias.* Ibid. a pag. 279. ad pag. 284. t. (per errorem 28.)

VI. pag. 165. b. Eiusdem de Vnione Verbi incarnati Quaestiones V. Prima inc. *Quaestio est de unione Verbi incarnati, & primo quaeritur utrum haec unio facta sit in persona, vel in natura.* Vltima des. *& ideo Christus est unum agens, sed sunt in eo duae actiones.* Tum subiicitur index praedictarum Quaestionum. Ibid. a pag. 239. ad pag. 244.

VII. pag. 173. b. Magistri Hervei Natalis Tractatus de Verbo. Inc. *De Verbo autem occurrit quadruplex consideratio. Primo quid sit Verbum essentialiter, secundo a quo caussetur &c.* Des. *non tamen sequitur, quin Verbum Patris possit repraesentare unum extrinsecus, & Patrem, a quo procedit, & ipsas creaturas.* Tum subiungitur tabula Quaestionum, quae in hoc Tractatu disputantur. Exstat MS. Florentiae in Biblioth. S. Marci Codice LIX. ut refert etiam Quetif.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XV. ineuntis, a pag. 109. usque ad finem binis columnis exaratus, & in ultimis foliis aliquantum madore corruptus. Constat foliis scriptis 193.

CLE-

(1) Herveus iste Natalis, fuit Ordinis Praedicatorum Magister Generalis, defunctus anno MCCCXIII. de quo Iacobus Quetif Tom. I. pag. 533. seq. verba facit. Eius Opera recenset Fabricius Biblioth. Latin. Med. & inf. aetatis Tom. III. pag. 243.

Digitized by Google

CLEMENTINAE CVM GLOSSIS IOANNIS ANDREAE.

Cod. CX.

I. pag. 1. CONstitutiones Clementis Papae V. una cum Apparatu Domini Io. Andreae. Praecedit Ioannis XXII. Praefatio ita inscripta: *Ioannes Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Doctoribus, & scholaribus universis Bononiae commorantibus salutem & Apostolicam benedictionem.* Inc. *Quoniam nullla iuris sanctio &c.* Des. *in iudiciis, & in scholis. Datum Avinione VIII. Kal. Novembris, Pontificatus nostri anno secundo.* Constitutionum Caput primum, cui titulus, *De summa Trinitate, & Fide Catholica*, inc. *Fidei Catholicae fundamento, praeter quod, teste Apostolo, nemo potest aliud ponere, firmiter inhaerentes &c.* Caput ultimum, *De verborum significatione*, des. *non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus. Explicit. Deo gratias.* Ioannis Andreae Glossa, sive Apparatus, qui Clementinarum textum undequaque ambiens, totum implet paginarum marginem, inc. *Ioannes. Gratiosum hoc nomen per interpretationes, derivationes, vel etymologias extollere non est meum: suspicionis ratio patet &c.* Des. *quum ad illam redibimus, per intercessionem Virginis gloriosae nos collocet cum electis. Amen.*

II. pag. 49. Ioannis Papae XXII. Constitutio *Exsecrabilis*. Inc. *Ioannes Episcopus &c. Exsecrabilis quorumdam tam religiosorum, quam saecularium ambitio &c.* Des. *datum Avinione XIII. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.*

III. pag. ead. b. Benedicti Papae XII. Constitutio Extravagans *Ad regimen*. Inc. *Benedictus Episcopus &c. Ad regimen universalis Ecclesiae, quamquam immeriti, superna dispositione vocati &c.* Des. *datum Avinione in Idus* (1) *Ianuarii, Pontificatus nostri anno primo.*

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. binis columnis, nitidissime exaratus, optimeque servatus, cum titulis Capitum rubricatis, & cum initiali Praefationis littera aurea, variisque coloribus exornata, in qua videre est Pontificem (*f. Ioannem XXII.*) sedentem, duobus Cardinalibus adstantibus, ac benedictionem cuidam ante ipsum genuflexo impertientem. Constat fol. scriptis 49.

INNOCENTII IV. APPARATVS IN DECRETALES GREGORII IX.

Cod. CXI.

DOmini Innocentii IV. in quinque Libros Decretalium Gregorii IX. Commentarius, cum Prologo, ut in Codice XCIV. Biblioth. Aedilium Florentinae Ecclesiae, Tom. superiore pag. 122. ubi finem dare praetermisimus, heic autem desinit: *nec in hoc videtur valere aliqua consuetudo, ut hic, quia consuetudo umquam praescribi non potest, ut notatur supra de consuetudinibus, in principio. Explicit quintus Liber Innocentii quarti. Deo gratias. Alleluia.*

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. binis columnis diligenter exaratus, cum titulis Librorum, & Capitum rubricatis, & initialibus litteris, auro inlitis, & coloratis; initiales vero Librorum decoratae sunt etiam pictura, materiam, qua de agitur in ipsis, quodammodo exprimente. Adsunt etiam in margine identidem notulae, partim antiquae, partim recentioris manus. In calce primae paginae legitur scriptum: *D. Luchas condux. in păd.* (forte legendum in *Padua*) *27. Sept.* 1408. ac deinde: 1412. *die* 8. *Ian. Bernard.....* Constat fol. scriptis 191.

IOAN. ANDREAE NOVELLA SVPER LIB. I. DECRETAL.

Cod. CXII.

MVtilus est in principio Codex ob primae paginae defectum, quae fortasse, quum aliqua esset insigni pictura decorata, ab impia manu recisa fuit. Incipit autem a verbis..... *orationem facit. Et Seneca Epist. LXXXVIII. in principio, facilius per partes in cognitionem totius adducimur &c.* quae pertinent ad secundum de duobus Prologis, Commentario praemissis. Novella, seu Commentarius in Librum primum inc. *Gregorius. Vt nihil remaneat decise non positum, scire debes, quod ex modernis, de quibus supra dixi, aliqui fecerunt prooemia &c.* Des. *concedat Deus hunc librum studentibus, quod ipsorum mutua visio sit in patria. Amen. Explicit Liber primus Novellae Domini Ioannis Andreae.* Occurrit una cum Novella in Librum secundum Decretalium, in Codice IC. Biblioth. Aedilium &c. Tomo superiore pag. 130.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. binis columnis nitide exaratus, cum initialibus Capitum litteris auratis, & coloratis, ac titulis rubricatis, in cuius calce legitur: *Andreas Iul. ff.* (forte *scripsit*) Constat fol. scriptis 236.

IOANNIS ANDREAE NOVELLA SVPER LIBRVM SECVNDVM DECRETALIVM.

Cod. CXIII.

IOannis Andreae Novella in Librum secundum Decretalium. Inc. *Expeditis praeparatoriis iudiciorum, ad iudicia veniamus; & dictum est in plurali, quia iudiciorum aliud criminale &c.* Des. *intra humilitatis custodiam aggregare; quod ipse Dei Filius, suae Matris devotis participare dignetur. Amen. Explicit Novella D. Ioannis Andreae super secundo Libro Decretalium. Deo gratias.* Vt in praedicto Codice IC. loc. cit.

Co-

(1) Legendum fortasse III. *Idus*.

Digitized by Google

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. ab eadem manu, qua superior, binis columnis exaratus, cum notulis quibusdam marginalibus recentioris manus, & cum stemmate gentilitio in calce primae paginae, leonem aureum erectum, & coronatum in area caerulea exhibente, ubi etiam pictura olim erat in principio Operis, quae deinde ab impia manu recisa fuit. Constat foliis scriptis 201.

IOANNIS ANDREAE NOVELLA SVPER LIB. III. IV. & V. DECR.

Cod. CXIV. IOannis Andreae Novella in Librum tertium Decretalium, cuius initium est: *Finito Tractatu Iudiciorum, a quibus Clerici, quantum possunt, abstinere debent &c.* In Librum quintum des. *quod intercessione Virginis gloriosae, ac omnium beatorum, ac nominatim illorum, quos sub Officio duplici veneratur Ecclesia, concedere dignetur Trinitas per saecula benedicta. Amen, amen, quod de hebraeo transtulerunt Septuaginta ita Fiat, fiat, ut in Epistola ad Marcellum VIII. scribit ipse Hieronymus. Explicit Novella Domini Ioannis Andreae super V. Libro Decretalium.*

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. binis item columnis, ab eadem manu, qua superiores duo, exaratus, eodemque stemmate insignitus in calce primae paginae, quam tamen ex dimidia parte detruncatam fuisse, ob insignem fortasse picturam, qua exornabatur, maxime dolendum est; impiam tamen manum effugerunt aliae duae picturae praemissae Libro IV. & V. huius Novellae, quarum prima pag. 144. ad Caput *de Sponsalibus* exhibet sponsum & sponsam, quos matrimonio iungit Sacerdos, coram testibus, aliisque viris, ac mulieribus adstantibus; altera pag. 177. b. ad Caput *de Accusationibus*, iuvenem repraesentat genuflexum ante Episcopum, eiusque opem implorantem adversus nonnullos, qui accusatorum officio fungentes, ipsum circumstant. Constat fol. scriptis 260.

IOANNIS ANDREAE NOVELLA SVPER SEXTVM DECRETALIVM &c.

Cod. CXV. I. pag. 1. IOannis Andreae Novella in Librum sextum Decretalium Bonifacii VIII. cum Prologo, ut in Codice C. Bibliothec. Aedilium &c. Tom. I. huius Supplementi pag. 131. §. I.

II. p. 134. Eiusdem Opus anepigraphum, quod tamen inscribi potest Liber *Mercurialis*, seu Commentarius in Regulas Iuris, quae habentur in calce Libri VI. Decretalium, ut in dicto Codice §. II. cum quo mirifice, quoad initium & finem, concordat. In calce vero legitur: *Explicit Novella Domini Ioannis Andreae super sexto Libro Decretalium. Amen.*

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. item binis columnis, ut superiores, eleganter nitideque exaratus, & cum titulis Capitum rubricatis, & initialibus litteris aureis, & coloratis, quem duae olim picturae decorabant, singulae singulis Operibus praemissae; sed prima impie detruncata est, una cum stemmate gentilitio; altera vero pag. 134. in duo loculamenta divisa, exhibet in superiori Virginem Mariam a Filio suo corona redimitam, & in inferiori, varias sanctorum Prophetarum, Episcoporum, & Virginum figuras. Constat foliis scriptis 205.

HOSTIENSIS APPARATVS IN LIB. I. & II. DECRETALIVM.

I. pag. 1. HEnrici de Bartholomaeis, de Suse, sive de Segusia, Card. Hostiensis, Apparatus in Librum primum Decretalium Gregorii IX. cum Introductione, quae inc. *Ad Dei omnipotentis gloriam, & universalis Ecclesiae decus, & decorem &c.* ut in Cod. LXXVIII. Biblioth. Aedilium Eccles. Flor. Tom. supra cit. pag. 97. cum quo, quoad initium & finem, mirifice concordat. *Cod. CXVI.*

II. pag. 179. Eiusdem Apparatus in Librum secundum. Inc. *Dequovultdeo &c. Supple ita, statutum est, secundum D. II. sed propter hoc plene non subvenitur constructioni, ideoque sine alia suppletione, sic ordina litteram &c.* Des. *sicut & alii eiusdem Dioecesis, supra de Off. Ord. conquerente in fine, & legi, & notavi supra de Off. Archidiac. Cap. fin. §. fin. Explicit Liber secundus. Benedictus sit Deus. Amen.*

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. binis columnis, diligenter exaratus, cum initiali littera utriusque Libri aurata, variisque coloribus exornata, in qua videre est Auctoris effigiem, adstantibus quibusdam eius explanationem audientibus. Constat fol. scriptis 367.

HOSTIENSIS APPARATVS IN LIB. III. IV. & V. DECRETALIVM.

CArdinalis Hostiensis Apparatus, seu Lectura in Librum tertium, quartum, & quintum Decretalium Gregorii IX. Lectura in Lib. III. *de vita & honestate Clericorum*, inc. *Debent Clerici recte iudicare, de quo plene edocti sunt in superiori Libro &c.* Lectura in Lib. V. des. *& qui primam tenet, nec ipsam abiecit, securus de secunda, quia secunda pars, qui dat gratiam, dabit & gloriam, Iesus Christus Dominus noster, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit & regnat &c.* *Cod. CXVII.*

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. binis columnis, nitide, sed perquam compendiario charactere exaratus, & cum initialibus trium Librorum litteris auratis, & coloratis, adiecto etiam ornatu,

Digitized by Google

qui per maiorem partem marginis diffunditur. In littera initiali Libri III. qui *de vita & honestate Clericorum* inscribitur, exhibetur quidam sacerdotalibus vestibus indutus, dextera manu benedicens, ac sinistra Librum gerens. In littera initiali Libri IV. qui titulum praefert *de Sponsalibus*, videre est sponsum & sponsam per annuli dationem se matrimonio iungentes, Parocho, aliisque testibus adstantibus. Initialis Libri V. barbare recisa fuit, una cum stemmate, quod in calce paginae erat depictum. Constat fol. scriptis 303.

HOSTIENSIS SVMMA IN V. LIBROS DECRETALIVM.

Cod. CXVIII. OPus a superiore diversum; inscribitur autem in Codice: *Summa Archiepiscopi* (1) *super Tit. Decretalium compilata, additis in aliquibus locis quibusdam aliis Rubricellis*. In Librum primum inc. *Alpha, & Ω unum in essentia, & trinum in personis, a quo omnes legum lationes pendere iubentur &c.* In Librum quintum des. *Regulas ergo in hoc Titulo positas apparandas copiosius ex certa scientia reservamus, quia ipsas in Apparatu magis exponi, & enucleari convenit, quam in Summario*. Tum subiungitur longa auctoris gratiarum actio, & excusatio pro completione totius Operis hoc pacto: *Quas igitur gratias, quasve laudes Domino Deo nostro benignissimo Iesu Christo exhibere debeam, nec mens mea potest concipere, nec lingua proferre; multas enim & innumerabiles miserationes eius sensi, & ab eo infinita recepi dona & beneficia, quae regratiari non sufficio = quia per me servum suum idiotam & insufficientem in omnibus ad secundum locum gubernaculorum vocatum, qui tamen etiam minus tenere non noveram, dicta multorum sparsa, & alia perquam utilia & necessaria in unum volumen redegi, & in utroque iure studiosis satis perfectam doctrinam tradidi, non solum ad tuitionem & defensionem rerum, & corporum, sed & ad salutem medicinalem, ac medicinam salutarem, & antidotum efficax animarum = ego enim, licet multa habuerim contraria, ac me distraxerint alia ardua negotia, & diversa, adiutorio tamen illius, in quem semper speravi, in omnibus suffultus, vim mihi intuli; opus quasi desperatum, & nimis difficile, quinimmo insufficientiae meae impossibile, quod in Officio minori inceperam, & demum incendio amiseram, in maiori constitutus Officio renovavi, cursum operis consummavi, fidem servavi, non ego autem, sed gratia Dei mecum &c.* Tum sequuntur versiculi:

Monstrans obscuras iuris dissolvere curas,
Explicat antiquas haec nova Summa plicas.
Pro Summae summo sit Regi gloria summo.
Deo gratias.

Explicit Summa super Decretalibus compilata a Domino Archiepiscopo Ebredunensi. Deo gratias. Amen.

Explicit per Petrum, incepta per Richardum..... anno D. MCCLXXXIX. v. (sic) *ultima die Decembris, Bon.* (lege *Bononiae*).

In folio, quod pro Codicis custodia in principio adsutum est, legitur monumentum Cosmianae liberalitatis, ut in Codice V.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis exaratus, cum litteris initialibus singulorum Librorum pictis & coloratis, in quarum prima auctoris effigies repraesentatur. Constat fol. scriptis 344.

GREGORII IX. DECRETALES CVM GLOSSA &c.

I. pag. 1. *Cod. CXIX.* GRegorii Papae IX. Decretalium Libri V. cum Glossa perpetua marginali Bernardi de Montemirato, Presbyteri Compostellani. Textus concordat cum editis; Glossa vero in Lib. I. inc. *Gregorius. In huius Libri principio quinque praecipue sunt praenotanda, videlicet, quae sit intentio, quae materia, quae utilitas, cui parti philosophiae supponatur, quis modus agendi, & quis Libri titulus &c.* In Librum quintum des. *& si interveniret, nullam obligationem de facto, vel de iure inducit. Supra de pactis Cap. Factiones. B.* Haec autem littera *B* initialis est nominis auctoris glossarum, scilicet Bernardi praedicti, qui floruit anno MCCL., ut adnotavimus in recensione Codicis LXXXVI. Biblioth. Aedil. Flor. Eccles. Tom. I. huius Supplem. pag. 118. idem Opus continentis, cum quo mirifice tam Textus, quam Glossa, quoad initium & finem, concordat. Memoratur hic Codex in Additionibus ad Fabricii Biblioth. med. & inf. Latinit. Tom. I. p. 229.

II. pag. 308. Constitutiones D. Innocentii Papae IV. novae editae in Concilio Lugdunensi, item cum Glossa marginali eiusdem Bernardi. Textus Constitutionum post introductionem, quae inc. *Innocentius Episcopus servus servorum Dei &c. Quum nuper in Concilio Lugdunensi quasdam Constitutiones super certis articulis duxerimus promulgandas &c.* incipit a Capite *de Rescriptis, & eorum interpretationibus*, & quidem ita: *Innocentius III. Quum in multis iuris articulis infinitas reprobetur, provide duximus statuendum &c.* Caput ultimum *de Verborum significatione*, des. *nolumus aliis defensionibus, seu iuribus partium derogari.* Glossa inc. *Quum in multis iuris articulis &c. Nota quod infinitas in multis articulis iuris reprobatur, quum obscuritatem, & confusionem inducat &c.* Des. *nisi ostendissent in iudicio contra ipsam declarationem, quare non deberet valere. B.* Aliud Exemplar harum

Con-

(1) Supple *Ebredunensis*, ab Innocentio IV. Pontifice creati an. MCCLVI., inde ab Alexandro IV. cuius hortatu in Decretales scripserat, ad Cardinalis Dignitatem promoti, de quo Vid. Guidum Panzirolum de Claris Leg. Interp. Libr. III. Cap. XIII. ubi de hoc Opere verba facit.

Digitized by Google

Constitutionum, & Glossarum habes in Cod. X. Plutei I. partis sinistrae Biblioth. S. Crucis Catalogi nostri Tom. IV. pag. 29. §. II. ubi tamen Glossa in fine discrepat, quum in hoc longius progrediatur, quam in illo.

III. pag. 321. Constitutiones novissimae D. Gregorii Papae X. editae in Concilio Lugdunensi, pariter cum Glossa marginali. Textus Constitutionum post breve exordium, quod inc. *Gregorius Episcopus servus servorum Dei &c. Quum super in Concilio generali Lugdunensi &c.* incipit a Capite *de summa Trinitate, & Fide Catholica*, & quidem ita: *Fideli ac devota professione fatemur &c.* Caput ultimum *de sententia Excommunicationis* des. *ab ea non possint, nisi per Sedem Apostolicam absolutionis beneficium obtinere.* Glossa inc. *In nomine Domini amen. Quoniam natura rerum introductum est, ut plura sint negotia, quam vocabula &c.* Des. *incendiarii enim Ecclesiarum ipso iure sunt excommunicati, ut in Cap. tua nos. Alii incendiarii sunt excommunicandi. XXIII. q. ult. pessimam G.* ut in dicto Codice, Tom. cit. pag. 30. §. III. sed sine Glossa.

IV. pag. 328. b. Alia Gregorii Papae X. Constitutio de Electione, & electi Potestate. Inc. *Gregorius X. in generali Concilio. Vbi periculum magis intenditur, ibi proculdubio est plenius consulendum.* Des. *sed observantiam, prout circumstantiae pensandae suaserint, ieiuniorum indicant.*

V. pag. 330. b. Nicolai Papae III. Constitutio item de Electione, cum uberrima Glossa marginali, & aliis scholiis interlinearibus. Inc. *Nicolaus Episcopus servus servorum Dei &c. Cupientes Ecclesiarum vacationibus periculosis occurrere, ac malignantium subterfugiis obviare.* Des. *illud observari decernimus, quod iustum fuerit, seu aequitas Canonum iudicabit. Nulli ergo &c.* Glossa marginalis inc. *In nomine Domini amen. Licet ad occurrendum Ecclesiarum vacationibus essent multa remedia per Canones adinventa &c.* Des. *aequitas Canonum. Hanc aequitatem colliges per iura allegata in glossa proxima, grasias* (sic). Tum subditur: *Explicit Apparatus Cupientes.* In primo folio exactissimus index occurrit Titulorum, qui in Libris Decretalium pertractantur, recentiore manu conscriptus, & in ultimo versiculi quidam, septem Horarum Canonicarum mysticam significationem exprimentes.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum titulis Librorum, Capitum, & Constitutionum rubricatis, & picturis ad singulos Decretalium Libros, materiam, qua de agitur in ipsis, aliquo modo praesignantibus, in cuius calce legitur nomen *Caruli de Federigis*, forte possessoris Codicis; alterius quoque possessoris nomen paullo inferius erat adpositum, sed erasum fuit. Constat fol. scriptis 337.

DECRETVM GRATIANI CVM EXPOSIT. BARPTOLEM. BRIXIENSIS.

Cod. CXX.

DEcretum Gratiani cum Expositione Barptolemaei Brixiensis, & aliorum, praevio brevi Expositoris Prologo, cuius initium est: *Quoniam novis supervenientibus causis, novis est remediis succurrendum.* Finis: *& ad utilitatem omnium studentium in Iure Canonico. Bart.* Decretum inc. *Humanum genus &c.* Des. *nisi quod viderit patrem facientem.* Expositio inc. *Humanum genus. Tractaturus Gratianus de Iure Canonico, primo incipit a simplicioribus &c.* Des. *item & magistro discipulus. XXIV. Quaest. I. quum beatissimus.* Concordat tam Decretum, quam Expositio cum edit. Venet. an. MCCCCLXXXIII. in 4. Alia duo Exemplaria huiusce Operis occurrunt in Codicibus XCVI. & XCVII. Biblioth. Aedilium &c. Tomo I. huius Supplem. pag. 128. & 129.

In primo Codicis folio, quod pro eiusdem custodia appositum est, legitur idem liberalitatis Cosmianae monumentum, ut in Codice V.

Cod. membranac. MS. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum titulis Caussarum, & Quaestionum rubricatis, in quo singulis Caussis praeter initiales litteras auratas, & coloratas, praemissae erant etiam picturae, tabellis quadratis inclusae, rem, qua de in iis agitur, fortasse innuentes, quae omnes nefario ausu fuerunt rescissae, prima excepta, quae exhibet Salvatorem sedentem, manu dextera elevata benedicentem, & sinistra apertum librum gestantem, adstantibus hinc inde duorum Sanctorum figuris. Hoc Codicis fatum commiserans quidam ex recentioribus Abbatiae Monachis, quem ego de visu novi, licet esset litterarum expers, ita tamen in eius calce dolorem suum expressit: *D. Luigi Franchini ha fatto i numeri a questo Libro, che il vederlo fa piangere.* Constat foliis script. 345.

BONIFACII VIII. SEXTVS DECRETALIVM CVM APPARATV IOANNIS ANDREAE &c.

Cod. CXXI.

I. pag. 1. COdex est initio mutilus ob avulsam primam paginam, quae aliqua fortasse pictura exornabatur. Prima autem Textus verba sunt .... *mandavimus, & sub debitis titulis collocari &c.* Apparatus vero ista ..... *vide in IX. cuius etiam tantum duae sunt partes aliquotae, scilicet tria & unum; sed tria & unum faciunt IV. &c.* quae pertinent ad Prooemium. Finis Textus ita habet: *qui legis, verba complectens, contra legis vertitur voluntatem. Data Romae apud S. Petrum v. Nonas Martii, Pontificatus nostri anno quarto.* Apparatus des. *nam, si Deus dederit,*

Digitized by Google

maiores, & summe eis utiles in posterum labores meos offeram, iam licet noviter inchoatos. Ioannes Andreae Doctor. Tum subiicitur: *Explicit Apparatus VI. Libri Decretalium per Dominum Ioannem Andreae noviter compilatus. Deo gratias. Amen Finis XXXVII. Pet. & ultra.*

II. pag. 98. b. Apparatus Domini Ioannis Andreae super Arbore Consanguinitatis. Inc. *Circa lecturam Arboris, diversis olim diversum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus, post illos lecturae ipsius Arboris novum modum adsumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum aperire fuit nixus.* Des. *quid igitur impediet hos collaterales contrahere, non video.*

III. pag. 100. Eiusdem super Arbore Affinitatis. Inc. *Ad Arborem Affinitatis, & eius materiam transeamus; & primo dicendum est, quid sit affinitas, unde dicatur &c.* Des. *sed si alium habebo patrem, alium socerum, numerosius se charitas protendet, in qua universi fideles, & praecipue studentes continuo perseverent, per gratiam eius, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.* Tum subiungitur: *Explicit Apparatus super Arbore Affinitatis, secundum Dominum Ioannem Andreae.*

IV. pag. ead. b. Summula edita a Domino Ioanne Andreae super quarto Libro Decretalium. Inc. *Christi nomen invocans, ad honorem ipsius, & Reverendissimi Patris mei Domini Bon. Archidiaconi, qui divinam potentiam imitatus, de me nihilo fecit aliquid &c.* Des. *sufficiunt enim ad secundam partem Rubricae, unde quid dicunt vide per te. Explicit Summa Ioannis Andreae Doctoris Decretorum.* Non memorat hanc Summulam Caveus in Histor. Litterar. Scriptor. Eccles. edit. Basil. an. MDCCXLV. fol. Tom. II. pag. 3. ubi catalogum eius Operum exhibet.

V. pag. 101. Apparatus Domini Dini (de Rosonis) in Titulum *de Regulis Iuris* in sexto. Inc. *Praemissis casibus singularibus, & eorum determinatione in praecedentibus singulariter intellecta, quia non est novum, ut quod sparsim propositum ad regulam reducatur &c.* Des. *quum effectus verborum semper trahantur ad limitationem rationis, & non e contra ff. &c.* Hoc mirabile Commentum vocat Io. Bapt. de Gazalupis pag. 503. Fallitur autem Iulius Nigrius pag. 147. Histor. Flor. Script. ubi ait, Dinum sex Libros pluries editos scripsisse super Titulum *de Regulis Iuris*, illum nempe Titulum animo cogitans, qui Libro ultimo Digestorum habetur. Hunc autem in editione Lugdunensi praefert titulum: *Dini Mucellani I. V. Doct. celeberrimi Commentarius in Regulas Iuris Pontificii, cum solitis additionib. D. Nicolai Boërii, Regii Consiliarii, & Praesidis in Senatu Burdegalensi. Omnia novissime recognita, & ab infinitis prope mendis, quibus undique scatebant, repurgata, & in plurimis, non solum vocibus, sed etiam orationibus, quae passim deficiebant in textu truncato, mutilo, & inintelligibili, redintegrata, suaeque claritati & perfectioni restituta, multis veteribus exemplarib. collatis, & excussis, studio, & industria Caroli Molinaei Iurisconsulti, & in supremo Parisiorum Senatu Advocati, in communem studiosorum Iuris utilitatem. Lugduni sub scuto Coloniensi* MDXLV. 8.

In primis tribus Codicis foliis quaedam occurrunt notabilia, nimirum in primo monumentum Cosmianae munificentiae, ut in Cod. IX.

In secundo folio, parte anteriori, index Rubricarum Libri sexti Decretalium manu recentiori descriptus est, & in parte posteriori elenchus Cardinalium, qui vivebant tempore Innocentii VI. Summi Pontificis, quem uti iacet in Codice, ita proferimus:

Infrascripti sunt Cardinales Avin. tempore Domini Innocentii Papae VI. MCCCLXII. *post mortalit.* Additum deinde fuit ab alia manu: *Mortuus est Innocentius Papa VI. eodem anno, die* XII. *Septembris. Eodem anno in festo omnium Sanctorum creatus est Papa Vrbanus quintus.*

Episcopi Cardinales.

Petragoricensis, Dominus Thailarandus, Albanensis. Additum ab alia manu, MCCCLXIV. *mortuus est.*

Bononiensis, Dominus Guido, Portuensis.

Hispanus, Dominus Aegidius, Sabinensis.

Tolosanus, Dominus Raymundus, Praenestinus.

Vrgellensis, Dominus Nicolaus, Tusculanus.

Magalonensis, Dominus Andruinus, Ostiensis & Velletrensis. Ab alia manu, MCCCLXIV. *mortuus est.*

Presbyteri Cardinales.

Tutellensis, Dominus Hugo, tit. S. Laurentii in Damaso. Ab alia manu, 1364. *mortuus est.*

Pampilionensis, Dominus Petrus, tit. sanctae Anastasiae, & Vicecancellarius.

Vticensis, Dominus Elias, tit. S. Stephani in Caeliomonte.

Caesaraugustanus, Dominus Guillelmus, tit. sanctae Mariae in Transtyberim.

Aquensis, Dominus Petrus, tit. sanctorum Quatuor Coronatorum.

Nemausensis, Dominus Ioannes, tit. sancti Marci.

Morinensis, Dominus Aegidius, tit. sancti Martini in Montibus.

Cluniacensis, Dominus Androinus, tit. (est in lacuna.)

Diaconi Cardinales.

Vabrensis, Dominus Guillelmus, sancti Georgii ad Vellum aureum, summus Poenitentiarius.

Guillelmus, Dominus Guillelmus, sanctae Mariae in Cosmedin.

Lemovicensis, Dominus Nicolaus, sanctae Mariae in Vialata.

Bellifortis, Dominus Petrus, sanctae Mariae Novae.

Ray-

Digitized by Google

Raynaldus, Dominus Raynaldus, sancti Adriani.
Sancti Martialis, Dominus Hugo, sanctae Mariae in Porticu.
Carcassonensis, Dominus Stephanus, sanctae Mariae in Aquiro.

Camerarius Domini Papae.

Dominus Arnaldus Archiepiscopus Auxitanus.

Thesaurarius.

Dominus G. Abbas Salmodiensis (expunctis verbis *Abbas Salmodiensis*, additum fuit supra *Episcopus Neumasensis*.

In tertio tandem folio legitur antiqua manu conscriptum Anonymi Consilium legale circa Testamentum conditum a quodam Ioanne Fraiapane &c.

Codex membranaceus MS. in fol. max. saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus Capitum depictis, in cuius calce legitur nomen *Baptista Bocciante*. Constat foliis scriptis 114.

BERNARDI CASVS SVPER DECRET.

Cod. CXXII. COdex est anepigraphus, sed continet Bernardi de Montemirato, Presbyteri Compostellani, Casus supra quinque Libros Decretalium. Prooemium inc. *Rex pacificus. Praemissa salutatione, sic pone animum in ista Constitutione. Rex pacificus, idest, Dominus noster Iesus Christus, pia sua miseratione, ab initio Mundi disposuit, seu praevidit, subditos suos fore pudicos, pacificos, & modestos.* Des. *ne aliquis praesumat aliam facere compilationem, sine licentia Sedis Apostolicae speciali.* Cap. I. Libri I. *de summa Trinitate, & Fide Catholica*, inc. *Firmiter credimus &c. Nota quod post symbolum Apostolorum, quod dicitur Credo in Deum, quatuor Concilia prodita fuerunt olim a sanctis Patribus de summa Trinitate, & Fide Catholica contra quosdam haereticos &c.* Caput ultimum Lib. V. *de Verborum significatione* des. *reservato iure communi, seu quolibet alio Ecclesiis Parochialibus, ut Episcopo Dioecesano, tamen per declarationem huius, nolumus aliis defensionibus, seu iuribus partim derogari. Expliciunt Casus Decr. No.*

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIII. binis columnis exaratus, optimeque servatus, cum titulis Capitum rubricatis. Constat fol. scriptis 88.

GVIDO DE BAYSIO IN SEXTVM DECRETALIVM.

Cod. CXXIII. I. pag. 1. APparatus sexti Libri Decretalium editus per Dominum Guidonem Archidiaconum Bononiensem, Domini Papae Capellanum, nunc ipsius litterarum contradictorialium Auditorem (1). Praecedit Glossatoris Epistola nuncupatoria ad Rectores Vniversitatis Scholarium Bononiensium, ut in Cod. LXXX. Biblioth. Aedilium maioris Eccles. Flor. Tomo I. huius Suppplem. pag. 98. §. I. Apparatus incipit ab Epistola Bonifacii VIII. nimirum: *Bonifacius. De Bonifacio habetur LXXIX. Dist. §. sed quaeritur &c.* Des. in Capite ultimo Libri V. & quidem sic: *& si tales Clerici infirmantur, adhuc non carent privilegii vigore, quum tunc servire intelligantur, secundum id quod legitur & notatur supra de Clerico aegrotante, quum percussio, in fine.* Exstat in dicto Codice, sed in fine mutilus.

II. pag. 127. Sequuntur Bullae tres Ioannis Papae (XXII.) ab alia manu recentiore exaratae (2), nimirum:

Prima, cuius argumentum est: *Beneficia dicantur vacare ad annalia percipienda*, inc. *Ioannes &c. Quum nonnullae Ecclesiasticae personae in Cathedralibus Ecclesiis Canonicatus, Praebendas, Dignitates &c.* Des. *declaramus eadem in deputatione praedicta aliquatenus non includi. Nulli ergo &c. Siquis autem &c.*

Secunda pag. ead. inscripta: *Suspensio sententiarum latarum contra glosantes. Decr. Exiit qui seminat, & de eadem disputantes*, inc. *Ioannes &c. Quia nonnumquam quod coniectura profuturum credidit, subsequens experientia nocivum ostendit.* Des. *suspensionem praedictam suo quasi sonoro praeconio & patulo iudicio publicabunt. Datum Avinione VII. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno VI.*

Tertia pag. ead. b. cui titulus: *Probatur multipliciter, quod in rebus, quae usu consumuntur, usus non potest a proprietate separari, & quod in iis, quae Fratribus Minoribus offeruntur, Romana Ecclesia nihil habet, exceptis Ecclesiis, & Oratoriis &c. & revocantur Procuratores, qui nomine Romanae Ecclesiae pro rebus Fratrum agebant*, inc. *Ioannes &c. Ad conditorem Canonum non est dubium pertinere, quum Statuta a se, vel praedecessoribus suis edita, obesse percipit potius, quam prodesse, ne ulterius obesse valeant, providere.* Des. *praeiudicium aliquod generare. Nulli ergo &c. Siquis autem &c. Datum Avinione VI. Idus Decembris, Pontificatus nostri* (sic) *anno Domini* MCCCXXII.

In primo Codicis folio habetur index Titulorum Libri VI. Decretalium, & in aversa eiusdem folii parte dictum quoddam ex Isidoro in Libro de ortu, vita, vel obitu sanctorum Patrum, necnon versiculi de plagis Aegypti, & de Herode, parvi quidem momenti.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis diligenter exaratus, cum litteris Librorum initialibus aureis, & coloratis, optimeque servatus. Constat foliis scriptis 128.

AN-

(1) Hunc titulum ex calce Operis desumpsimus, quum desit in principio.

(2) Desiderantur in nupera Bullarii editione, Romae typis Hier. Mainardi MDCCXLI. Tom. III. Part. II.

Digitized by Google

ANTONII DE BVTRIO COMMENT. IN LIB. I. DECRETALIVM.

Cod. CXXIV. COdex nullum praefert titulum, sed ex vetusto huius Bibliothecae indiculo eruitur continere Antonii de Butrio Commentarium in Librum primum Decretalium Gregorii Papae IX. eumque non integrum, sed primam tantummodo partem. Inc. *Gregorius. Hoc Prooemium duobus modis principaliter dividitur in quatuor partes principales, quia in prima ponitur salutatio; in secunda ibi Rex pacificus exordium; in tertia ibi sane narratio; in quarta ibi conclusio &c.* Desinit in Cap. *Presbyter*, quod est tertium Tituli XVI. Libri I. Tum subiungitur: *Sequitur rubrica de filiis Presbyterorum*, ac deinde maiusculis litteris: *Explicit prima Pars istius Operis super primo Libro Decretalium.* Integrum habes hunc Commentarium in Librum I. in Cod LXI. Biblioth. Aedilium &c. Tomo proxime citato pag. 83.

Codex chartaceus MS. in fol. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exaratus, cum initiali Operis littera aurata, & colorata. Constat fol. scriptis 287.

PETRI PISCIENSIS LECTVRA SVPER DECRETVM VOLVMEN I.

Cod. CXXV. PEtri Pisciensis (1) Lectura in Decretum Gratiani, in duas partes divisa, cum Praefatione, quae inc. *Ad decorem sponsae, idest Ecclesiae, post legem Naturalem sequuta est Moysaica, inde Prophetica, postea Evangelica, exinde Apostolica, demum, ut gloria sponsae plenius refulgeret, subsequuta est lex Canonica.* Des. *his bene intellectis, facile erit aptare sequentia exempla iuris Naturalis, scilicet, quae ad quas eius acceptiones pertineant, & referantur.* Prima Pars Lecturae inc. *Humanum genus. Tractaturus Magister Gratianus de iure Canonico, incipit ab altiori, scilicet a iure Naturali, quod antiquius est tempore, & excellentius dignitate &c.* Des. *hactenus transitus est, quo dictis dicenda continuantur.* Pars secunda pag. 193. inc. *Quidam habens filium. Hic incipit secunda Pars, quae nomine Caussarum intitulatur, & XXXVI. Caussis consummatur; ut enim a principio huius Operis diximus, Magister Gratianus Opus suum in tres Partes distinguit, scilicet in Distinctiones, in Caussas, in Tractatum de Consecratione.* Desinit in Quaestione *Facultates*, quae est II. Caussae XIII. & in verbis: *Potest etiam dici, quod Principes primo statuerunt tibi tricennalem praescriptionem in rebus Ecclesiasticis. Sed* .....in quibus absolvitur Volumen hoc primum; a verbis autem *postea illud correxerunt, & statuerunt quadragenariam praescriptionem &c.* exorditur Volumen secundum, de quo infra.

In folio vacuo, quod intercedit inter primam, & secundam Partem huius Lecturae, recentior manus descripsit quaedam pariter ad ius Canonicum pertinentia; cuiusmodi etiam alia occurrunt in ultimo Codicis folio manus antiquae, quod ex alio Codice recisum, pro huius custodia compactum fuit.

In primo item folio, quod Codicis custodiae inservit, exscriptum est idem de Cosmi Medices liberalitate testimonium, ut in Codice IX.

Cod. membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exaratus. Constat fol. scriptis 389.

EIVSDEM PETRI LECTVRA SVPER DECRETVM VOLVMEN II.

I. p. 1. *Cod. CXXVI.* INcipit a verbis: *postea illud correxerunt, & statuerunt quadragenariam praescriptionem in rebus Ecclesiasticis &c.* Des. *Caput vero Meldensis Concilii exponunt male, sicut continetur in praemisso Capite, scilicet, ut raptor, & rapta, non inter se, sed cum aliis copulentur. Sed ubi veritas aperte ingeritur, ibi falsitas non subornatur.*

II. pag. 278. Tractatus de Ecclesiarum Consecratione. Inc. *Tertia, & ultima Pars istius Operis, in qua de Ecclesiasticis annectitur Sacramentis, ubi primo de Ecclesiarum Consecratione tractatur, ideo haec Pars a sui principio de Consecratione praetitulatur &c.* Des. *sed haec auctoritas sic intelligitur: aliud est procedere &c. idest, ab alio dicitur procedere a Patre, quam quum dicitur procedere a Filio; & ab alio dicitur procedere, quum dicitur procedere a Filio, quam quum dicitur procedere a Patre.* Tum subiungitur versiculus:

Scribere qui nescit, nullum putat esse laborem.
Explicit Titulus de Consecratione. Sit laus & gloria Christo.

In principio Voluminis adest idem Cosmianae liberalitatis testimonium, quod retulimus supra in Codice V.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis ab eadem manu, qua superior, exaratus. Constat foliis scriptis 369.

GOFFREDI DE TRANO SVMMA SVPER DECRETALES.

Cod. CXXVII. SVmma super Titulis Decretalium compilata a Magistro Goffredo de Trano, Domini Papae Subdiacono, & Capellano, cum Prooemio, quod inc. *Glossarum diversitas intelligentiam textus nonumquam obtenebrat.* Des. *& qualis ego sum in scriptis aliorum, tales alios esse volo intellectores meorum.* Summa in Titulum primum *de summa Trinitate, & Fide Catholica*, inc. *Post Prooemium, in quo breviter edocemur, quare haec nova compilatio facta sit, veteri dissoluta &c.* In Titulum ultimum *de Regulis*

(1) Nihil de eo habes apud Panzirolium de Cl. Legum Interpr. neque apud Fabricium in Bibl. med. & inf. lat.

Digitized by Google

gulis Iuris, des. *si vero fortasse legeris, quod in Apparatu meo memineris te vidisse, considera, quod non omnes, qui Summam habituri sunt, habeant Apparatum, & propterea malui repeti, quam deesse. Amen.* Tum versiculus:

Gloria sit Christo, de cuius munere sisto.

Aliud Exemplar huius Summae exstat in Codice LXXX. Biblioth. Aedilium Ecclesiae Florent. Tomo supra cit. pag. 98. §. II. ubi nonnulla desunt in fine.

In calce Codicis habentur descripti varii circuli ad inveniendum circulum Solarem, Clavem, Indictionem, Epactam, Litteram Dominicalem, & Aureum Numerum, adscriptis annis MCCCLIII. & MCCCLVI.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis diligenter exaratus, cum titulis Capitum rubricatis, & initialibus litteris Librorum, non ineleganter pictis, & coloratis; in prima autem littera Prooemii, videre est depictam auctoris effigiem. Constat fol. scriptis 137.

PETRVS LOMBARDVS.

Cod. CXXVIII. PEtri Lombardi Sententiarum Libri IV. quorum primus inc. *Cupientes aliquid de penuria, ac tenuitate nostra cum pauperecula in gazophylacium Domini mittere &c.* Liber IV. des. *qui a facie exorsus sedentis, per media ad pedes usque, via duce, pervenit.* Tum subiicitur in rubrica: *Explicit Liber quartus Sententiarum. Deo gratias.*

In principio Codicis solitum Cosmianae liberalitatis testimonium visitur, ut in Codice IX. In ultimo vero folio a recentiore manu adscripti sunt versiculi sequentes:

Quinque modis peccat, uxore maritus abutens,
Tempore, mente, loco, conditione, modo.
Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis,
Haec socianda vetant connubia, facta resolvunt.
Ecclesiae vetitum, necnon tempus feriarum
Impediunt fieri, nequeunt sed facta moveri.

Codex membranaceus MS. in folio Saec. XIV. exeuntis, binis columnis, grandiori & perspicuo charactere exaratus, cum titulis Librorum, & Capitum rubricatis, & initialibus Librorum pictis & coloratis, abscissa tamen pagina illa, quae exhibebat initium Libri secundi, utpote quae fortasse ornata erat initiali eiusdem Libri littera, ad instar reliquarum depicta. Constat fol. script. 214.

ALEX. DE HALES SVMMAE THEOLOGICAE VOL. I.

Cod. CXXIX. ALexandri de Hales de Ordine Minorum sancti Francisci, in Monasterio Comitatus Claudiocestrensis in Anglia (*Glocester*), Magistri S. Bonaventurae, & Ioannis Scoti, defuncti Parisiis an. MCCXLV. Summae Theologicae, seu Sententiarum Libri IV. in totidem Volumina distributi, quorum hoc est primum, & inc. *Quoniam, sicut dicit Boëthius in Libro de Trinitate, optime dictum videtur &c.* Des. *sic ergo ad laudem, & gloriam Salvatoris, terminata est inquisitio de his, quae pertinent ad inquisitionem sacratissimae Divinitatis, idest divinae Vnitatis, & Trinitatis, cui honor &c.* Concordat quoad initium & finem cum Codice II. Plutei XXIV. partis dextrae Biblioth. S. Crucis, Catalogi nostri Tom. IV. pag. 676.

Hoc autem Opus absolutum fuit a Guilelmo de Melitona, & aliis sodalibus, post Alexandri mortem, anno MCCLII. Prodiit Basileae an. MDII. & alibi pluries. Vid. Fabric. Bibl. med. & inf. Lat. Tom. I. pag. 64.

Codex membranaceus MS. in folio maiori, Saec. XV. binis columnis diligenter exaratus, cum uberrimo indice Quaestionum, & Capitum, quae in hoc primo Libro disseruntur, primis tribus foliis comprehenso, & cum initiali Operis littera aurata, variisque coloribus exornata, auctoris effigiem repraesentante, & cum stemmate Mediceo in calce primae paginae. Constat foliis scriptis 172.

EIVSDEM SVMMAE VOL. II.

Cod. CXXX. SVmmae secunda Pars Alexandri de Hales, Ordinis Fratrum Minorum. Inc. *Completis Tractatibus de iis, quae pertinent ad speculationem Dei.* Des. *sed ne caeremonialia, tamquam idololatriam gentium, damnare crederetur.* Aliud Exemplar simile habetur in Codice IV. dicti Plutei, loco citato pag. 679.

Codex membranaceus MS. in folio maiori, Saec. XV. ab eadem, qua superior, manu exaratus, item cum auctoris effigie in prima Operis littera ad vivum expressa, & stemmate Mediceo in prima pagina, cuius margo totus eleganti pictura est exornatus; nec deest exactissimus index titulorum, quos praeferunt singulae Quaestiones, & Capita, quibus constat secundus hic Liber, sex prioribus foliis comprehensus. Adest etiam testimonium Cosmianae munificentiae, ut in Codice V. Constat foliis scriptis 314.

EIVSDEM SVMMAE VOL. III.

Cod. CXXXI. COdex est anepigraphus, sed continet eiusdem Alexandri de Hales Summae Theologicae Librum III. qui inc. *Tota Christianae fidei disciplina pertinet ad duo, ad fidem & intelligentiam Conditoris, & fidem atque intelligentiam Salvatoris.* Des. *& est effectus in altero accidentalis, ut in Medico,*

Digitized by Google

dico, quum sanat, & in Praedicatore, quum aedificat. Tum subiicitur: *Explicit Liber tertius Alexandri.* Aliud Exemplar, quod occurrit in Codice V. citati Plutei Tom. praedicto pag. 679. desinit diverse, fortasse quia imperfectum est.

Codex membranaceus MS. in folio, Saec. XV. binis columnis exaratus, & in prima pagina aeque, ac superiores exornatus, ac stemmate Mediceo decoratus, cum indice titulorum in primis quatuor foliis accurate descripto. Constat foliis scriptis 308.

EIVSDEM SVMMAE VOL. IV.

Cod. CXXXII. EGregii viri, nec non scientifici Doctoris Alexandri de Hales Pars IV. Inc. *Dictum est supra de Redemptore, qui est per gratiam Reparator; nunc dicendum est de Reparatione.* Desinit in secunda Petitione, & in verbis: *Si autem diceretur, quod petitur adventus regni, idest, quod unde veniat ad aliud contr. super illud Matthaei VI.* Videtur Opus imperfectum.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis accurate exaratus, cum stemmate Mediceo in prima pagina, undequaque in margine exornata, quam praecedit index titulorum, item imperfectus, ac testimonio Cosmianae liberalitatis, ut in Codice VIII. Constat foliis scriptis 146.

ALEXANDRI DE ALEXANDRIA SCRIPTVM SVPER LIB. I. SENTENTIARVM.

Cod. CXXXIII. COdex est anepigraphus, sed continet Alexandri de Alexandria, Ord. Minor. Generalis an. MCCCXIII. & MCCCXIV. Romae mortui, Scriptum super Librum I. Sententiarum. Praemittitur Commentatoris Prologus, cuius initium: *Nobili & Reverendo Domino, Domino Francisco Caraculo, Canonico Parisiensi, Frater Alexander de Alexandria, de Ordine Minorum, cum humili recommendatione seipsum. Scriptum super primum Sententiarum dudum a me inceptum, & a multis incomplete, & particulatim habitum, nunc autem usque ad finem completum, vestrae Dominationi transmitto, in quo sic rationi innitor, quod a limitationibus fidei non recedo; quia etsi in aliis facultatibus ratio praeveniat fidem, in facultate tamen Theologiae fides praevenit rationem.* Tum a capite ita prosequitur: *In veste ponderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta. Secundum sententiam beati Augustini de Doctrina Christiana Lib. II. Cap. ult. per vestem in Scriptura aliquando intelligitur scientia &c.* Finis: *ad hunc finem, quem Ecclesia sic munita consequitur, nos perducat.* Scriptum super Prologum Libri I. Sententiarum, inc. *Cupientes aliquid. Totalis iste Liber Sententiarum dividitur in duas Partes, in Prologum, & Tractatum. Secunda incipit: Veteris ac novae legis. In Prologo Magister intendit dare caussas, quae moverunt ipsum ad scribendum hunc Librum, & quae debent movere discipulum ad ipsum audiendum &c.* Des. *non quod haec scientia habeat rationem speculativam, sed quod principaliter non.* Commentarius in primam Distinctionem inc. *Veteris ac novae legis continentiam &c. Terminato Prologo, incipit Tractatus. Dividitur autem iste Tractatus in tres Partes, quia in prima Magister praemittit unam Distinctionem prooemialem ad totum Tractatum sequentem &c.* In ultimam, quae est XLVIII. des. *Ad primum alterius patet per dicta, quod licet homo non habeat charitatem, tenetur tamen non obviare charitati, & facere quantum in se, ut eam habeat. Ad secundum patet per dicta in Quaestione.* Tum subiicitur elenchus Quaestionum, quae in singulis Distinctionibus pertractantur, qui clauditur versiculo:

Finito Libro referamus gratias Christo. Amen. De eo vide Waddingum in Annalibus Minor. Romae typis Rochi Bernabò MDCCXXXIII. Tom. VI. pag. 223. §. VII.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum pictura marginali in prima pagina. Constat foliis scriptis 153.

NICOLAI DE LYRA POSTILLA SVPER PENTATEVCHVM.

I. pag. 1. *Cod.* CXXXIV. POstilla Reverendi Doctoris Fratris Nicolai de Lyra, Ordinis Fratrum Minorum, super Bibliam, cum duobus Prologis, quorum primus de commendatione sacrae Scripturae, inc. *Haec omnia Liber vitae. Ecclesiast. XXIV. Secundum quod dicit beatus Gregorius Homilia XXXV. Evangeliorum, temporalis vita aeternae vitae comparata, mors est potius dicenda, quam vita.* Des. *quam nobis concedat, qui sine fine vivit, & regnat.* Alter pag. 3. b. de intentione auctoris, & modo procedendi, inc. *Vidi in dextera sedentis super thronum, Librum scriptum intus & foris: Apoc. V. Sicut dictum est in Prologo praecedenti, Liber iste est sacra Scriptura &c.* Des. *cum confidentia divini adiutorii descendamus ad litteram exponendam.* Postilla super Genesim pag. 6. b. inc. *In principio creavit Deus caelum & terram. Omissis divisionibus curiosis, accipio illam, quae magis consueta est.* Des. *ideo verisimile est, quod sperabat resurgere cum Christo resurgente, cui est honor &c.* Exstat in eius Operum edit. Venet. anno MDLXXXVIII. fol. a pag. 3. ad pag. 122.

II. pag. 123. Eiusdem Postilla super Exodum, cum Prologo, cuius initium: *Secundum quod dicit Isidorus primo Libro Etymorum, lex est nullo privato commodo, idest valet pro communi utilitate &c.* Finis: *Liber autem*

Digitized by Google

autem iste sic incipit. Postilla inc. *Haec nomina filiorum Israel. In prima parte, ubi agitur de exitu filiorum Israël de Aegypto &c.* Des. *& possunt de facili suppleri, si habeantur in memoria illa, quae de istis superius sunt expressa; figura autem est in pagina sequenti*. Haec tamen figura desideratur. Ibid. a pag. 123. ad pag. 214.

III. pag. 212. Eiusdem Postilla super Leviticum. Inc. *Vocavit autem Moysen. Sicut dictum fuit in principio Exodi, lex divina, quae danda est populo adunato sub cultu unius Dei &c.* Des. *& similiter, quum revertuntur ad caulas. Cetera patent in littera; ultima recapitulat dicens: Haec sunt mandata &c.* Ibid. a pag. 214. usque ad pag. 264. t.

IV. pag. 251. Eiusdem Postilla super Librum Numerorum. Inc. *Loquutusque est Dominus. Ex praedictis in praecedentibus Libris patet, quod, sicut in Libro Genesis agitur de fidelis populi electione &c.* Des. *haec scilicet, quae praedicta sunt, mandata, quantum ad moralia, & caeremonialia, atque iudicia, quantum ad iudicialia*. Ibid. a pag. 266. ad pag. 328.

V. pag. 298. b. Eiusdem Postilla super Librum Deuteronomii. Inc. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis. Sicut dictum fuit in principio Exodi, lex non datur uni personae singulari, sed communitati*. Des. *quia tot, & tanta mirabilia tam longo tempore non sunt facta per alium Prophetam in veteri lege*. Ibid. a pag. 329. ad pag. 377. Sequebatur in Codice nomen possessoris, & scriptoris, quod erasum postea fuit;. ex nonnullis autem litterarum vestigiis, quae adhuc supersunt, ita legimus: *Ista Postilla est ad usum discreti, & circumspecti viri Gianphilippi de Maga.....* (1) *scripta per manus..... completa* XVIII. *die mensis Iunii*.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. cum initialibus singulorum Librorum, antiquo more depictis, & imagine auctoris in principio, & cum figuris Candelabri, Mensae, Arcae Foederis, & Castrorum populi Israëlitici, aliarumque rerum, quarum in Libris sacris mentio fit. Constat foliis scriptis 343.

EIVSDEM POSTILLA IN IOSVE, IVDICES &c.

Cod. CXXXV.

I. pag. 1. POstilla Nicolai de Lyra super Iosue. Inc. *Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuae. Exod. XV. Cap. Secundum Hebraeos a Libro Iosue incipiunt Libri Prophetales, ut patet per Hieronymum &c.* Des. *sed li*, et *non est in Hebraeo, nec in Bibliis correctis*. Exstat Tom. II. a pag. 3. t. usque ad pag. 31.

II. pag. 19. b. Eiusdem Postilla super Librum Iudicum (2). Inc. *Suscitavit Dominus Iudices, qui liberarent eos de vastantium*

(1) Forte *Magalottis*.

manibus. Sicut in Libro Iosue, a quo incipiunt Libri Historiales, agitur de terrae promissionis introitu. Des. *quia non ceperunt eas de voluntate vestra*. Ibid. a pag. 31. usque ad pag. 56.

III. p. 38. b. Eiusdem Postilla super Librum Ruth. Inc. *In diebus unius Iudicis. Hic communiter ponitur tertius casus, scilicet ipsius Ruth, & dividitur in quatuor partes*. Des. *hi comprehensi sub uno nomine, sicut dictum est supra II. Cap.* Ibid. a pag. 56. ad pag. 59. t.

IV. pag. 41. b. Eiusdem Postilla super Libros quatuor Regum. In Librum I. inc. *Per me Reges regnant. Prov. Cap. VIII. Sicut dictum fuit in principio Libri Iudicum, populus Israël post ingressum terrae promissionis, habuit triplicem modum gubernationis*. In Librum IV. des. *attingens a fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia suaviter, cui est honor &c.* Ibid. a pag. 62. usque ad pag. 187. t.

V. pag. 132. b. Eiusdem Postilla super Libros duos Paralipomenon, praevio Prologo, cuius initium: *Colligite fragmenta, ne pereant. Ioan. VI. Secundum sententiam beati Augustini super Ioannem, per fragmenta ista intelliguntur verba Christi*. Finis: *sicut magis videbitur in huius Libri divisione*. Postilla in Librum primum inc. *Adam, Seth. Liber Paralipomenon sic dividitur, quia primo agitur de Regno Israël unico &c.* In Librum secundum des. *quod & factum est, ut plenius habetur Esdrae primo*. Tum subiicitur Postilla in Orationem Regis Manasse, quae inc. *Domine Deus. Ista Oratio Regis Manasse non est in Hebraeo, nec de textu, & ideo non intendo eam exquisite exponere &c.* Ibid. a pag. 187. t. ad p. 240.

VI. pag. 162. b. Eiusdem Postilla super Libros duos Esdrae, cum Prologo, cuius initium: *Erit Sacerdos super solio suo. Zachar. VI. Secundum quod in Libris praecedentibus &c.* Finis: *mortem acerbissimam tolerasse ad gloriam Dei, qui est benedictus &c.* Postilla in Librum primum inc. *In anno primo Cyri &c. Liber iste, a quo incipit regimen Sacerdotum &c.* In Librum secundum des. *& deputatus ad divinas laudes, & obsequia, cui est honor &c.* Ibid. a pag. 240. ad pag. 276.

VII. pag. 174. b. Eiusdem Postilla super Tobiam, cum Prologo, cuius initium: *Haec oportuit facere, & illa non omittere. Matth. XXIII. Postquam, auxiliante Deo, scripsi super Libros Sacrae Scripturae Canonicos &c.* Finis: *per quam pervenitur ad regnum caelorum, quod nobis concedat &c.* Postilla inc. *Tobias ex tribu, & civitate Nephthalim &c. In exponendo Libros, qui non sunt de Canone, intendo tenere temporis ordinem &c.* Des. *& hoc cedit ad honorem Dei, qui dat gratiam & gloriam. Ps.* LXXXIII. *cui est honor &c.* Ibid. a pag. 283. b. ad pag. 292. t.

VIII. pag. 182. b. Eiusdem Postilla su-

(2) In Codice tamen per errorem legitur *Ruth*.

Digitized by Google

per Iudith. Inc. *Arphaxad itaque. Post historias Susannae, Beli, & Draconis, quae contigerunt captivitatis tempore, ut supra dictum est, sequitur historia Iudith &c.* Des. *ad laudem Dei, cuius virtute facta fuit haec victoria, cui est honor &c.* Ibid. a pag. 293. ad pag. 304. t.

IX. pag. 191. Eiusdem Postilla super Librum Esther. Inc. *In diebus Assueri. Postquam descriptus est processus populi de captivitate Babylonica, reducti sub Esdra, & Neemia.* Des. *quae fuerunt praedicto modo excogitata & scripta, & postea editioni vulgatae inserta.* Ibid. a pag. 305. ad pag. 314.

X. pag. 197. Eiusdem Postilla super Librum, qui dicitur *Parabolae Salomonis*, cum Prologo, cuius initium: *Ecce descripsi eam tibi tripliciter. Prov. XXII. Secundum quod dicitur in principio de plantis; tria, ut ait Empedocles, praecipue divinae munificentiae donum, philosophiam scilicet, extollunt.* Finis: *& ideo eorum expositionibus ad praesens intendere non propono.* Postilla inc. *Parabolae Salomonis. Circa primum Librum Salomonis, qui dicitur Parabolae, aliqui dicunt, quod iste Liber ordinate conscriptus fuit a Salomone &c.* Des. *in quantum per eius studium sapientiam consequuntur.* In cit. edit. Tom. III. a pag. 308. t. usque ad pag. 341.

XI. pag. 222. b. Eiusdem Postilla super Ecclesiasten. Inc. *Verba Ecclesiastes. Sicut dictum fuit in principio Proverbiorum, in tribus Libris Salomonis traduntur tria, sapientiam extollentia mirifice.* Des. *laetabitur iustus, quum viderit vindictam, & ad gloriam Dei, cui est honor &c.* Ibid. a pag. 341. t. ad pag. 354. t.

XII. pag. 234. b. Eiusdem Postilla super Cantica. Inc. *Osculetur me &c. Expedito primo Salomonis Libro, in quo traduntur documenta, quae faciunt ad illustrationem mentis.* Des. *quia ibi est suavissima refectio electorum, ad quam nos perducat, qui cum Patre &c.* Ibid. a pag. 355. ad pag. 368.

XIII. pag. 243. b. Eiusdem Postilla super Librum Sapientiae. Inc. *Post Libros Historiales, non Canonicos, magis tamen reputatos &c.* Des. *ut patuit in mari rubro, in deserto, & in certis locis, ad laudem nominis tui, quod est benedictum &c.* Ibid. a pag. 368. ad pag. 386. t.

XIV. pag. 260. Eiusdem Postilla super Ecclesiasticum. Inc. *Omnis sapientia a Domino Deo est. Hic incipit Ecclesiasticus, qui primo fuit scriptus hebraice &c.* Des. *qui attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter, cuius nomen est benedictum &c.* Ibid. a pag. 387. t. ad pag. 439.

XV. pag. 311. Eiusdem Postilla super Libros duos Machabaeorum. In primum inc. *Et factum est. Post historiam Libri Esther, quantum ad historias in sacra Scriptura contentas &c.* In secundum des. *quod fecit per impletionem mysterii Verbi incarnati, cui cum Patre &c.* In cit. edit. Tom. IV. a pag. 428. t. usque ad pag. 479.

Codex membranaceus MS. in folio maiori Saec. XV. binis columnis exaratus, cum initialibus singulorum Librorum aureis, variisque coloribus depictis, & cum titulis rubricatis. Constat foliis script. 339.

EIVSDEM POSTILLA SVPER PSALTERIVM, ET IOB.

I. pag. 1. POstilla super Librum Psalmorum edita a Fratre Nicolao de Lyra, de Ordine Fratrum Minorum, sacrae Theologiae Doctore, cum Prologo, cuius initium: *Propheta magnus surrexit in nobis. Luc. VII. Quamvis Liber Psalmorum apud Hebraeos inter Hagiographa computetur, tamen apud Latinos inter Libros Propheticos reputatur.* Finis: *sicut & primus Psalmus ab Esdra, per modum Prologi compositus, inter Psalmos computatur, ut infra dicetur.* Postilla in Psalmum primum inc. *Beatus vir &c. Quamvis beatus Augustinus dicat, ipsum David fuisse auctorem omnium Psalmorum &c.* In ultimum des. *beati qui habitant in domo tua, Domine, in saecula saeculorum laudabunt te, ad quam laudem nos perducat, qui cum Patre &c.* Tum sequuntur versiculi: *Cod. CXXXVI.*

Huic scribat simile, qui dixerit hoc fore vile.
Si melius fuerit, plus sibi laudis erit.

Franciscus Presbyter de sancto Geminiano complevit. Deo gratias. Tom. III. a pag. 83. t. ad pag. 307.

Hanc Postillam excipiunt aliqua excerpta ex Hieronymo, & Augustino super diversa opinione, atque utilitate Psalmorum; necnon Oratio dicenda in fine Psalterii, quae inc. *Maiestatem tuam suppliciter deprecor, omnipotens & misericors Deus &c.*

II. pag. 163. Eiusdem Postilla super Iob, cum Prologo, cuius initium: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi Matth. XVIII. Quamvis verbum propositum sit verbum servi ad Dominum, tamen potest accipi e converso.* Finis: *& quod haec sit intentio sancti Iob in hoc Libro, magis patebit prosequendo, Domino concedente.* Postilla inc. *Vir erat in terra Hus &c. Sicut dictum est, intentio sancti Iob in hoc Libro est, declarare, quod ex divina providentia aliquando malis bona conceduntur, & iustis adversa inferuntur.* Des. *& bonorum gratiae, quibus perductus est ad futuram gloriam, quo nos perducat in saecula saeculorum, Amen.* Ibid. a pag. 4. ad pag. 83.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum initialibus utriusque Postillae aureis, & coloratis, aliisque ornatibus marginalibus decoratis, in quarum prima auctoris imago depicta est, & in secunda exhibetur Prophetae Iob effigies, cuius corpus undequaque ulceribus deformatum repraesentatur. Constat foliis scriptis 232.

EIVS-

Digitized by Google

EIVSDEM POSTILLA SVPER IV. PROPH. MAIORES, ET XII. MINORES,

Cod. CXXXVII. I. pag. 1. NIcolai de Lyra Postilla in quatuor Prophetas Maiores, Isaiam, Hieremiam, Ezechielem, & Danielem, cum Prologis. Prologus in Isaiam inc. *Ierusalem Evangelistam dabo. Isaiae XII. Secundum quod dicit beatus Hieronymus in Epistola ad Paullinum &c.* Postilla: *Visio Isaiae. Heic accedendum ad formam Tractatus, quae est divisio Libri, qui dividitur in duas Partes.* Postilla in Danielem des. *& per hoc Rex gentilis, & populus ei subiectus, fuit inductus ad laudandum Deum, qui est benedictus in saecula.* In cit. edit. Tom. IV. a pag. 1. ad pag. 331. t. excepto Libro Baruch, qui in nostro Codice desideratur.

II. pag. 236. Eiusdem Postilla super Libros XII. Prophetarum Minorum, cum Prologo, cuius initium: *Duodecim Prophetarum ossa pullulant de loco suo. Ecclesiastici XLIX. Sicut in Libro Psalmorum &c.* Finis: *per apertam visionem, ad quam nos perducat, qui sine fine vivit & regnat.* Postilla super Prophetam Osee, inc. *Verbum Domini. Liber iste in duodecim partes dividitur, secundum duodecim Prophetas, & sunt partes notae &c.* Postilla super Malachiam des. *electi adhaerebunt Deo sempiterna fruitione, quam nobis concedat, qui cum Patre &c.* Ibid. a pag. 332. t. usque ad pag. 427. t. Tum subiungitur: *Finitus & completus Florentiae anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, die vero sabbati, vigesima septima mensis Maii, tempore sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Nicolai Papae V. anno eius primo.* Deinde, spatio interiecto, legitur: *Explicit Postilla venerabilis, & eximii Doctoris Fratris Nicolai de Lyra, de Ordine Minorum, super duodecim Prophetas Sapientiales. Deo gratias.*
Laus non scriptori, sed summo Genitori.
Detur pro pennis, post mortem, vita perennis.

Codex membranaceus MS. in folio maiori, Saec. XV. binis columnis exaratus, cum initialibus singulorum Prophetarum aureis, & coloratis, & eleganti pictura in primae paginae margine interiori. Constat foliis scriptis 294.

EIVSDEM POSTILLA SVPER IV. EVANGELIA.

Cod. CXXXVIII. POstilla Reverendi Doctoris Nicolai de Lyra, Ordinis Fratrum Minorum, super IV. Evangelia, cum Prologis in singula. Prologus in Matthaeum inc. *Quatuor facies uni. Ezech. I. Cap. Quod scribit beatus Gregorius super Ezech. prima parte Homil. III. Quia per faciem unusquisque cognoscitur &c.* Postilla inc. *Liber generationis Christi Iesu. Evangelium secundum Matthaeum dividitur in duas partes.* Postilla in Ioannem des. *propter eorum excellentiam respectu intellectus nostri.. .....(1)... Deo gratias. Amen.* Concordant cum cit. edit. Tom. V. a pag. 1. usque ad pag. 244. In fine tamen, ubi puncta illa apposuimus, desunt quatuor, vel quinque circiter versus editionis citatae.

In primis XVII. foliis descriptae sunt variae Tabulae, quarum primae quatuor exhibent concordantias quatuor Evangelistarum, non absimiles ab iis, quae sub nomine Canonum Eusebianorum occurrunt, sed vario ordine dispositas, praemisso monito ad ipsarum intelligentiam necessario sub titulo: *Canon Tabularum super quatuor Evangelia editarum a Fratre Nicolao de Lyra, per quas faciliter videri potest, si concorditer, vel singulariter aliquid dicant.* Tabula quinta inscribitur *de materiis Evangeliorum.* Tandem Tabula sexta *ad inveniendum Epistolas, & Evangelia totius anni*, exhibet initium & finem singularum Epistolarum, & Evangeliorum, quae leguntur in Missis Dominicarum, & aliorum Festorum mobilium per totius anni circulum. In folio autem primo, quod Codicis custodiae inservit ab alia manu recentiore descriptae sunt duae Christi generationes, secundum Matthaeum, & secundum Lucam; primae initium fit ab Abraham usque ad Christum, alterius, ordine retrogrado, initium sumitur a Christo usque ad Deum; in prima numerantur generationes XLI. in secunda numerantur LXXVII.

Codex membranaceus MS. in folio minori, Saec. XIV. cum figuris symbolicis quatuor Evangelistarum in principio singularum Expositionum. Constat fol. script. 265.

EIVSDEM POSTILLA SVPER EPISTOLAS PAVLLINAS.

Cod. CXXXIX. POstilla Fratris Nicolai de Lyra, de Ordine Fratrum Minorum, sacrae Theologiae venerabilis Doctoris, super Epistolas Paulli Apostoli, cum Prologo, cuius initium: *Ecce descripsi eam tibi tripliciter Prov. 22. quod verbum de sapientiae descriptione dicitur. Sapientia Paulli Apostoli principaliter consistit in cognitione Domini nostri Iesu Christi.* Finis: *Romanis autem scripsit tantum unam Epistolam, quae primo exponetur, sicut est prima respectu aliarum.* Postilla in Epistolam ad Romanos inc. *Paullus vocatus Apostolus. Haec Epistola dividitur in tres partes, scilicet in salutationem, & narrationem &c.* Postilla in Epistolam ad Hebraeos des. *& in fine, quasi pro sigillo confirmationis, ponitur gratia Dei cum omnibus vobis amen, idest confirmetur in praesenti, & in futuro, praestante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor &c.* Tum subiicitur: *Explicit Postilla super Epistolam ad Hebraeos, & super totum Opus, edita a Fra-*

(1) Ita est in nostro Codice.

Digitized by Google

tre Nicolao de Lyra, Ordinis Fratrum Minorum, sacrae Theologiae venerabili Doctore. Finito Libro, reddatur gloria Christo. Amen. In fine autem Postillae super Epistolam secundam ad Corinthios, legitur annus scriptionis, nimirum: *Scripta anno Domini millesimo* CCC. XXIX. *quinta die mensis Iulii.*

Codex membranaceus MS. in 4. maiori, Saec. XIV. binis columnis exaratus. Constat foliis scriptis 187.

VINCENTII BELLOVACENSIS SPECVLVM MORALE PARS I.

Cod. CXL. VIncentii Bellovacensis, ita dicti a Coenobio Dominicanorum, in quo Bellovaci florebat, inter primos Ordini Praedicatorum adscripti, de quo vid. Quetifum de Scriptor. Ord. Praed. Tom. I. pag. 212. seq. Speculum Morale in Libros tres distributum, quorum primus in hoc continetur Volumine. Dividitur autem hic Liber in Partes IV. In principio Voluminis occurrit summarium eorum, quae in singulis praedictis Libris pertractantur, cuius initium est: *In nomine summae & individuae Trinitatis Liber iste, qui Speculum Morale dicitur, tribus Libris partialibus integratur, quia nempe tota moralis natura, virtutes & vitia, poenam & gloriam comprehendit &c.* Tum subiunguntur tituli Distinctionum, in quas dividuntur Partes quatuor, quae Libri primi materiam complectuntur. His adnectitur *Tabula omnium vocabulorum in toto Volumine contentorum, secundum alphabeti seriem ordinata.* Liber inc. *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in aeternum non peccabis. Ecclesiastici VII. Humanum genus tria incommoda propter peccatum primi hominis incurrisse, non tam legimus in Scripturis, quam sensibiliter experimur in nobis.* Des. *tertio requiritur, ut charitative emendare peccata satagat, & hoc est quod dicitur, iudicans sine simulatione, ne scilicet correctionem praecedens odium intendat. Explicit, Deo gratias.* Tum sequitur tabula Distinctionum, quae pertractantur in Libro secundo, qui est de consideratione Novissimorum, & continetur in Codice sequenti. Hoc Opus, teste Fabricio Biblioth. med. & inf. Latin. Tom. VI. pag. 299. non est Vincentii, sed foetus Saec. XIV. ex Operibus S. Thomae, Petri de Tarantasia, Richardi de Mediavilla, & Stephani de Borbone congestus, quod citatus Quetifus per singulas Libri partes ostendit pag. 218. 231. Concordat autem Codex noster cum impresso Nurembergae per Antonium Kobergers anno MCCCCLXXVI. in fol. magno, in quo tres totius Operis Libri unico volumine comprehenduntur. Haec autem editio, quae exstat in Bibliotheca Servorum S. Mariae Florentiae, caret titulo ob primum avulsum folium, & incipit a secundo folio sic: *Sequitur tabula brevis alphabetica, demonstrans, quoto Libro, quota Parte, quotaque Distinctione, quaeque in hoc Volumine principaliter tractata inveniri debeant.* Explicit huius Speculi Moralis Liber primus; *ne scilicet correctionem praecedens odium intendat explere. Vincentii Beluacensis Speculi Moralis Liber primus finit feliciter.*

Codex membranaceus MS. in folio minori, Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exaratus, cum initiali Codicis littera depicta, & colorata. Constat foliis scriptis 173.

EIVSDEM SPECVLVM MORALE PARS ALTERA.

I. pag. 1. *Cod. CXLI.* HIc Codex, qui est anepigraphus, continet Vincentii Bellovacensis Librum secundum, & tertium Operis, cui titulus *Speculum Morale*. Liber secundus, qui de consideratione Novissimorum inscribitur, & in quatuor item Partes, ut superior, dividitur, iuxta numerum quatuor Novissimorum, post tabulam Distinctionum, quibus constat unaquaeque Pars, inc. *Terminato per Dei gratiam primo Voluminis huius Libro, in quo ostendit sapiens excludendam esse negligentiam, ac per hoc assumendam esse diligentiam agendorum &c.* Liber tertius, qui est de Peccatis, & de remediis Peccatorum, & continet decem Partes, quarum unaquaeque in suas dividitur Distinctiones, praevio indice titulorum, des. *ad quam incomprehensibilem, ineffabilem, & aeternam iubilationis laetitiam nos perducat Deus trinus, & unus, gloriosus, & sublimis, qui vivit &c.*

II. pag. 248. Anonymi Contemplationes duodecim de remuneratione Beatorum. Inc. *Quia contemplatio caelestium gaudiorum, & aeterna retributio beatorum delectabilis est intellectui ad considerandum, & spiritali gustui ad praelibandum, & multipliciter fructuosa, tam ad mundi prospera contemnenda, quam ad adversa omnia sustinenda &c.* Des. *similiter de regno illo, & eius conditionibus diffusius est tractatum. Ad gloriam huius regni per sui misericordiam nos perducat, cuius regnum, & imperium sine fine permanet in saecula saeculorum. Amen.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum initialibus litteris Librorum pictis ac coloratis. Constat foliis scriptis 265.

EIVSDEM SPECVLVM HISTORIALE.

Cod. CXLII. VIncentii Bellovacensis Operis paene immensi, cui titulus *Speculum Historiale*, Libri priores VIII. in varia Capita distributi. Caput primum Libri primi inscriptum *De caussa suscepti Operis, & eius materia*, inc. *Quoniam multitudo Librorum, & temporis brevitas, memoriae quoque labilitas, non patiuntur cuncta, quae scripta sunt, pariter animo comprehendi, mihi omnium Fratrum*

Digitized by Google

trum minimo, plurimorum Libros assidue ex longo tempore revolventi, ac studiose legenti, visum est tandem, accedente etiam maiorum meorum consilio, quosdam flores pro modulo ingenii mei electos, ex omnibus fere, quos legere potui, sive modernorum, idest Catholicorum Doctorum, sive gentilium, scilicet Philosophorum & Poëtarum, & ex utrisque in unum corpus voluminis, quodam compendio & ordine summatim redigere. Caput ultimum Libri octavi, cui titulus *de nece eiusdem Imperatoris* (scilicet *Caii Caesaris*), des. *eodem tempore Olympiae simulacrum Iovis, quod dissolvi, transferrique Romam iusserat, tantum cachinnum repente edidit, ut machinis labefactis, opifices diffugerint.* Tum subiungitur: *Explicit Liber octavus. Deo gratias. Amen.* Lucem vidit hoc Opus Moguntiae per Io. Fust MCCCCLXXIV. fol. & alibi pluries.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum titulis singulorum Capitum rubricatis, & initialibus Librorum pictis & coloratis, optimeque servatus. Constat foliis scriptis 241.

FR. BARPT. DE S. CONCORDIO SVMMA CASVVM CONSC.

Cod. CXLIII. SVmmula de Casibus Conscientiae, edita, & compilata a Fratre Barptolemaeo de sancto Concordio de Pisis, Ordinis Fratrum Praedicatorum, iuxta alphabetum disposita, praevio Prologo, cuius initium: *Quoniam, ut ait Gregorius super Exechielem, nullum omnipotenti Deo tale sacrificium est &c.* Finis: *idcirco super quibuslibet omissis, aut etiam non bene dictis, pium postulo correctorem.* Summa inc. *Abbas. Abbas in suo Monasterio conferre potest suis subditis primam Tonsuram, & duos Ordines minores.* Desinit in voce *Zelus*, & in verbis: *si vero doleret de bono alterius aliquis, in quantum alter excedit ipsum in bonis, tunc est invidia, ut dictum est supra in Invidia* §. II. Exstat etiam in Codice VII. Plutei XIV. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. I. pag. 97. ubi in verbis, quae referimus pro Operis initio, corrigenda est vox *Ecclesiasten* in *Ezechielem*. Clauditur autem in nostro Codice hoc brevi monumento: *Haec* (scilicet *Summula*) *scripta est per me Lottum Bartolomaei de Bancosis, nec non indignum Presbyterum sub anno* MCCCCLXIII. *die vero* XXVIII. *Aprilis. Deo gratias.* Prodiit in primis typographiae incunabulis, ac deinde Parisiis an. MCCCCLXX. & alibi.

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XV. binis columnis exaratus, cum initiali Operis littera aurata, & auctoris effigiem exhibente, itemque cum stemmate familiae cuiusdam, ad quam pertinebat Codex, in infimo primae paginae margine depicto. Constat foliis scriptis 196.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. CXLIV. SVperioris Operis aliud Exemplar, quoad initium & finem, mirifice cum ipso concordans. In hoc tamen subiungitur tabula verborum, item ordine alphabetico disposita, quorum explanatio fit in Opere praedicto; necnon *declarationes de abbreviaturis positis in praecedenti Summa*, nimirum explicationes nominum Auctorum, quorum allegantur auctoritates, quique initialibus tantum litteris, brevitatis gratia, indicantur, ex. gr. *Ac. Accursius, Al. Albertus, Ala. Alanus &c.* Tandem ab alia manu subditur: *Consummatum fuit hoc Opus per Fr. Bartholommeum de Sancto Concordio Pisanum, Ordinis Fratrum Praedicatorum, in civitate Pisana anno Domini* MCCCXXXVIII. *de mense Decembris, tempore sanctissimi Patris Domini Papae Benedicti undecimi. Deo gratias.*

Codex membranaceus MS. in 4. maiori, Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exaratus, cum initialibus singularum sectionum alphabeticarum depictis. Constat foliis scriptis 215.

PETRI HISPANI, ET ALIORVM OPERA QVAEDAM.

Cod. CXLV. I. pag. 1. TRactatus, sive Summula Magistri Petri Hispani, qui forte fuit Ioannes Papa XXI. ab anno MCCLXXVI. Sept. XIII. ad an. MCCLXXVII. Maii XXI. Inc. *Dialectica est ars artium, & scientia scientiarum, ad omnium methodorum viam* (sic) *habens, sola enim Dialectica probabiliter disputat de principiis omnium artium.* Des. *& ideo non potest inferre ex eis infinitum simpliciter; unde quum ex infinito, secundum quid concludit infinitum simpliciter, peccat secundum quid, & simpliciter.* De hoc Petro Hispano consulendus Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispana vetere, Romae MDCXCVI. typis Ant. de Rubeis fol. Tom. II. pag. 53. seqq. qui fuse de eius Operibus disserit, & Fabricius Biblioth. med. & inf. Latin. Tom. IV. pag. 45. & Tom. V. pag. 260. qui tamen ne verbum quidem de duobus insequentibus Opusculis faciunt.

II. pag. 35. Fallaciae S. Thomae de Aquino. Inc. *Quia Loyca est rationalis scientia, & ad ratiocinandum inventa, ratiocinari autem contingit dupliciter, scilicet recte, & non recte &c.* Des. *patet ergo, quod haec fallacia provenit secundum unum, & multa. Et haec de fallaciis dicta sufficiant.*

III. pag. 47. Syncategoremata Magistri Petri Hispani. Inc. *Ab eo quod res est, vel non est, dicitur oratio vera, vel falsa, sed a Doctoribus Syncategorematicis caussatur veritas, vel falsitas in oratione.* Des. *si autem aliquis in istis voluerit esse promptus, oportet eum frequenter exercitari in huiusmodi syllogismis. Deo gratias.*

Co-

Digitized by Google

Codex membranaceus MS. in 8. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum imagine Petri Hispani, veste rubra talari, cum fascia caerulea circa collum, induti, & cum nigro bireto in capite, prout veteres Vniversitatum Professores incedere consueverant, in littera initiali Summularum, & S. Thomae Aquinatis in littera initiali Fallaciarum. Constat foliis scriptis 108.

RICHARDVS DE MEDIAVILLA IN IV. LIBROS SENTENTIARVM.

Cod. CXLVI. RIchardi de Mediavilla Quaestiones super quartum Librum Sententiarum, cum Prologo, cuius initium: *Innova signa, & immuta mutabilia &c.* Finis: *a quo calore, & frigore nos defendat, & ad gloriam electorum perducat Dominus Iesus Christus, qui cum Patre &c.* Quaestiones inc. *Samaritanus &c. In primo Libro determinavit Magister de Deo, quantum ad rationem suae naturalis perfectionis &c.* Des. *tamen si aliquid tale inveniretur in Libris meis, quod non credo, paratus essem humiliter retractare.* Tum subiicitur: *Explicit quartus Liber super Sententias, editus a Fratre Richardo de Mediavilla, de Ordine Fratrum Minorum*, ac tandem uberrimus index Quaestionum, quae pertractantur in L. Distinctionibus, quae materiam constituunt Libri IV. Sententiarum, cum hac subscriptione in fine, rubris litteteris exarata: *Expliciunt tituli Quaestionum quarti Libri super Sententias, editi a Fratre Richardo de Mediavilla, Ordinis Fratrum Minorum, scriptique per manum Ioannis de Gandavo, alias Rosoot, an. Domini* MCCCCLXVI. *vigesima die mensis Iunii.* Aliud Exemplar occurrit in Codice X. Plutei XXX. partis dextrae Biblioth. S. Crucis, Catalogi Tom. IV. pag. 702. ubi animadvertimus, has Quaestiones, una cum Quodlibetis Theologicis num. LXXX. lucem vidisse Venetiis an. MDIX. & alibi.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori, Saec. XV. binis columnis eleganter exaratus, cum initiali Operis littera aurata, ac mirifice exornata, & cum stemmate familiae Mediceae in inferiori margine primae paginae. Constat foliis scriptis 282.

PETRVS DE PALVDE SVPER LIBR. IV. SENTENTIARVM.

Cod. CXLVII. QVartus Liber Sententiarum Fratris Petri de Palude, Ordinis Praedicatorum, Doctoris in Theologia, natione Burgundi, praevio indice, qui ita inscribitur: *Incipiunt tituli quarti Libri per Distinctiones, Articulos, Opiniones, & Conclusiones*, & occupat priora septem folia. Opus inc. *Circa quartum Sententiarum, quaeritur primo, utrum Sacramenta novae legis caussent gratiam dispositive per virtutem inhaerentem, & arguitur quod non; quia, sicut se habet lex vetus ad legem novam, sic Sacramentum ad Sacramentum.* Des. *ad secundum dicendum, quod Lazarus erat cum Abraham in Limbo, & non in gloria perfecta quam nobis concedat trinus, & unus Deus per infinita saecula benedictus. Amen* (1). Petrus hic de Palude, sive Paludanus (*de la Palu*) Burgundus, Ordinis Praedicatorum, Definitor Provinciae, & Magister in Theologia, anno MCCCXXIX. creatus fuit Patriarcha Hierosolymitanus, diemque obiit an. MCCCXLII. Eius Scripta recenset Fabricius Biblioth. Lat. med. & inf. aetatis Tom. V. pag. 192.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori, Saec. XV. binis columnis exaratus, cum initiali Operis littera aurata, auctoris effigiem exhibente, & ornatu totius marginis primae paginae, cui etiam decorem addit familiae Mediceae stemma gentilitium in ipsius calce depictum, & Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice V. in folio primo, quod Codicis custodiae inservit, exaratum. Constat foliis script. 320.

IOANNES SCOTVS IN LIB. I. SENTENTIARVM.

Cod. CXLVIII. COdex est anepigraphus, sed continet Ioannis Scoti Commentarium in Lib. I. Sententiarum, qui inc. *Quaeritur, utrum homini pro statu isto sit necessarium aliquam doctrinam supernaturalem inspirari, ad quam videlicet non possit attingere lumine naturali intellectus, & videtur quod non.* Des. *propter quod notandum est, quod omnis nostra volitio potissime ordinanda est ad finem ultimum, qui est Alpha, & Omega, principium & finis, cui sit honor &c.* Tum subiicitur: *Eximii, ac excellentissimi Doctoris Ioannis Scoti praeclarissimum Opus explicit feliciter, expletum per me Fratrem Nicolaum de Castro Florentino, Ordinis Minorum, Provinciae Thusciae, ac studentem in almo Conventu Venetiarum* MCCCCLX. III. *Iunii.* Claudit Codicem tabula, exhibens initia singularum Distinctionum, quibus constat Liber hic primus Sententiarum, & titulos Quaestionum, quae in iis pertractantur.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum initiali Codicis littera aurata, variisque coloribus exornata, in qua auctoris effigies ad vivum expressa continetur. Constat foliis scriptis 128.

EIVSDEM COMMENT. IN LIB. II. ET III. SENTENTIARVM &c.

I. pag. 1. *Cod. CXLIX.* IOannis Scoti Commentarius in Librum secundum Sententiarum. Inc. *Circa creationem &c. In hoc secundo tractat Magister de Deo, quantum ad caussali-*

(1) Hoc Opus in IV. Libros Sententiarum lucem vidit Parisiis anno MDXXX. duobus in fol. Voluminibus,

Digitized by Google

salitatem triplicis caussae, quam habet respectu creaturae. Des. *sicut autem ista potestas est aliquod ens positivum, ita est a Deo, quoniam ex ipso, & in ipsum sunt omnia. Ipsi honor, & gloria &c.* Tum subiicitur: *Explicit Scotus super secundo Sententiarum, finitus & completus per me Theodericum Goch Alamanum in Pallacio Domini Potestatis Florentiae* MCCCCLXV. *decima sexta die Octobris.* Sequitur deinde tabula Distinctionum, & Quaestionum huius secundi Lib.

II. pag. 121. Eiusdem Commentarius in Librum tertium Sententiarum. Inc. *Circa Incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Videtur quod non.* Des. *ut verum sit, quod dixit Salvator Matth. XI. iugum meum suave est, & onus meum leve. Cui sit honor &c.* Heic quoque repetitur nomen scriptoris, ut supra, & sequitur tabula Disctinctionum, & Quaestionum huius tertii Libri.

III. pag 217. Tractatus editus a Fratre Nicolao de Lyra de Visione divinae essentiae ab animabus sanctis a corpore separatis. Inc. *Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt. Ecclesiastici XXIV. Verbum propositum dicitur in persona Sapientiae, quae est cognitio de divinis.* Des. *tunc enim, sicut praedictum est, complebitur omne desiderium electorum. Laus Deo.* Opusculum hoc, est contra Ioannem XXII. & exstat inter alia mss. in Biblioth. Colleg. Merton. Oxon. num. CLXXXVII. Vid. Fabric. in Biblioth. med. & inf. Lat. Tom. V. pag. 117.

IV. pag. 225. Eiusdem Responsio ad quemdam Iudaeum ex verbis Evangelii secundum Matthaeum contra Christum nequiter arguentem. Inc. *Potens sit exhortari in doctrina sana &c. ad Tit. Cap. I. Licet autem verbum propositum Episcopalis conditionis sit expressivum.* Des. *per hoc quod obiectiones suas in aperto mendacio terminavit.* Edit. cit. Venetae an. MDLXXXVIII. Tom. VI. a pag. 280. ad pag. 285.

V. pag. 236. Eiusdem Quaestio de probatione per Scripturas a Iudaeis receptas, quod mysterium Christi praedictum a Lege, & Prophetis, sit impletum. Inc. *Quaeritur, utrum per Scripturas a Iudaeis receptas, possit probari mysterium Christi &c.* Des. *& plures iam baptizati ad vomitum revertuntur.* Ibid. a pag. 275. t. ad. pag. 280.

VI. pag. 246. b. Eiusdem Tractatus de differentia hebraicae, & latinae translationis. Inc. *Sapientiam scribe in tempore vacuitatis. Eccl. Cap. XXXVII.* Des. *cuius doctrina apud Iudaeos modernos magis authentica reputatur. Et sic est finis. Laus Deo.* Tum post repetitionem tituli, scriptor iterum se prodit hoc pacto: *Et ego Theodericus Goch Alamanus scripsi, & complevi anno Domini* MCCCCLXV. XXIII. *die mensis Novembris.* De hoc Opere vide Catalogi nostri Tom. IV. p. 566. §. IX. ubi aliud occurrit Exemplar.

VII. pag. 285. Ioannis Chrysostomi, Constantinopolitani Episcopi, de laudibus Paulli Apostoli Homiliae VIII. Prima inc. *Nihil prorsus erraverit &c.* Vltima des. *ecce ego, & pueri, quos mihi dedit Deus. Ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.* Concordant, quoad initium & finem, cum iis, quae habentur in Codice XX. Plutei XIV. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 127. §. IV.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori, Saec. XV. binis columnis, nitide, accurateque exaratus, cum initialibus singulorum Operum aureis, variisque coloribus pulcherrime exornatis, & stemmate gentilitio familiae Mediceae in calce paginarum, ubi initium fit primi, & secundi Libri Sententiarum, & uberrimo indice in principio Distinctionum, Quaestionum, & Capitum, quae continentur in recensitis Operibus, necnon testimonio Mediceae liberalitatis, quod ita habet: *In hoc Volumine quisquis legendo profecerit, Petro Mediceo, Cosmi filio, acceptum referre debebit, qui eximiam patris pietatem, atque religionem prosequutus, hoc ipso, multisque aliis praeclarissimis Libris Bibliothecam istam ornavit, cui aeternum munus, cumulatamque mercedem reddat Deus optimus maximus.* Constat foliis scriptis 297.

EIVSDEM COMMENTARIVS IN LIB. IV. SENTENTIAR.

Cod. CL.

LIber IV. Magistri Ioannis Scoti, de Ordine Fratrum Minorum (intellige *super Sententias*). Inc. *Samaritanus ille piissimus spoliatum videns hominem, & atrociter vulneratum, & sauciatum, miserationis affectu compatiens, medicinam attulit efficacem.* Des. *sic, inquam, bonos Angelos in aeternitate, sive in aeterna beatitudine firmavit, ad quam nos perducat, qui sine fine vivit & regnat. Amen.* Tum sequitur tabula Distinctionum, & Quaestionum huius quarti Libri.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exaratus. Constat foliis scriptis 140.

PETRI TRECENSIS HISTORIA SCHOLASTICA.

Cod. CLI.

PEtri Trecensis, vel Comestoris Historia Scholastica, seu Librorum Veteris, & Novi Testamenti Historicorum Breviarium, cum Epistola nuncupatoria ad Guillelmum Archiepiscopum Senonensem, & Praefatione. Illa inc. *Caussa suscepti laboris &c.* Haec vero ita: *Imperatoriae maiestatis est &c.* Operis initium fit a Libro Genesis, & a Capite inscripto: *De creatione Empyrei caeli, & quatuor Elementorum,* cuius prima verba sunt: *In principio erat Verbum &c.* Finis vero in Libro Actuum Apostolorum, & in verbis: *& in loco magis honorabili, scilicet in catacumbis.* Concordat cum alio Exemplari, quod occurrit in Biblioth. Sanctae Crucis

Digitized by Google

eis Codice III. Plut. XXXIII. partis sinistrae, Catalogi Tomo IV. pag. 283. §. I. ubi de auctore nonnulla delibavimus. In nostro autem Codice adsunt uberrima scholia marginalia manus antiquae, & glossae interlineares, quibus auctoris sensus magis explanatur. In primo folio leguntur inter cetera, explanationes quaedam allegoricae variorum locorum sacrae Scripturae, nimirum de mensa, & de XII. panibus Propositionis, necnon explicatio satis prolixa in illa Ecclesiastici verba: *Transi hospes, orna mensam, & quae habes in manu, ciba ceteros &c.* Cap. XXIX. Idem fit in ultimis duobus Codicis foliis, ubi habetur longa explanatio super illud Ecclesiastici Cap. XXIV. *Haec omnia Liber vitae, & testamentum Altissimi &c.* tum de Sacramentis Ordinis, extremae Vnctionis, & Eucharistiae excerpta varia; enarratio deinde de visione quatuor quadrigarum egredientium de medio duorum montium revelata Zachariae; ac tandem definitio Angeli, secundum Damascenum.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIII. binis columnis exaratus, optimeque servatus, in cuius primo folio cum ligneo integumento compacto, legitur nomen antiqui possessoris, nimirum *Iannoctii Manetti* viri celeberrimi. Constat fol. script. 179.

SOZOMENI CHRONICAE VOL. I.

Cod. CLII. SOzomeni Presbyteri Pistoriensis, ac Florentiae educati, Chronicon universale, ab Orbe condito usque ad Caelestinum V. Summum Pontificem (1), duobus Voluminibus comprehensum. Huic primo praemittitur Praefatio, quae inc. *Scripturus ab Orbe condito usque ad nostra tempora, quae mihi digna memoratu videbantur, tam breviter, quam tanta res dici potest, haud dubito apud viros eruditos hunc meum satis tenuem scribendi laborem fore gratum.* Des. *sed quid plura? iam Opus aggrediamur feliciter nostrum.* Opus inc. *Omne igitur hoc quidquid est, cui mundi, caelique nomen imposuimus, unum, idest, uno ambitu in se cuncta complectitur, partibus differt. Vnde sol oritur, Oriens nuncupatur, aut Ortus; quo demergitur, Occidens, vel Occasus &c.* Desinit in quadam brevi adloquutione ad Vespasianum Librarium, cuius postrema verba sunt: *Esto ergo immortalis, ut ita dixerim, dummodo haec mea scripta satis inepte pro ingenioli mei facultate prolata, tu etiam permanebis* (2). Tum rubro charactere legitur adnotatum: *Sum Abbatiae Fesulanae, Ordinis Canonicorum Regularium sancti Augustini de Observantia. Τέλος.* Praemittuntur tam huic, quam sequenti Volumini indices uberrimi rerum notabilium, seu potius eadem summaria illa, quae sparsim in decursu Operis margini erant adscripta, iterum in unum collecta, & iuxta paginarum ordinem disposita.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. cum initiali Operis littera aurata, ubi videre est auctoris effigiem, Librum ante pectus manibus gestantis, & cum ornatu marginali primae paginae. Adest quoque in principio testimonium Petri Medicei liberalitatis, ita expressum: *Petrus Medices, Cosmi filius, ut paternarum rerum susceptor locupletissimus, ita et religionis ac pietatis eiusdem heres felicissimus, nobis Canonicis Regularibus, insignem hunc Historiarum Librum dono hodie dedit III. Idus Ianuarias* MCCCCLXVI. *cui caelestis ac sempiterni praemii mercedem redde, Deus optime maxime, tuque dive Bartholomee, qui huic Templo, hisque aedibus praesides* (3) Constat foliis scriptis 489.

EIVSDEM CHRONICAE VOL. II.

Cod. CLIII. SEcunda Pars historiarum, ac temporum Sozomeni Presbyteri, & Canonici Pistoriensis. Inc. *Caii Iulii Caesaris gesta in praecedenti primo Volumine satis explicata sunt. Nunc in hoc secundo Volumine de eodem restat manifestandum, quae post Pompeii fugam egerit, annis quatuor, & mensibus septem, usque ad eius obitum.* Desinit in Caelestino Papa V. cuius ultima verba sunt: *& sic fecit dictam Constitutionem, quae etiam hodie est in VI. Libro Decretalium, & deinde de mense Decembris in die sanctae Luciae....* in quibus verbis absolvitur Volumen. Natus est Sozomenus Pistorii anno MCCCLXXXVII. die XXIX. Iunii. Constantiensi Concilio interfuit. Tum Canonicatu in Ecclesia maiori Pistoriensi potitus, ibi tandem anno MCCCCLVIII. die XI. Decembr. e vivis excessit. Historiam supra memoratam scripsit, quam ad annum usque MCCCCLV. deduxisse Cl. Franciscus Ant. Zacharia Lib. I. Part. III. pag. 29. Bibliothecae Pistor. editae Augustae Taurinorum typis Regiis MDCCLII. 4. maiori (4), adlatis testibus probat; reipsa tamen nullibi reperitur Codex MS. Historiae Sozomeni usque ad eum annum deductae. Quae vulgavit Muratorius inter Rerum Italicarum Scriptores Tom. XVI. pag. 1057. fragmenta sunt huiusce Historiae, ab an. MCCCLXII. usque ad annum MCCCCX. In duobus

(1) Ex Praefatione tamen eruitur auctorem historiam suam usque ad sua tempora perduxisse.

(2) Hanc adloquutionem adfert Fabricius Biblioth. Latin. med. & inf. aetatis Tom. VI. pag. 200. ubi plura de hoc auctore in medium profert.

(3) Hoc idem monumentum, iisdem prorsus verbis expressum, occurrit etiam in Codice sequenti.

(4) Multa scitu digna de eius vita, ac Bibliotheca Codicum MSS. instructissima in medium profert, Epistola ad Hieronymum Tagomarsinum, praeceptorem olim meum, conscripta an. MDCCXLIV. quae primum prodiit Tom. XXX. Collectionis Calogerianae, ac multo emendatior & auctior in cit. Biblioth Pistor. quam vide.

Digitized by Google

bus hisce Codicibus incipit ab orbe condito, & usque ad Caelestinum V. progreditur. Integrum Opus luce dignum non iudicatur, quia non nisi vulgaria continet, & in reliquis, quae bonae frugis sunt, Ioannem, & Matthaeum Villanos, qui lingua Italica scripserunt, & tomis antecedentibus a Muratorio editi fuerant, totos descripsit. In fine Voluminis primi laudat auctor Vespasianum librarium Florentinum hisce verbis, quae heic referre iuvat: *Haud te, Vespasiane librarie, urbisque Florentinae civis, silentio praeterire in huius primi Voluminis calce mihi est consilium. Namque si Ciceronis coaetaneus fuisses, te peroptime dignum suis aureis litterarum monumentis decorasset, immortalemque fecisset. Tu profecto in hoc nostro deteriori saeculo hebraicae, graecae, atque latinae linguarum, omnium voluminum dignorum memoratu notitiam, eorumque auctores memoriae tradidisti. Quam ob rem ad te utique, omnes Romanae, atque aliarum Ecclesiarum Pontifices, Reges, Principes, aliique trium linguarum eruditi, si humanitatis cognitionem cupiunt, gressus suos dirigunt. Ego autem ipse, ut pro veritate loquar, auxilio tuo in doctorum virorum documentis, ab eis relictis, potissimum usus sum; quorum multa mihi a te demonstrata, ac deinde diligenter perquisita, in hoc primo nostro Volumine conserui. Esto ergo immortalis, ut ita dixerim, dummodo haec mea scripta, satis inepte, pro ingenioli mei facultate prolata, tu etiam permanebis.* In hoc autem secundo Volumine ad ann. DCCCLIII. fit mentio de *Ioanna Pseudopapissa*; ad an. MCCXC. de miraculo Eucharistiae, quod apud Parisios evenit, ubi Iudaeus quidam pepigit cum faemina Christiana, ut ad se Corpus Christi deferret, quod in ferventem aquam proiecit. Haec Mabillonius in Itinere Italico pag. 172. qui hos Sozomeni Codices in Bibliotheca Fesulana volutavit.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ab eadem manu, qua superior, exaratus, cum littera initiali aurata, & colorata, auctoris item effigiem exhibente, ornatu primae paginae marginali, & stemmate Mediceo. Constat foliis scriptis 303.

FR. AEGIDII DE COLVMNA COMM. IN LIB. ARIST. DE ANIMA.

Cod. CLIV. TItulum Operis, quum Codex sit anepigraphus, ex calce mutuati sumus, ubi ita inscribitur: *Summa super Librum de Anima, edita a Fratre Aegidio de Roma, Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini, Archiepisc. Bituniensis* (corrige *Bituricensis*)(1). Praemittitur Epistola nuncupatoria, quae ita inscribitur, & inc. *Ex Romanorum spe-*

(1) Aegidii de Columna Romani Commentarius in Aristotelis Libros de Anima ad Edwardum Angliae Regem prodiit Venetiis an. MDI. cum Quaestionibus Metaphysicis, & Quodlibetis. Vid. Caveum de Script. Eccles. Basileae per Io. Im-Hoff MDCCXLV. fol. Tom. II. pag. 340.

etabili ac illustri prosapia oriundo, sibi quam dilecto, Domino Iacobo Ioannis Gagetani Rochom Canonico Frater Aegidius Romanus, Fratrum Eremitarum sancti Augustini se ipsum, & promptam ad sua beneplacita voluntatem. Quum inter me tacitus cogitarem, quid vestrae generositati, erga quam tanta dilectione afficior &c. Des. *oblatum esse dignoscitur, potius quam petitum.* Commentarius in Librum primum inc. *Philosophus in secundo Physicorum volens ostendere, & investigare terminos, & limites &c.* In Librum tertium des. *auditum autem habet, ut significetur aliquid sibi ab alio; linguam autem habet, quatenus significet aliquid alteri; & in hoc terminatur sententia de Anima. Laus sit ipsi Christo, qui est nostrarum merces, praemium, & felicitas animarum, qui cum Patre &c.* Tum sequitur titulus supra relatus.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis, charactere compendiario exaratus. Constat foliis scriptis 76.

EIVSDEM COMM. IN LIB. ARIST. DE GENERAT. ET CORRVPT.

Cod. CLV. SEntentia de Generatione & Corruptione secundum Aegidium Romanum cum Prooemio, cuius initium: *Anima enim, ut testatur Philosophus, est quodammodo omnia; quidquid enim est, vel est sensibile, vel intelligibile &c.* Finis: *& quia secundum aliam, & aliam intentionem accipitur aliquid sub esse communi, & sub esse speciali, non est inconveniens unum & idem considerat .....* est enim imperfectum, unius columnae spatio vacuo relicto. Commentarius inc. *De generatione, & corruptione &c. Consuetudo est Philosophi suis Libris praemittere Prooemia, quod & in hoc Libro facit. Possumus ergo hunc dividere in duas partes &c.* Des. *possent quidem circa tempus, & circa perpetuitatem generationis aliae difficultates tangi, sed hae, Deo dante, alibi diffusius tractabuntur; ad praesens autem haec, quae sunt dicta super Libro de Generatione sufficiant. Laus sit ipsi Christo Filio Dei unigenito, cuius inenarrabilis generatio omnis generationis est principium, caussa, & ratio, qui cum Patre &c.* Teste Guillelmo Caveo de Script. Eccles. Tom. II. pag. 341. hic Commentarius lucem vidit Venetiis an. MDXXVI.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum initiali Operis littera aurata, variisque coloribus exornata, & Mediceae familiae stemmate gentilitio in calce primae paginae. Constat foliis scriptis 57.

Digitized by Google

EIVSDEM DE REG. PRINC. LIB. III.

Cod. CLVI. FRatris Aegidii de Columna de Regimine Principum Libri tres, praevio singulis Capitum elencho, primo excepto. Praemittitur Epistola nuncupatoria ad Dominum Philippum primogenitum Philippi Regis Francorum, quae inc. *Clamat Politicorum sententia*. Des. *ut vestra reverenda nobilitas requisivit*. Liber primus inc. *Oportet ut latitudo sermonis &c.* Liber tertius des. *in qua est summa requies, quam Deus ipse suis promisit fidelibus, qui est benedictus in saecula &c.* Concordant omnia, quoad initium & finem, cum Codice VII. Plutei LXXIX. Biblioth. Laurentianae, Catalogi Tom. III. pag. 161.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exaratus, cum littera initiali Operis aurata, & ornatu marginali primae paginae. In fine vero Codicis hoc monumentum legitur: *Hunc Librum mihi Antonio Capitaneo Senis donavit Reverendus Pater Salvi Abbas Montis Amiati* MCCCCXIII. *in Civitate Senarum*. Constat fol. script. 129.

FR. DOMINICI DE FLANDRIA COMM. IN METAPH. ARIST. VOL. I.

Cod. CLVII. MAgistri Dominici de Flandria ad praestantissimum virum Laurentium Medicem Commentarium Metaphysicae Aristotelis in duo magnae molis, & admirandae pulcritudinis Volumina distributum, quorum primum sex priores Libros, alterum sex posteriores complectitur (1). Huic primo praemittitur auctoris Prooemium, cuius initium: *Virtuosissimo inauditae providentiae, atque sapientiae viro Magnifico Laurentio Petri Cosmae de Medicis, ex generosissima Florentinorum prosapia nobilem trahenti originem, Frater Dominicus de Flandria, alias Magister Balduinus Lottin, Ordinis Praedicatorum, Morinensis Dioeceseos, omni cum honore & reverentia politica salutem in eo, qui stellas numerat, quarum qui nomina solus, signa, cursus, loca, tempora novit. Quia, ut clarius tua novit generositas, ornatissime Laurenti, Catholicae veritatis Doctor incipit, ubi Metaphysicus desinit &c.* Finis: *si generosissima magnanimitas tua humanitus grateneterque susceperit, profecto ad altiora, praesertim ad clariorem Librorum Politicorum apertionem, me provocabit*. Prima Quaestio Libri primi inscripta, *De iis, quae concernunt hanc scientiam, secundum se in communi*, inc. *Sed quia artificialis traditionis ordo naturalem memoriam summe corroborat &c.* Quaestio ultima Libri sexti, *Qualiter verum secluditur a consideratione divinae Philosophiae*, des. *& cum mensurato amore convenientium illuminationum, cum reverentia sancta, caste & sancte sacris alis elevantur, ad ipsum scilicet Deum, qui est gloriosus, laudabilis, & benedictus in saecula saeculorum. Amen*. Tum subiungitur repetitio tituli hoc pacto: *Explicit secunda Pars primae Partis Summae divinae Philosophiae, composita per Fratrem Dominicum de Flandria, sacrae Theologiae Professorem, Ordinis Fratrum Praedicatorum, ad Magnificum Laurentium Petri Cosmae de Medicis*.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori Saec. XV. binis columnis exaratus, cum exactissimo indice Quaestionum in primis quatuor foliis, qui clauditur versiculo:

Facto fine, pia laudetur Virgo Maria,

& pulcherrimo ornatu marginali primae paginae, in qua initialis littera Praefationis, aurea est, ac stemma Mediceum praefulget, quam respicit circulus aureus, variisque floribus circumquaque exornatus, in quo litteris caeruleis, & aureis, alternatim conscriptus legitur titulus Operis, quod in Codice continetur. In folio autem, quod Codicis custodiae inservit, occurrit sequens monumentum: *Laurentius Medices, Petri filius, eiusque virtutis & gloriae aemulator felicissimus, Codicem hunc illustri suo nomini ab auctore dicatum, huic preciosae Librorum supellectili, avita, paternaque, magnificentia, ac liberalitate institutae, addendum merito duxit, ut & eam hoc munere locupletiorem, ornatioremque redderet, & Opus eius, scriptorisque nomine insigne, ipsa quoque sede illustrius fieret, ac multorum ingeniis deserviret. Orato itaque, lector, ut gloria, & divitiae sint in domo eius, & iustitia eius maneat in saeculum sacculi*. Constat fol. script. 345.

EIVSDEM OPERIS VOL. II.

Cod. CLVIII. MAgistri Dominici de Flandria Commentarium in reliquos sex Libros Metaphysicae Aristotelis. In Librum VII. inc. *Immensa Dei bonitate misericorditer largiente, postquam in prima Parte Summae huius divinae Philosophiae pro devotis in sacra Theologia novitiis ea, quae tamquam praeambula occurrunt, ad principalem Metaphysicalium considerationem pertractavimus, consequenter in hac secunda Parte eiusdem Summae, secundum promissa de iis, quae principaliter ad hanc scientiam pertinere videntur, divino superveniente radio, restat considerandum*. In Librum XII. des. *ad X. dicendum, quod illa auctoritas procedit de agentibus corporalibus, generalibus, & corruptibilibus, non autem de substantiis in materialibus, ut puta de Angelis; Angelus enim non potest producere alium*

(1) Lucem viderunt Venet. an. MCCCCXCVI. MCCCCXCIX, Coloniae MDCXXI. ut habet Fabricius in Biblioth. med. & inf. Lat. Tom. II. pag. 53. Auctorem Bononiae an. MD. defunctum testatur Iac. Quetif Tom. I. pag. 894.

Digitized by Google

alium Angelum; ergo a fortiori, neque Deus potest producere alium Deum, quia contradictionem implicat. Vnus ergo est principatuum Princeps, qui Deus est Iesus Christus, laudabilis nimis in aeternum, & ultra gloriosus. Clauditur Opus pulcherrima auctoris alloquutione ad Laurentium Medicem, quam ex integro referre operae pretium duximus, & est sequens: *Haec sunt, Magnifice Laurenti, Petri Cosmae Medices, praeclarissimae Civitatis Florentinae, quae ad Dei omnipotentis, eiusdemque sacratissimae Genitricis semper Virginis Mariae, & Doctoris sancti Thomae Aquinensis gloriam, ad tuaeque generosae magnanimitatis perpetuam memoriam super XII. Libros Metaphysicae principis Peripateticorum Aristotelis, Spiritus Sancti gratia plenarie confisus, studui, & scholastice recolligere; quae quidem si ingeniosissimi nobilium virorum concivium filii diligenter intelligere, sublimi etiam eorum memoriae commendare studuerint, profecto ex uberrimo fonte doctrinae praefati Doctoris sancti Thomae, non parva scientiarum secreta salubriter haurire valebunt, eo praestante, a quo cuncta scientiarum munera procedunt abunde, per quem cunctae civiles Communitates auctoritative, principaliterque reguntur, & Reges regnant, qui tuae praeclarissimae generositatis, quemadmodum experientia, quae rerum est magistra, clarius demonstrat, curam profecto gerit singularem. Semper enim ipsam laudabiliter inclinavit, & in dies inclinat, ut virtuosissimorum suorum patrum, in quibus inaestimabilis sapientia, atque politica communicatio ad utilitatem Reipublicae largissime viguit, secura sequeretur vestigia, virtutibus ferventer insudando. In quo tua praenominata generosissima magnanimitas, cum sapientissimo Iuliano, & tota familia valere dignetur, valeantque cuncti, qui eam affectu ardentissimo valere desiderant. Ex Conventu Bononiensi beatissimi Dominici Fratrum Ordinis Praedicatorum in profesto sanctorum Cosmae & Damiani, die videlicet* XXVI. *mensis Septembris, anno Domini millesimo quadracentesimo septuagesimo* v. *Laus, & honor Deo Patri, & Vnigenito eius Filio, cum Spiritu Paraclito in sempiterna saecula. Amen.*

Codex membranaceus MS. in fol. maiori, Saec. XV. binis columnis, ab eadem manu, qua superior, exaratus, iisdemque ornatibus in prima pagina decoratus, itemque cum indice Quaestionum in primis sex foliis, inter quem, & initium Operis, recisum fuit folium unum, in quo fortasse descriptus erat circulus ille aureus, quem in superiore Codice innuimus. Heic quoque in folio, quod custodiae Codicis inservit monumentum Laurentii liberalitatis exscriptum est hoc pacto: 1478. *Iesus Maria. Quisquis hanc in sex postremos divinae Philosophiae Libros Expositionem legis, non solum scriptoris ingenium, sed & Laurentii Medicei virtutem commenda, qui illam ab eo nomini suo dicatam, hoc pretioso Volumine, propriis sumptibus conscribi fecit, & in hac insigni Bibliotheca suorum Canonicorum Regularium usui condonavit; boni siquidem nepotis, & nati ratus officium, avi Cosmi, patrisque Petri, virorum tantorum, non tam auctoritatem, & gloriam, quam liberalitatem, ac devotionem aemulari, quam eos plurimis quidem in locis ubertim exhibuisse, heic vero abundantius effudisse perspicuum est. Orato denique, ut, illis iam universae carnis viam ingressis, hunc pius Deus salvum & incolumem diu in utroque homine servet.* Constat foliis scriptis 279.

HISTORIA TRIPARTITA.

Cod. CLIX.

HIstoriae Ecclesiasticae ex Socrate, Sozomeno, & Theodorito in unum collectae, & nuper de graeco in latinum translatae Libri numero XII. Praecedit Cassiodori Senatoris Servi Dei Praefatio, cuius initium: *Vtiliter nimis in capite Libri Praefatio ponitur, ubi futuri Operis qualitas indicatur. Quid enim commodius, quam prius per eam aliquid discere, ne dictio non possit inopinata confundere.* Finis: *ut suis locis exigere possit, quod sub numero competenti praedictum esse cognoscit perlegi.* Tum sequuntur *Tituli* (scilicet Libri primi) *Ecclesiasticae Historiae cum Opere suo ab Epiphanio Scholastico, Domino praestante, translati.* Libri primi Caput primum, cui titulus: *Oratio alloquutoria Sozomeni in Theodosium Imperatorem*, inc. *Aiunt antiquis Principibus diligentiae studium fuisse, ut eis, amatores quidem ornamentorum, purpuram atque coronam, & his similia praepararent, librorum vero habentes intentionem, circa quasdam fabulas occupati, conscriptiones agerent, quae audientium corda mulcerent.* Libri XII. Caput ultimum inscriptum: *Quia Produs Thalasium Senatorem auctoritate sua Caesareae Cappadociae fecit Episcopum*, des. *nos autem heic terminum faciamus historiae, in pace gubernari cunctas Ecclesias exhortantes. Nos ergo, o sacratissime homo Dei, Theodore, tuam complevimus iussionem, facientes historiae in anno secundo trecentesimae quintae Olympiadis, Consulatu septies decies Imperatoris Theodosii.* Tum subditur charactere maiusculo: *Explicit Liber Historiarum Ecclesiasticarum. Deo gratias. Amen.* Epiphanius Scholasticus, qui claruit circa annum Christi DX. suasione Cassiodori Senatoris, cuius amicitia utebatur, Historiam Ecclesiasticam Socratis, Sozomeni, & Theodoreti in compendium redegit, eique in duodecim Libros digesto, nomen imposuit *Historiae Tripartitae*, cuius varias editiones recenset Fabricius Biblioth. Latin. med. & inf. aetatis Tom. II. pag. 101.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XV. binis columnis exaratus, cum

Digitized by Google

titulis Capitum, & Librorum rubricatis, & initiali Codicis littera inaurata. Constat foliis scriptis 165.

IOAN. DE GANDAVO, AVERROIS, ET MARSILII DE INGEN QVAESTIONES &c.

Cod. CLX.

I. pag. 1. MAgistri Ioannis de Gandavo Quaestiones super Libros III. Aristotelis de Anima (1). In Librum I. inc. *Bonorum honorabilium notitiam opinantes. Quaeritur primo circa istum Librum, utrum de Anima possit esse scientia. Arguitur primo quod non; quia de corruptibili non potest esse scientia. Hoc habetur in primo Posteriorum.* In Librum III. des. *ad alias rationes patet per distinctionem positam in corpore quaestionis. Haec itaque sufficiunt in praesenti de iis, quae super istum Librum potui congregare, in quibus ea, quae fides Catholica reputat, vel refutat, falsa esse non dubito, reliqua autem vera esse, aut probabilia dicere non diffido.* Tum rubris litteris ita scriptum legitur: *Expliciunt Quaestiones eximii viri Domini Magistri Ioannis de Gandavo super Librum de Anima Aristotelis, quas ego Magister Marsilius Draghetus de Mutina feci scribi sub anno* MCCCCXXXVIII. *mense Augusti, anno III. mei studii.* Ac tandem sequitur index Quaestionum trium praedictorum Librorum. De huius Ioannis de Gandavo, sive de Gauduno, aliis de Ianduno, aliis de Geduno, qui floruit circa annum MCCCXXVI. Quaestionibus, & Commentariis in varios Aristotelis Libros videndus H. Warthonus ad Caveum, editionis Basileensis apud Io. Rudolph. Im-Hoff MDCCXLV. fol. Tom. II. pag. 36.

II. pag. 142. Commenta Averrois (2) in eosdem Libros III. Aristotelis de Anima. In Librum I. inc. *Quoniam de rebus honorabilibus est scire, aut de rebus, quae differunt ab invicem, aut in subtilitate, aut sunt scitae per res digniores, & nobiliores &c.* In Librum III. des. *alii autem sensus sunt propter melius, & praecipue visus & auditus, & hoc est manifestum.* Tum subiungitur in rubrica; *Expliciunt Commenta Averoys Commentatoris super Librum de Anima Aristotelis* MCCCCXXXVIII. *quae ego Magister Marsilius Draghetus de Mutina feci scribi anno tertio mei studii.*

III. pag. 196. Quaestiones Magistri Marsilii de Ingen (3) super Libris duobus de Generatione, & Corruptione Aristotelis. In Librum I. inc. *Circa Librum de Generatione & Corruptione, primo quaeritur, utrum ens mobile ad formam sit subiectum Libri de Generatione. Et arguitur primo, quod non. Anima est subiectum Libri de Generatione &c.* In Librum II. des. *haec pro Quaestione ultima, quae reperiuntur in partibus Italiae. Amen.* Inde sequitur: *Expliciunt Quaestiones Marsilii de Ingen super Librum de Generatione, & Corruptione Aristotelis. Laus Deo. Ego Magister Marsilius feci scribi* MCCCCXL. *quinto anno mei studii,* XV. *mensis Septembris.* Clauditur tandem Codex tabula Quaestionum, quae in hisce duobus Libris pertractantur.

Codex chartaceus MS. in fol. maiori Saec. XV. binis columnis exaratus, cum initiali Codicis littera aurata, & colorata, & notulis quibusdam in margine. Constat foliis scriptis 297.

MARSILII DOCTORIS PARIS. SVPER ARISTOTELEM &c.

Cod. CLXI.

I. pag. 1. MArsilii (forte de Ingens) Doctoris Parisiensis Quaestiones variae super priores Libros sex Metaphysicorum Aristotelis. In Librum I. inc. *Circa Librum Metaphysicae primo quaeritur, utrum felicitas humana consistat in sapientia. Et arguitur primo, quod non. Nullum accidens potest esse nobilius substantia, ut patet auctoritate Commentatoris in secundo de Anima.* In Librum VI. des. *quia contrahitur per eam, sicut commune, & superius ad speciale, & inferius, sed non denominatur praecommune accidentali istis 6. intentionibus.*

II. pag. 43. Quaestiones (forte eiusdem) in Libros duos de Caelo, & Mundo. In Librum I. inc. *Circa Librum Caeli & Mundi potest primo quaeri, utrum corpus supercaeleste sit illi subiectum, & probatur quod non. Individuum productum non est subiectum &c.* In Librum II. des. *ad aliam dico, quod ex mediatis, non tamen extremis, sed ex mediatis non extremis.*

III. pag. 53. Quaestiones (forte eiusdem) in Libros duos de Generatione & Corruptione. In Librum I. inc. *Quia parvus error in principio, maximus est in fine, secundum Philosophum in principio Caeli & Mundi, ens autem, & entia sunt, quae primo intellectu concipiuntur &c.* In Librum II. des. *quia Philosophus intelligit de illis, quae totaliter dependent a corpore caelesti, non autem de his, quae etiam dependent ab agente particulari. Deo gratias. Amen.*

IV. pag. 67. Quaestiones super primo, & secundo Libro Metaphysicae (Aristotelis) secundum Magistrum Franciscum de Marchia. Inc. *Vtrum res, secundum quod res,*

(1) Prodierunt Vicentiae an. MCCCCLXXXVI. ut habet Warthonus ad Caveum.

(2) Huius auctoris nomen ex calce Operis desumpsimus, nam in Codice est anepigraphum.

(3) Haec vox *Ingen* addita est, expunctis verbis *de Sancta Sophya de Padua*. Is forte est Marsilius ab Ingens, sive Inghen Traiectensis Dioecesis, non Anglus, sed Germanus, Parisiis Heidelbergam vocatus MCCCLXXXVI. a Ruperto Duce Bavariae, inter primos novae eius Academiae Doctores, de quo vide Fabricium Biblioth. med. & inf. Lat. Tom. V. pag. 33. & Baleum Cent. VII. Cap. V.

Digitized by Google

res, vel aliud sit subiectum Metaphysicae, quod non videtur, quia illud quod est commune subiectis omnium scientiarum aliarum, non est subiectum scientiae specialis, distinctae ab aliis scientiis. In Librum II. des. *veritates autem dependentes ex notitia illorum..... .. in generali sunt substantiales in nobis*. Hic Franciscus de Marchia, Ordinis Minorum, scripsit, Waddingo pag. 122. teste, Commentaria in IV. Evangelistas, in IV. Libros Sententiarum, & in Aristotelis Physica atque Metaphysica, ut refert Fabricius Biblioth. Latin. med. & inf. aetatis Tom. II. pag. 195.

V. pag. 73. Quaestiones in IV. Libros Meteororum Aristotelis secundum Magistrum Matthaeum de Eugubio (1). In Librum I. inc. *Est dubitatio, utrum de entibus metaurologicis, ut de terraemotibus, pluvia, & grandine sit scientia, & probatur, quod non &c.* In Librum IV. des. *& tu probas, quia cadaver est homoiomerum; dico quod falsum est, immo est anhomoiomerum.*

VI. pag. 84. b. Anonymi (forte eiusdem Matthaei) Quaestiones in III. Libros de Anima. In primum inc. *Primo est dubitatio circa Librum de Anima, utrum de ipsa anima possit esse scientia, & videtur quod non. Primo de generabilibus & corruptibilibus non est scientia &c.* In tertium des. *& sic de ista quaestione sit dictum.*

VII. pag. 104. Anonymi (forte eiusdem) Quaestiones Libri de Sensu, & Sensato. Inc. *Circa Librum de Sensu, & Sensato potest primo quaeri, utrum oculus videat suum splendorem, & probatur primo quod non.* Des. *dico quod nulla antecedit, videlicet locum, sed bene antecedit secundum tempus, vel secundum naturam.*

VIII. pag. 108. Quaestio quaedam metaphysica disputata Bononiae per Magistrum Ioannem de Parma anno Domini MCCCXXXVII. Inc. *Vt scribit Philosophus III. Metaphysicae, inest investigare volentibus proprie bene dubitare; posteriorum enim copia, & investigatio priorum sunt solutio dubitatorum, & paucis interpositis, subdebat, quaerentes sine dubitatione, similes quo ire oportet ignorantibus.* Des. *quid circa unumquodque bene dicitur, & non bene; & sic de hoc.* Forte est auctor iste, Ioannes Genesius Qualeus de Parma, Doctor Parisiensis, Ordinis Minorum, Minister Generalis an. MCCXLIX. de quo meminit Fabricius Biblioth. Latin. med. & inf. aetatis T. IV. pag. 112.

IX. pag. 111. Anonymi (forte eiusdem) aliae Quaestiones eiusdem generis. Inc. *Scribit Aristoteles III. Metaphysicae commento primo: Qui enim cognoscit aliquid, antequam cognoscat quantitatem difficultatis eius, assimilatur eis, quorum pedes sunt per viam rectam, & nesciunt, quod sui pedes sint in illa via.* Des. *& hoc est quod intendit in suis disputationibus semper, ut vidisti consequenter &c.*

(4) Nihil de eo apud Fabric. loc. cit.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum initiali Codicis littera aurata, in qua videre est Marsilii Doctoris Parisiensis imaginem, docentis discipulos suos, qui ex ore eius pendent; nec deest ornatus marginalis primae paginae, & index Quaestionum, quae in toto Volumine continentur. Constat foliis scriptis 116.

AVERROIS COMMENTVM SVPER PHYSIC. ARIST.

Cod. CLXII.

AVerrois Expositio super Libros VIII. Physicorum Aristotelis, una cum textu ipsius Philosophi, charactere grandiori exarato. Praecedit Commentatoris Prologus, cuius initium: *Intentio mea in hoc sermone est glossare Librum Aristotelis, qui dicitur Naturalis, secundum usum Glossatorum &c.* Finis: *ad exponenda verba Libri huius nunc debemus transire, & in hoc finitur Prologus super primum Physicorum.* Expositio in Librum I. inc. *Incepit hunc Librum a caussa, propter quam fuerit consideratio huius scientiae in cognitione caussarum rerum naturalium, & dixit: quoniam dispositio &c.* In Librum VIII. des. *concluditur in secunda figura, primum motorem non esse corpus, sed virtus in corpore.* Vid. Nicolaum Antonium Tom. II. Biblioth. Vet. Hisp. Tom. II. pag. 240. seqq. Scripta eius ex arabico hebraice, atque inde demum latine versa esse notat Rich. Simon in Supplemento ad Leonem Mutinensem pag. 104. Adde Possevinum XII. 16. seq. Biblioth. qui, quam male versa sint, & edita, animadvertit.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. cum initialibus litteris singulorum Librorum aureis, & coloratis, & Cosmianae liberalitatis testimonio in principio, ut in Codice VIII. Constat foliis scriptis 288.

HEGESIPPVS DE BELLO IVDAICO.

Cod. CLXIII.

HEgesippi, qui fuit vicinus Apostolorum, de Bello Iudaico Libri V. cum Prologo, cuius initium: *Quatuor Libros Regnorum &c.* Finis: *hinc igitur sumam exordium.* Liber primus inc. *Bello Parthico, quod inter Machabaeos Duces, gentemque Medorum diuturnum ac frequens, variaque victoria fuit &c.* Liber ultimus des. *opes autem eorum, appositus ab ipsis prius ignis consumpsit.* Occurrit aliud Exemplar huius Operis in Codice I. Plut. LXVI. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. II. pag. 781. ubi de eius latina versione nonnulla delibavimus.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. nitidissimus, & elegantissime scriptus, cum initialibus litteris singulorum Librorum aureis, variisque coloribus depictis, & or-

Digitized by Google

& ornatu marginali primae paginae, & Cosmianae liberalitatis testimonio in principio, ut in Codice IX. Constat foliis scriptis 146.

FLAVII IOSEPHI OPERA VARIA.

Cod. CLXIV. I. pag. 1. FLavii Iosephi Historiarum Antiquitatis Iudaicae Libri XX. praevia singulis tabula Capitum. Praefatio in Librum I. inc. *Historiam conscribere disponentibus &c.* Des. *comperi ita conscripta*. Liber I. inc. *In principio creavit Deus caelum & terram*. Liber XX. des. *aliud facere permittimur, aliud prohibemur*. Concordant cum editis Basileae apud Ioannem Frobenium MDXXIV. fol. a pag. 1. usque ad pag. 592. De hac versione, quae vulgo Rufino tribuitur, consule Fabricium Biblioth. Graec. Tom. III. pag. 231. & Biblioth. Latin. med. & inf. aetatis Tom. VI. pag. 131.

II. pag. 200. b. Eiusdem de Vetustate Iudaeorum contra Appionem Grammaticum Libri II. Primus inc. *Sufficienter, ut arbitror*. Secundus des. *hic libellus conscriptus esse dignoscitur*. Ibid. a pag. 853. ad pag. 889. Adsunt in nostro Codice notulae quaedam marginales, ac variae lectiones.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum initialibus utriusque Operis inauratis & coloratis. Constat foliis scriptis 215.

EIVSDEM DE BELLO IVDAIC. &c.

Cod. CLXV. I. pag. 1. COdex est anepigraphus, sed in eo continentur Flavii Iosephi de Bello Iudaico Libri VII. cum Prologo, cuius initium: *Quoniam bellum, quod cum populo Romano gessere Iudaei &c.* Finis: *quo Capitula sunt digesta*. Liber primus inc. *Quum potentes Iudaeorum &c.* Liber septimus des. *per omnia, quae scripsi habuerint coniecturam*. In alias cit. edit. a pag. 593. ad pag. 852.

II. pag. 147. Eiusdem Antiquitatum Iudaicarum Libri IV. posteriores, nimirum XVII. XVIII. XIX. & XX. praevia singulis argumentorum uniuscuiusque Capitis tabula.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. scripturae elegantissimae, cum initialibus litteris singulorum Librorum aureis, & coloratis, & ornatu marginali primae paginae. Constat foliis scriptis 212.

ARISTOTELIS OPERA VARIA.

Cod. CLXVI. I. pag. 1. ARistotelis Physicorum, seu de naturali auditu Libri VIII. per Ioannem Argyropylum Constantinopolitanum in latinum traducti, cum Epistola nuncupatoria ad magnificum, clarissimumque virum Cosmam Medicem, quae inc. *Si qua me umquam tenuit admiratio*. Des. *aut te a nobis accipere decet*. Lib. I. inc. *Quum in universis doctrinis &c.* Liber VIII. des. *nullamque prorsus habeat molem*. Concordat cum alio Exemplari, quod habetur in Codice VII. Plut. LXXXIV. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. III. pag. 242. ubi excerpta quaedam ex Epistola nuncupatoria dedimus. De hisce Argyropyli ex Aristotele versionibus in Medicea Bibliotheca exstantibus, loquitur Christ. Frid. Boërnerus *de doctis hominibus graecis, litterarum graecarum in Italia instauratoribus. Lipsiae per Io. Frid. Gleditschium* MDCCL. 8. pag. 148.

II. pag. 98. b. Eiusdem Liber de Interpretatione traductus ab eodem Ioanne Argyropylo Byzantio, gratia magnifici viri Petri Medicis Florentini, praevia Epistola nuncupatoria ad eumdem, quae ita inscribitur, & inc. *Ioannes Argyropylus Byzantius nobilissimo, atque doctissimo, viro Petro Medici incolumitatem, bonam fortunam, perpetuamque felicitatem. Institui, nobilissime atque doctissime Petre, nonnullos Aristotelis Libros elegantius in latinam linguam traducere*. Des. *quae quidem, non solum civilem, sed contemplativam etiam illam, in quam, arctiorem complectitur vitam. Vale perpetuo felix, atque beatus*. Liber inc. *Primo definire oportet, quidnam sit nomen, & quid verbum &c.* Des. *ut eidem insint contraria simul*, ut in Codice VII. Plut. LXXI. Catalog. Tom. cit. pag. 3. §. III. ubi deest Epistola.

III. pag. 108. Eiusdem Resolutivorum Priorum Liber ab eodem Argyropylo latine redditus. Inc. *Primum dicere oportet*. Des. *quae sunt ex diversis figuris*. Ibid. pag. 4. §. IV.

IV. pag. 121. Eiusdem Resolutivorum Posteriorum Libri II. interprete eodem Ioanne Argyropylo, cum Epistola ad magnificum virum Cosmam Medicem, quae inc. *Vt tibi semel promisi*. Des. *Vale perpetuo felix, atque beatus*. Liber primus inc. *Omnis doctrina*. Liber secundus des. *sese habet similiter*. Ibid. §. V.

V. pag. 157. Eiusdem de Moribus ad Nicomachum Libri X. interprete eodem Ioanne, praevia Epistola nuncupatoria ad praestantissimum virum Cosmam Medicem Florentinum, cuius initium: *Si ea mihi*: Finis: *sunt collocata. Vale*. Liber primus inc. *Omnis ars, omnisque doctrina*. Liber decimus des. *deinceps dicamus*, ut in Cod. I. Plut. LXXIX. Biblioth. Laurent. Tom. cit. pag. 169. §. I.

VI. pag. 235. Eiusdem de Anima Libri III. interprete eodem, item cum Epistola ad Cosmam Medicem, quae inc. *Hominem, ut te non praeterit*. Des. *vehementer coniunxit*. Liber primus inc. *Quum omnem scientiam*. Liber tertius des. *per ipsam significet*, ut in Codice I. Plutei LXXXIV. Biblioth. Laur. Catal. Tom. cit. pag. 234. §. III.

Codex

Digitized by Google

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. eleganter exaratus, cum titulis Librorum, & Capitum rubricatis, & initialibus litteris singulorum Librorum variis coloribus depictis, ac prima tantum Codicis aurata, & ornatu marginali primae paginae, una cum stemmate gentilitio familiae Mediceae. Constat foliis scriptis 262.

EIVSDEM OPERA VARIA EX ANTIQVA VERSIONE.

Cod. CLXVII.

I. pag. 1. ARistotelis Metaphysicorum Libri XIV. Primus inc. *Omnes homines natura scire desiderant*. Vltimus des. *neque haec esse principia*, ut in Codice III. Plut. LXXXIV. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. III. pag. 237. §. I.

II. pag. 59. Eiusdem Physicorum Libri VIII. Primus inc. *Quoniam quidem intelligere*. Octavus des. *& nullam habens magnitudinem*. Ibid. §. II.

III. pag. 99. Eiusdem de Caelo, & Mundo Libri IV. Primus inc. *De natura, scientia fere plurima videtur &c.* Finem non damus, quum magna paginarum confusio bibliopegi incuria in compingendo Codice facta fuerit. Exstat loc. cit. §. III.

IV. pag. 128. Eiusdem de Generatione, & Corruptione Libri II. Primus inc. *De generatione autem*. Secundus des. *non esse corruptibilis*. Ibid. §. IV.

V. pag. 140. Eiusdem Meteororum Libri IV. Primus inc. *De primis quidem igitur caussis*. Quartus des. *plantam, & alia talia*. Ibid. pag. 238. §. XXI.

VI. pag. 167. b. Eiusdem de Anima Libri III. Primus inc. *Bonorum honorabilium notitiam*. Tertius des. *quatenus significet aliquid alteri*. Ibid. pag. 237. §. V.

VII. pag. 183. Eiusdem Liber de Sensu, & Sensato. Inc. *Quoniam autem de anima*. Des. *de memoria, & reminiscentia, & somno*. Ibid. §. VI.

VIII. pag. 187. b. Eiusdem Liber de Memoria, & Reminiscentia. Inc. *De memoria autem*. Des. *dictum est*. Ibid. pag. 238. §. VII.

IX. pag. 189. b. Eiusdem Liber de Somno, & Vigilia. Inc. *De somno autem, & vigilia considerandum est*. Des. *divinatione dictum est*. Ibid. §. VIII.

X. pag. 194. b. Eiusdem Liber de Iuventute, & Senectute. Inc. *De iuventute autem, & senectute*. Des. *quo autem modo, & qualiter dicendum scientibus rationem magis*. Ibid. §. X. ubi coniungitur cum sequenti Libello de Morte & Vita.

XI. pag. 196. Eiusdem Liber de Morte & Vita. Inc. *Est quidem igitur omnibus animalibus commune*. Des. *dictum est de omnibus*.

XII. pag. 197. Eiusdem Liber de Longitudine, & Brevitate Vitae. Inc. *De eo autem quod est*. Des. *quae de animalibus methodus*. Ibid. §. IX.

XIII. pag. 198. b. Eiusdem Liber de Spiritu, & Respiratione. Inc. *De respiratione enim aliqui quidem pauci priorum Physicorum dixerunt*. Des. *de vita quidem igitur, & morte, & de cognatis huius speculationis fere dictum est de omnibus*. Coniungitur autem cum hoc Opusculo Libellus de Morte, & Vita, quem recensuimus paullo supra in §. XI.

XIV. pag. 203. b. Eiusdem Liber de Motibus Animalium. Inc. *De motu autem eo, qui animalium quaecumque quidem circa unumquodque genus ipsorum exsistunt, & quae differentiae, & quae caussae singularium accidentium &c.* Des. *reliquum autem de generatione dicere*. Titulus in editionibus est: *De communi motionis animalium caussa*, aut *de Motione Liber*.

XV. pag. 207. Eiusdem Liber de Progressu Animalium. Inc. *De partibus autem opportunis animalium ad motum*. Des. *his autem determinatis consequens est de Anima contemplari*. Ibid. §. XIV. sub titulo *de Motu Animalium*.

XVI. pag. 211. b. Eiusdem Liber de Proprietatibus Elementorum. Inc. *Postquam praemissus est sermo a nobis in caelo, & in mundo &c.* Des. *hoc est ergo illud, cuius volumus declarationem*. Io. Pico iudice Lib. I. contra Astrologos, cuiuscumque potius, quam Aristotelis est Liber iste. Vide etiam Franciscum Patricium Lib. I. Discussion. Perip. pag. 26. Occurrit in editione Operum Arist. Lat. cum Averois Comment. Venetiis MDLI. fol. Tom. VII. pag. 110.

XVII. pag. 216. b. Eiusdem Liber de bona Fortuna translatus de secundo Magnorum Moralium. Inc. *Habitum autem utique &c.* Des. *quoniam vocamus Kalokagathiam*. Ibid. §. XI.

XVIII. pag. 218. b. Eiusdem Liber de Coloribus. Inc. *Simplices colorum sunt*. Des. *potest videre*. Ibid. §. XVI.

XIX. pag. 222. Eiusdem Liber de Lineis indivisibilibus. Inc. *Vtrum sunt indivisibiles lineae*: Des. *puncta autem habet*. Ibid. §. XII.

XX. pag. 224. Eiusdem Liber de Inundatione Nili. Inc. *Propter quid aliis fluminibus*. Des. *de Nilo quidem igitur haec dicta sunt*. Ibid. §. XIII.

XXI. pag. 225. b. Eiusdem Liber de Mundo. Inc. *Multoties mihi divina quaedam &c.* Des. *confestim particeps esset*. Ibid. §. XVIII.

XXII. pag. 230. b. Eiusdem Liber Elementorum, seu potius Epistola ad Alexandrum. Inc. *Misisti mihi, quod saepe sustinuisti*. Des. *speciem adsumentes*. Ibid. §. XIX.

XXIII. pag. 231. b. Anonymi Liber de Vita Aristotelis. Inc. *Aristoteles Philosophus de gente quidem fuit Macedo*. Des. *manifestum est apud finem Libri de Oratione plane dicens: quod Deus autem intellectus est, aut aliquid ultra intellectum*. Ibid. §. XX. sed in fine diversus.

XXIV.

Digitized by Google

XXIV. pag. 232. b. Liber anepigraphus, qui tamen idem est, atque ille, quem recensuimus supra §. XI. inscriptus *de Morte, & Vita*.

XXV. pag. 234. Eiusdem Liber de Physiognomia. Inc. *Quoniam & animae sequuntur corpus*. Des. *super apparentia fit*. Ibid. pag. 239. §. XXIV.

XXVI. pag. 239. Eiusdem Liber de Vegetabilibus, & Plantis. Inc. *Vita in animalibus, & plantis communiter inventa est*. Des. *vel tota transfertur, quaedam vero parum contusae*. In antiquis latinis Aristotelis Operum editionibus exstat huius Libelli vetus translatio anonymi ex arabico in latinum, Rogerio cuidam dicata, & in duos distincta Libros, sub titulo *de Vegetabilibus*. Eamdem versionem, sed quibusdam mutatis, video in graecolatinis editionibus Operum Aristotelis adferri.

XXVII. pag. 242. Eiusdem Liber de Caussis, seu potius fragmentum cum anonymi Commentario singulis sectionibus intermixto. Textus inc. *Omnis caussa primaria plus est influens super caussatum suum, quam caussa universalis secunda*. Commentarius inc. *Quum enim removet caussa secundam universalis virtutem suam a re, caussa universalis prima non aufert virtutem suam ab ea, quod est, quia caussa universalis prima agit in caussatum caussae secundae, antequam agat in ipsum caussa universalis secunda &c.* Textus Philosophi des. *in quibus dispositionibus suis sub tempore est ens, & generatio similiter*. Commentarius des. *faciens acquirere non acquisitum, sicut ostendimus*. Tum subiungitur: *Explicit Liber Aristotelis de Caussis*, & paullo infra: *Die vigesimo tertio mensis Novembris* MCCCLVIII. *ista philosophia*..... reliqua erasa sunt. Librum hunc divisum in Capita XXXII. manifeste adparet non esse Aristotelis, eo quod multa ab eius dogmatibus diversa contineat, ut monuit Patricius cit. Discuss. Peripatet. p. 26. In ultimis duobus foliis habetur index alphabeticus vocum notabilium, quae in praedictis Operibus occurrunt.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum initialibus singulorum Librorum aureis, atque depictis, & ornatu marginali primae paginae. Occurrit autem in principio Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice VIII., nec desunt identidem Praefationes quaedam marginales antiquae manus. Constat foliis scriptis 249.

EIVSDEM ALIA OPERA EX ANTIQVA VERSIONE.

Cod. CLXVIII. I. pag. 1. ARistotelis de Historia Animalium Libri X. Primus inc. *Harum autem, quae sunt in animalibus partium hae quidem sunt incompositae, quaecumque dividuntur in homoiomera, ut puta carnes; hae autem compositae, quaecumque in anhomoiomera, puta manus &c.* Decimus des. *sed partem ipsius accepit aliquis locus, hanc autem dereliquit quidque multiplex*. In latinis antiquioribus Aristotelis editionibus hi Libri de Historia Animalium plane desiderantur. In aliis Gazae interpretatio Librorum IX. occurrit, quae Nicolao V. Pont. dicata, prodiit Venetiis an. MCCCCLXXVI. fol.

II. pag. 43. b. Eiusdem de Progressu Animalium Liber, ut in Codice superiore §. XV.

III. pag. 47. Eiusdem de Partibus Animalium Libri IV. cum Prooemio, cuius initium: *Inquit Willelmus interpres: Iste Liber, qui inscribitur de Partibus Animalium, immediate sequitur Librum Meteorologicorum, ut dicit Alexander. Aristoteles enim scientiam de animalibus praeordinavit tractatibus de aliis complexionatis, & commixtis*. Finis: *& in his completur tota scientia de animalibus*. Liber primus inc. *Circa hominem theoriam & methodum similiter humiliorem, & honorabiliorem, duo videntur modi habitus esse, quorum hunc quidem scientiam rei bene habet appellare, hunc autem velut eruditionem quamdam*. Quartus des. *his autem determinatis, deinceps est ea, quae circa generationem ipsorum pertransire. Explicit completa anno Domini* MCCLX. X. *Kal. Ianuarii Thebis*. (1)

IV. pag. 66. Eiusdem de Generatione Animalium Libri V. Primus inc. *Quoniam autem de aliis partibus dictum est iis, quae in animalibus, & communiter, & per unumquodque genus de propriis sigillatim &c.* Quintus des. *quaecumque fieri accidit, non gratia huius, sed ex necessitate, & propter quamdam caussam motivam*. Ignotus interpres.

V. pag. 91. Eiusdem de Anima Libri III. ut in Codice superiore §. VI.

VI. pag. 100. b. Eiusdem de Sensu, & Sensato Liber, ut ibid. §. VII.

VII. pag. 104. Eiusdem de Memoria, & Reminiscentia Liber, ut ibid. §. VIII.

VIII. pag. 105. b. Eiusdem de Somno, & Vigilia Liber, ut ibid. §. IX.

IX. pag. 108. b. Eiusdem de Longitudine, & Brevitate vitae Liber, ut ibid. §. XII.

X. pag. 109. b. Eiusdem de Motu Animalium Liber, ut ibid. §. XIV.

XI. pag. 112. Abbreviatio Libri introductorii Almagesti Ptolemaei. Inc. *Dividitur orbis signorum in XII. partes, & nominatur unaquaeque partium eius nomine communi eis omnibus, quod est in graeco thura catunirioni* (sic), *cuius expositio est pars XII. & est signum, & nominatur unum quodque signum nomine proprio ex forma stellarum, quae in ipso formantur*. Des. *secundum considerationem Democriti incipit stella superbi oriri, & ac-*

(1) Haec temporis & loci adnotatio fortasse erat in archetypo illo, unde exscriptus est noster Codex; hic enim tantam vetustatem non sapit.

Digitized by Google

& accidit cum eo aqua. Explicit quod abbreviatum est de Libro Introductorii Ptolemaei ad Librum nominatum Almagesti.

XII. pag. 119. Scriptum super Librum Ethicorum, secundum venerabilem Doctorem sanctum Thomam de Aquino de Ordine Fratrum Praedicatorum. Inc. *Sicut dicit Aristoteles in principio Metaphysicae, sapientis est ordinare, cuius ratio est, quia sapientia est potissima perfectio rationis.* Des. *& terminatio sententiae totius Libri Ethicorum.* Concordat cum alio Exemplari Cod. XLIV. Plut. LXXXIX. super. Biblioth. Gadd. Catal. Tom. III. pag. 311. sub titulo: *Aristotelis Ethicorum Libri X. cum Commentario sancti Tomae Aquinatis.*

XIII. pag. 169. Gualterii de Burlaeo Scriptum super Aristotelis Ethicorum Libros X. praevia Epistola nuncupatoria, quae ita inscribitur, & inc. *Reverendo in Christo, & Domino, Domino A. divina disponente clementia, Duudinensis Sedis Episcopo, G. de Burlaeo sacrae paginae, inter ceteros floridae Vniversitatis Doctores, minimus Professor, humilis vestrae Dominationis servitor, in via salutem & gratiam, & in termino gloriam sempiternam. Etsi multorum Scriptorum in philosophia morali commentarios nostra sollicitudo perlegit &c.* Des. *quod felicitas perfectissima est in illa parte animae, in qua est sapientia, scilicet intellectu.* Commentarius inc. *Omnis ars, & omnis doctrina &c. Scientia moralis, quae est de actionibus voluntariis, ut dicit Augustinus in Prologo super..... Physicorum, habet tres partes principales; prima est de operationibus unius hominis, secundum se, & haec pars vocatur monastica &c.* Des. *& in hoc finitur breviter, & modo facili id, quod de Libro Ethicorum summi philosophi Aristotelis intellexi. Deo gratias. Amen.* Gualterus Burlaey, e discipulo Scoti, Scotistarum adversarius celebris, Magister Oxoniensis, floruit anno circiter MCCCXXXVII. cuius Scriptorum satis prolixum Catalogum consule apud Lelandum Cap. 378.

Codex membranaceus MS. in folio Saec. XIV. binis columnis, diversis manibus exaratus, cum notulis quibusdam in margine, & testimonio Cosmianae liberalitatis in principio, ut in Codice V. Constat fol. scriptis 238.

EIVSDEM ETHICORVM LIBRI X. INTERPRETE LEONARDO ARRET.

Cod. CLXIX. ARistotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X. interprete Leonardo Arretino, praevia Praefatione, & Epistola nuncupatoria ad Martinum V. Pont. Max. ut in Codice LVI. Biblioth. Strozzianae T. superiore pag. 394. §. I. Clauditur autem Volumen hoc brevi Cosmae Medicis elogio: *Cosmas Medices, sicut omnes divitiis, animique magnitudine facile superavit, non minus religione, ac pietatis ardore, Deo, hominibusque pergratus, ceteris excellentior habitus est. Testantur praeclarissima magnificentiae suae monimenta.*

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XV. charactere grandiori, & perpulcro exaratus, cum initialibus litteris singulorum Librorum aureis, & coloratis. Constat foliis scriptis 159.

PORPHYRII, ET ARISTOTELIS OPERA EX VETERI INTERPR.

I. pag. 1. POst titulum rubrica exaratum: *Incipiunt Libri Loycales, & primo Artis veteris*, primum Opus est Isagoge Porphyrii ad Categorias Aristotelis. Inc. *Quum sit necessarium, Chrysaori &c.* Des. *ad discretionem eorum, communitatisque discretionem*, ut in Cod. XIV. Plut. LXXI. Biblioth. Laur. Catal. Tom. III. pag. 5. §. IV. *Cod. CLXX.*

II. pag. 11. Aristotelis Liber Praedicamentorum. Inc. *Aequivoca dicuntur.* Des. *paene omnes enumerati sunt.* Ibid. §. I.

III. pag. 29. b. Eiusdem Liber de Interpretatione sex Principiorum. Inc. *Primum oportet constituere.* Des. *moveri sursum, ut ignis.* Ibid. §. II.

IV. pag. 51. Eiusdem Topicorum Libri VIII. quorum primus inc. *Propositum nostri negotii est methodum invenire &c.* Octavus des. *ad quas abundare difficile est continuo.* Tom. cit. pag. 339. §. VII.

V. pag. 131. b. Eiusdem de Sophisticis Elenchis Libri duo. Primus inc. *De Sophisticis autem Elenchis.* Secundus des. *inventis autem multis habere grates*, ut in Cod. IX. Plut. II. part. sin. Biblioth. S. Crucis, Catal. Tom. IV. pag. 32. §. II.

VI. pag. 156. Eiusdem Priorum Analyticorum Libri duo. Primus inc. *Primum oportet dicere circa quid, & de quo est intentio.* Secundus des. *si autem non erit unum unius signum.* Ibid. §. III.

VII. pag. 230. Eiusdem Posteriorum Analyticorum Libri duo. Primus inc. *Omnis doctrina.* Secundus des. *similiter se habet ad omnem rem a. l. rerum.* Ibid. §. IV.

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XIV. exeuntis, cum initialibus litteris Librorum aureis, variisque coloribus depictis, & cum scholiis aliquot marginalibus, & glossis interlinearibus. Constat foliis scriptis 280.

DIOGENES LAERTIVS.

Cod. CLXXI. LAërtii Diogenis Vitae, atque Sententiae eorum, qui in Philosophia claruerunt, Libris X. interprete Ambrosio Camaldulensium Generali, praevia Epistola nuncupatoria ad Cosmum Medicem, ut in Cod. LXIV. Biblioth. Strozzianae Tom. superiore p. 400. In fine post repetitionem tituli, scriptum legitur: *Pro Magnifico & Ill. Principe.....*

Digitized by Google

scriptus MCCCCLIII. *die* XVI. *Novembris*..... ubi puncta apposuimus, scriptura evanuit. Tandem claudit Codicem tabula virorum illustrium, quorum vitae, & sententiae in praedicto Opere referuntur.

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XV. cum titulis Capitum & Librorum rubricatis, & initialibus litteris aureis, atque depictis. Constat foliis scriptis 238.

IOAN. DE IANVA CATHOLICON.

Cod. CLXXII. Codex est anepigraphus, sed continet Ioannis Ianuensis, seu de Balbis Librum, qui dicitur *Catholicon*, in quinque partes distributum, quarum priores quatuor de Prosodia, seu Grammatica tractant; quinta vero uberrimum Lexicon continet. Grammatica inc. *Prosodia, quaedam pars Grammaticae nuncupatur*. Des. *& etiam quantum ad accentum aliquando*. Lexicon vero a littera A usque ad Z incipit a pag. Cod. 60. b. & quidem ita: *Alma interpretatur virgo abscondita, vel absconsio virginitatis, sicut dicitur in interpretationibus &c.* Desinit in voce *Zosimus, ma, mum, vivax, vel vividus*. Tum subiicitur conclusio, in qua auctor gratias Deo agit de absoluto Opere, hisce verbis: *Immensas omnipotenti Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto gratiarum referimus actiones &c.* ut in Cod. II. Plut. XXVII. partis sinistrae Biblioth. S. Crucis, Catal. Tom. IV. pag. 199. in quo aliud occurrit Exemplar huius immensi Operis. Clauditur tandem Volumen hoc disticho:

Quisquis habet metam, gaudet fecisse dietam.
Hoc Opus explevi tempore credo brevi.

Cod. membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIV. binis columnis, charactere perspicuo, & grandiori exaratus, cum initialibus litteris ad singulas Grammaticae Partes, itemque ad singulas alphabetici Lexici sectiones auratis, & coloratis, quas etiam exornant picturae variae, marginem undequaque ambientes. Constat foliis scriptis 331.

IOANNES TORTELLIVS.

Cod. CLXXIII. IOannis Tortellii Arretini Commentariorum Grammaticorum de Orthographia Dictionum e graecis tractarum Liber, praevia Epistola nuncupatoria, seu Praefatione ad sanctissimum Patrem Nicolaum V. Pont. Max. ut in Cod., LXXXII. Biblioth. Strozzianae Tomo superiore pag. 415.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori Saec. XV. nitide exaratus, cum initiali Praefationis littera inaurata, & ornatu marginali primae paginae, ubi videre est Mediceum stemma a duobus puerulis sustentatum; necnon liberalitatis Cosmianae testimonium, ut in Cod. V. Constat foliis scriptis 197.

LAVRENTIVS VALLA.

Cod. CLXXIV. Codex est anepigraphus, qui tamen continet Laurentii Vallae de Elegantia Linguae Latinae Libros VI. cum Praefatione, cuius initium: *Quum saepe mecum &c.* Finis: *atque hinc principium nostrum auspicemur*. Liber primus inc. *Deus, dea, deabus dicimus &c.* Liber sextus des. *ut talio, stellio, curculio*, ut in Cod. XXXIV. Plut. LII. Biblioth. Laurent. Catal. T. II. p. 573. §. I.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XV. cum initiali Operis littera inaurata, & colorata, & stemmate gentilitio Mediceae familiae in calce primae paginae. Constat foliis scriptis 159.

DONATVS SVPER TERENTIVM.

Cod. CLXXV. TItulo caret Codex, qui tamen ita potest inscribi: *Tib. Claudii Donati Commentarius in quinque Terentii Comoedias*, praevia Poëtae Vita, quae inc. *Publius Terentius Afer, Carthagine natus &c.* cui coniunguntur varia Prolegomena, quae agunt de Comoedia, & Tragoedia. Commentarius in Andriam inc. *Poëta quum primum animum ad scribendum appulit &c. Comoedia Andria, quum palliata sit fabula, de loco nomen accepit*. In Phormionem des. *iudex noster terribilis, scilicet censor paternarum deliciarum. Vides igitur hic consolatam uxoris iracundiam*. Aliud Exemplar occurrit in Cod. VIII. Plut. LIII. Biblioth. Laur. Catal. T. II. pag. 604. cum quo videtur concordare.

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XV. eleganter exaratus, cum initiali Codicis littera aurata, & ornatu primae paginae. Constat foliis scriptis 236.

PRISCIANVS MAIOR.

Cod. CLXXVI. PRisciani Grammatici de octo Partibus Orationis Libri XVI. cum Praefatione ad Iulianum Consulem, ac Patricium, quae inc. *Quum omnis eloquentiae doctrinam &c.* Des. *quo facilius quiquid ex his quaeratur, discretis possit locis inveniri*. Tum sequitur Summarium materiae, quae in unoquoque ex dictis Libris pertractatur. Liber primus inc. *Philosophi diffiniunt vocem esse aërem tenuissimum ictum &c.* Liber ultimus des. *nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus aether. Sidera, polus*, ut in Cod. CXCIII. Biblioth. Aedilium Flor. Eccl. Tomo I. huius supplementi pag. 502. Heic quoque scholia quaedam habentur in margine, manus partim antiquae, partim recentioris. In calce Operis occurrunt alia excerpta ad artem Grammaticam spectantia, inter quae leguntur hi versiculi:

Miles, mercator, vates, parasitus, amator,
Audax, praedives, studiosus, prodigus, amens,

Exer-

Digitized by Google

Exercet, metuit, meditatur, diligit, odit, Maxima, terrificos, subtilia, lauta, pudicos, Praelia, raptores, dictamina, fercula, mores.

Codex membranaceus MS. in 8. Saec. XII. cum testimonio Cosmianae liberalitatis in principio, ut in Cod. IX. Constat fol. scriptis 219.

TERENTIVS VARRO DE LINGVA LATINA.

Cod. CLXXVII. M. Terentii Varronis de Lingua Latina Libri VI. qui supersunt, ut in Cod. CXCI. Biblioth. Aedilium Florent. Eccl. Tom. cit. pag. 500. §. I. cum quo concordant, non solum quoad initium, & finem, sed etiam quoad illa loca omnia, in quibus incidunt defectus memorati Auctoris, qui iisdem ferme verbis adnotantur in margine. Interim notandum varias correctiones, & adnotationes fuisse margini appositas ab eadem scriptoris manu, ac praeterea praetermissa fuisse in textu graeca verba, vacuis spatiis ad ea excipienda relictis.

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XV. valde nitidus, optimeque servatus. Constat foliis scriptis 90.

VALERIVS MAXIMVS.

Cod. CLXXVIII. Codex est anepigraphus, sed continet Valerii Maximi factorum, & dictorum memorabilium Libros IX. ad Tiberium Caesarem, praevio singulis Capitum, quibus constant, elencho; primo vero etiam Praefatione, ut in Cod. CLXXXIV. Biblioth. Aedilium Florent. Eccl. Tom. cit. pag. 493. §. I. Subsequitur in fine alia tabula Capitum uniuscuiusque Libri.

Codex membranaeeus MS. in fol. Saec. XIV. charactere grandiori exaratus, cum initialibus Librorum litteris pictis, & coloratis, & Capitum titulis rubricatis. Constat foliis scriptis 103.

SERVIVS IN VIRGILIVM.

Cod. CLXXIX. I. pag. 1. SErvii Honorati Grammatici Commentarii Bucolicorum Virgilii Liber, ut in Codice CLXXXIX. cit. Biblioth. Aedilium &c. Tom. cit. pag. 498. §. II.

II. pag. 21. Eiusdem Commentarii Georgicorum Libri IV. Ibid. §. III.

III. pag. 55. Eiusdem Commentarii Aeneidos Libri XII. Ibid. pag. 497. §. I.

Codex membranaceus MS. in folio Saec. XV. mirae elegantiae, ac nitoris, cum initialibus litteris singulorum Librorum, auro variisque coloribus depictis, ac titulis, qui in fine cuiuscumque Libri repetuntur, charactere maiusculo ac rubricato exaratis, & cum ornatu marginali primae paginae. Constat fol. scriptis 248.

SENECAE PROSAE, ET CARMINA.

Cod. CLXXX. I. pag. 1. LVcii Annaei Senecae ad Lucilium Epistolae in Libros XX. distributae, ut in Cod. CLXI. Biblioth. Aedilium Florent. Eccl. Tomo citato pag. 465. §. VIII. cum quo concordant quoad initium Epistolae primae, & quoad finem postremae; ibi tamen in Libros duos ac viginti divisae sunt.

II. pag. 128. b. Sententiae Procerum Romanorum, quas Tullius in Lib. de Republica introducit. Inc. *Crassus. Parentes vereri; Deum timere; non minus animi caussam habere, quam corporis; saepius auribus uti, quam lingua &c.* Des. *Idem*, (scilicet *Socrates*) *difficile est iniuriae convenire cum patientia. Idem. Hactenus praeteriti temporis infamiam migrat.*

III. pag. 129. b. Eiusdem ad Paullum Apostolum, & Paulli ad eumdem Epistolae mutuae XIV. praevio S. Hieronymi de Seneca testimonio. Ibid. §. VII.

IV. pag. 131. Eiusdem de Beneficiis Libri VII. Ibid. pag. 464. §. I.

V. pag. 174. Eiusdem de Clementia ad Neronem Libri II. Ibid. pag. 465. §. VI.

VI. pag. 182. b. M. Annaei Senecae Rhetoris Declamationum Libri X. cum Praefatione, quae hunc praefert titulum: *Incipit Seneca decem Rhetorum. Seneca Novato, Senecae Melae filiis salutem*, & inc. *Exigitis rem magis iucundam mihi*. Des. *quum iam caepissent diem ducere*. Declamatio prima Libri primi inscripta, *Patruus abdicatus*, inc. *Liberi parentes alant*. Declamatio ultima Libri X. des. *malo inventus*. Concordant cum alio Exemplari, quod habetur in Cod. XXXV. Plut. LXXVI. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. III. pag. 107. §. XII. de quo, quae praenotavimus, consule.

VII. pag. 213. Lucii Annaei Senecae ad Serenum de Tranquillitate animi. Inc. *Inquirenti mihi quaedam vitia &c.* Des. *animum labentem*. Ibid. pag. 106. §. VI. & VII. Heic enim coniungitur Sereni Epistola ad Senecam cum ipso Senecae Libro *de Tranquillitate animi*.

VIII. pag. 221. b. Eiusdem ad Paullinum de Brevitate vitae. Inc. *Maior pars mortalium, Paulline, de naturae malignitate conqueritur*. Des. *quem barbarorum inconditus, & barbaris quoque humanioribus gravis fremitus circumsonat*. Ibid. §. VIII. ubi tamen finis diversus; in nostro enim Codice videtur esse longior Tractatus, quam in illo.

IX. pag. 234. b. Eiusdem Liber ad Lucilium, quum mundus providentia regatur, quare multa mala bonis viris accidant. Inc. *Quaesisti a me, Lucili*. Des. *timetis diu*.

X. pag. 239. Eiusdem Liber ad Serenum, nec iniuriam, nec contumeliam accipere sapientem. Inc. *Tantum inter Stoicos*. Des. *generis humani est*. Ibid. §. IV. ubi Liber hic

Digitized by Google

sum superiore, duos de Providentia Dei Libros ad Lucilium, constituunt.

XI. pag. 245. Eiusdem ad Marciam de Consolatione filii Liber. Inc. *Nisi te, Marcia*. Des. *qui ista iam novit*. Ibid. pag. 107. §. XI.

XII. pag. 254. b. Eiusdem ad Elbiam matrem de Consolatione Liber. Inc. *Saepe iam, mater optima*. Des. *omnibus saeculis vadit*. Ibid. pag. 106. §. IX.

XIII. pag. 262. Eiusdem ad Novatum de Ira Libri III. ut in huius supplementi Tom. I. pag. 464. §. II.

XIV. pag. 286. b. Eiusdem de beata Vita ad Gallionem Liber. Inc. *Vivere, Gallio*. Des. *laudat navigationem*, ut in dicto Codice XXXV. supra citato Catal. Tom. III. pag. 106. §. V.

XV. pag. 296. Eiusdem de Remediis fortuitorum Liber. Inc. *Licet cunctorum poëtarum*. Des. *sit ista felicitas*, ut in Tomo I. huius supplem. pag. 464. §. III. ubi in fine alia pauca subiunguntur.

XVI. pag. 297. b. Eiusdem, seu potius M. Annaei Senecae Rhetoris Liber de Proclamationibus, & primo de Declamatione Latronis, Post verba: *Exigis rem tam iucundam mihi, quam facilem & cetera, & infra*, inc. *Nil tam mortiferum ingeniis, quam luxuria est. Cantandi, saltandique obscoena studia effaeminatos tenent &c.* Des. *multum semper artibus licuit. Medici, ut vim in natura cognoscerent, viscera hominum reciderunt. Diligentius Dii coluntur irati*. Continet autem hoc Opusculum Capita sex, seu brevia excerpta ex sex Libris Declamationum, quorum primum praefert titulum iam relatum. Secundum inscribitur: *Libro secundo Declamationes Fabriani philosophi*. Tertium: *Libro tertio Declamationes Severi Callii*. Quartum: *Libro quarto Declamationes Pollionis Asinii, & aliorum etiam*. Quintum: *Incipit Liber quintus Declamationum*. Sextum: *Libro sexto Declamationes Albutii*. Clauditur tandem repetitione tituli: *Explicit Liber Senecae de Proclamationibus*.

XVII. pag. 300. b. Eiusdem Liber de Paupertate, & Felicitate. Inc. *Honesta, inquit Epicurus, res est paupertas laeta*. Des. *quae bona sunt, magnitudinem animi dant, divitiae insolentiam*. Hunc Libellum ex Epistolis Senecae excerptum illustravit Leodegarius a Quercu, Paris. MDLVI. 4. Vid. Fabric. Biblioth. Latin. Tom. I. pag. 436.

XVIII. pag. 301. b. Eiusdem de quatuor Virtutibus Liber. Inc. *Quatuor Virtutum species*. Des. *aut deficientem contemnat ignaviam*. Tum subiungitur Epitaphium Senecae, quod habes inter Epigrammata vetera &c. Lugduni apud Mich. Chovet MDCXVI. 8. pag. 80. Inc. *Cura, labor, meritum, sumpti pro munere honores*. Hic Libellus, Senecae falso adscriptus, exstat in Cod. XXXVIII. Plut. LXXVI. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. III. cit. pag. 109. §. IV. ubi tamen desunt versus praenotati. Praeterea absque ulla divisione, memoratis versibus, alii XXI. adnectuntur, praecepta quaedam moralia exhibentes, sine ullo auctoris nomine, qui ita se habent:

Quum sine doctrina, nil proficiat medicina,
Nec sine doctrina, tendantur in aequore lina,
Nec sine doctrina, portum petat ulla carina,
Nec sine doctrina, fugiat lepus ora canina,
Nec sine doctrina, det nobis vinea vina,
Nec sine doctrina, fiat de messe farina,
Audi doctrinam, qui vis vitare ruinam.
Quisquis eris, si credideris fidei mulieris,
Crede mihi, si credis ei, quia decipieris;
Nam dabit illa fidem tibi, quam violabit ibidem.
Nonne vides, quam curta fides manet in muliere?
Crede mihi, si credis ei, quia decipiere;
Dumque tibi iurat, quod te super omnia curat,
Adspice, quod iurat, quam parvo tempore durat.
Postquam discedes, & eam fidam tibi credes,
Attribuens munus si tunc accesserit unus
Turpis, vel luscus, vel toto corpore fuscus,
Hunc tibi praeponet, si maxima munera donet.
Nullus ei charus, nisi qui fore nescit avarus.
Ergo cave, ne tu prave capiaris ab ulla.
Namque fidem servare quidem scit faemina nulla.

XIX. pag. 304. Eiusdem Proverbia. Inc. *Alienum est omne, quidquid optando venit*. Des. *quibus hoc diutius propositum est*. Ibid. pag. 110. §. XI. & XII.

XX. pag. 310. Eiusdem de Quaestionibus Naturalibus Libri VII. Primus inc. *Quantum inter philosophiam interest &c.* Septimus des. *& levi manu quaerimus*. Ibid. pag. 107. §. XIII.

XXI. pag. 359. b. Eiusdem Liber de septem Liberalibus Artibus, ubi docet de eis singulis, quae animum ad virtutem non perducunt, sed praeparant. Inc. *De liberalibus studiis, quid sentiam, scire desideras*. Des. *qui nec hoc quidem nobis reliquerunt, nihil scire*. Non diversus est ab Epistola Senecae LXXXVIII., quam vide.

XXII. pag. 362. b. Eiusdem Liber de Moribus. Inc. *Omne peccatum actio voluntaria est*. Des. *agnosci amat, quod odium ostendit*. Ibid. pag. 109. §. V. ubi finis diversus est.

XXIII. pag. 364. Eiusdem Liber de Consolatione ad Pollionem. Inc. *Nostra compares*. Des. *fremitus circumsonat*. Ibid. pag. 106. §. X. ubi inscribitur *ad Polybium*.

XXIV. pag. 369. b. Eiusdem Liber de Caelo, seu de morte Claudii. Inc. *Quid actum sit in caelo*. Des. *ut a cognitionibus abesset*. Exstat in Tom. I. huius supplem. pag. 477. §. X.

XXV. pag. 374. L. Annaei Senecae poëtae Cordubensis Tragoediae X. eodem ordine, quo iacent in Cod. I. Plut. XXXVII. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. II. pag. 247.

Co-

Digitized by Google

Codex membranaceus MS. in fol. maioti Saec. XV. pulcherrimus, & elegantissimo charactere conscriptus, cum initialibus Librorum, & Opusculorum, litteris aureis varieque depictis, & cum titulis rubricatis, cui praeterea decorem addit ornatus marginalis primi, & quarti Operis, qui tamen postremus ex parte recisus fuit. Occurrit in primis quinque foliis index exactissimus, exhibens argumenta singularum Epistolarum, & aliorum Operum, quae in hoc Volumine continentur; necnon testimonium Cosmianae liberalitatis, ut in Cod. VIII. Constat foliis scriptis 444.

SALLVSTII, FLORI, RVFI &c. OPERA VARIA.

Cod. CLXXXI.

I. pag. 1. CRispi Sallustii facundissimi historici Romani de Bello Catilinario Liber, cum Prologo, ut in Cod. CLXXVIII. Biblioth. Aedilium Flor. Eccl. Tom. I. huius Append. pag. 490. §. III.

II. pag. 14. b. Eiusdem de Bello Iugurthae Regis Numidarum cum Romanis, item cum Prologo, ut ibid. §. IV.

III. pag. 41. Annaei Lucii Flori abbreviatoris Titi Livii Historici Liber, ut in Cod. CLXXXVI. eiusdem Biblioth. loc. cit. pag. 495. §. I. ubi Epitoma haec in Libros IV. dividitur. Heic tamen post vocem *consecraretur*, in qua desinit dictus Codex, subsequuntur haec alia: *nam nomen sacrum est Augustus*, ac deinde a capite: *Lucius Annaeus Florus Senatui Populoque Romano regnatum est Romae annis* CCLXI. *Decemviri creati anno* CCCII. *Bellum Punicum primum anno ab Vrbe condita* CCCLXXXIX. *Secundum* DXXXV. *Tertium* DCIV. *Sociale* DCLXXII. *Aulo Hyrcio & G. Parisa Consulibus anno* DCCX, *quorum Consulatu Caesar Augustus Consul creatus est*, XVIII. *annum agens*.

IV. pag. 76. b. Sexti Rufi Annumeratoris Romanae Historiae Liber. Inc. *Breves fieri clementia tua praecepit*. Des. *tibi palma pacis accedat*, ut in Cod. XXXVIII. Plut. LXVI. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. II. pag. 810 §. IV. ubi Prologus ab Historia secernitur.

V. pag. 82. Plinii Veronensis Secundi Historici Liber de Viris Illustribus. Inc. *Phoca Rex Albanorum Amulium, & Numitorem filios habuit*. Desinit imperfecte in verbis: *cuius infesto adventu, urbe pulsus, in Pharsalia victus, ad Ptolemaeum Alexandriae* ..... Exstat in edit. Iuntina an. MDXV. in 8. a pag. 399. t. usque ad pag. 443. t. lin. 14.

VI. pag. 95. Aemilius Probus, seu Cornelius Nepos de excellentibus Ducibus exterarum gentium, cum Prooemio, quod inc. *Non dubito fore plerosque*. Des. *& in hoc exponemus Libro de vita excellentium Imperatorum*. Series autem virorum illustrium, quorum habentur Vitae, sequens est: I. de Miltiade, II. de Themistocle, III. de Aristide, IV. de Pausania, V. de Cimone, VI. de Lysandro, VII. de Alcibiade, VIII. de Thrasibulo, IX. de Conone, X. de Dione, XI. de Iphicrate, XII. de Chabria, XIII. de Timotheo, XIV. de Datame, XV. de Epaminonda, XVI. de Pelopida, XVII. de Agesilao, XVIII. de Eumene, XIX. de Phocione, XX. de Timoleonte, XXI. de Hamilcare, XXII. de Hannibale. Tum sequuntur versus XII. elegiaci Aemilii Probi, quibus Volumen Nepotis Theodosio Imperatori dono missum prosequitur; adferuntur autem inter testimonia de Cornelio Nepote praemissa editioni Patavinae apud Iosephum Cominum MDCCXX. 8. pag. XXIII. Horum primus est:

Vade Liber noster, fato meliore memento.

ultimus:

Felices, Dominum quae meruere manus.

VII. pag. 126. b. Ex Libro Cornelii Nepotis de Latinis Historicis Vita Attici. Inc. *T. Pomponius Atticus ab origine ultima stirpis Romanae generatus*. Des. *in monumento Q. Caecilii avunculi sui*. In cit. edit. p. 110.

VIII. pag. 131. Ex eodem Vita Catonis. Inc. *Cato ortus municipio Tusculo*. Des. *ad illud volumen delegamus*. In cit. edit. p. 108.

IX. pag. ead. b. Verba ex Epistola Corneliae Gracchorum matris, ex eodem. Inc. *Dices pulcrum esse inimicos ulcisci*. Des. *uti in nullo tempore tute tibi placere possis*. Ibid. pag. 139.

X. pag. 132. b. Svetonii Tranquilli de XII. Caesaribus Liber. Inc. *Iulius Caesar agens sextumdecimum annum, patrem amisit*. Des. *& moderatione insequentium Principum*.

XI. pag. 229. Epitoma Plinii Secundi in Historia Naturali abbreviatum per Dominum Ludovicum de Guastis ad Illustrem Principem Paullum Guinisium, Dominum Lucensem, cum Praefatione, cuius initium: *Etsi compertum habeo, Illustris Princeps Paulle, tot in orbe terrarum Librorum esse volumina &c.* Finis: *quem per te tueri precor, clementissime Caesar*. Epitoma Libri primi inc. *Mundum, sive caelum, sub quo clauduntur sidera &c.* Epitoma Libri XXXVII. des. *& quum multa sint iaspidum genera, sufficiat tuae Celsitudini, P. I. quod dictum de his est. Nam Epitoma hoc, idest breviatio, in qua circa duo potissime versatus est animus, primo, ut minima ex multis excerperem, secundo, ut quidquid scripturus essem, id plano, id omnibus lucido sermone proferam; quod iuxta vota perfecerim hanc brevitatem, & sermonis tenuitatem, tua sine molestia gerat, precor, clementia, Princeps Illustris, & auctorem commendatum suscipiat*. Tum repetitur titulus, ut supra. Aliud Exemplar huius Compendii occurrit etiam in Tom. sup. pag. 168. Cod. CLXIV. ubi deest Praef., & in fine aliquantulum diversum est.

XII. pag. 273. b. Ad praefatum Illustrem Do-

Digitized by Google

Dominum Lucanum Epistola per eumdem Ludovicum, quae sequens est: *Cur tibi, non nisi fama mihi cognito, Princeps Illustris, adscribendum potius, hoc Opus putaverim, quam ulli inter tot orbis Primates, si cui forte vertatur in dubium, praesto ratio est. Nam dum tripartiti orbis globum ingenti cum oblectamine contemplarer, respiceremque ad angustas fauces, per quas se fundens Oceanus, Mediterraneum mare efficit, animo transgressus in Africam sum ab Atlante usque ad Garamantes, Indos, & Libycos veniens; demum ad insignem contemplandam Asiam versus, mira conspexi, quae eo quod alio in loco, si Dii immortales faverint, etiam manuali artificio dicturus sum, praetereo. Sed quoniam idiomatis commercio, forma, & moribus nobis fecit natura difformia, regressus sum ad Europae sinum, percurrens Germanos, & Gallos, usque ad Gaditanum Oceanum; demum totam lustrans Italiam, ut, quinam laude digni Principes illam colerent, mente conspicerem. Et licet in hac multos Proceres tam genere illustres, quam rerum a se gestarum gloria esse profitear, nullum tibi praeferendum censui. Nec adulatum putes. Ego enim non illorum imperia numero, non clientelas, non genus, non gazas, quamquam haec tibi abunde suppetant, sed eam, quae animo tuo virtus inest omnibus perfecta numeris, eam studiorum solertiam, qua sine, nulla animi requies, nullum stabile, vel oblectamen ingens; ea tuae mactae virtutis indicia, per quam urbi tuae praesides sic modeste, ut nemo prudentius. O te felicem, o insignem hac cura Principem, quem tot illustravit natura muneribus, & hoc praecipue, quod summa cum veneratione conspicio, ut posthabitis ceteris, studium colas. Nam hoc, quum reliqua fortunae subiaceant, nec eripi, nec subripi potest, non naufragio, vel incendio amittitur, non tempestatum, nec temporum perturbatione mutatur. Te igitur quum viderim his rebus conspicuum, quae perrarae in Principibus sunt, ceteris praetuli, quum aliquid de Naturali Historia Plinii per formam epitomatis traducturus forem. In quo si brevitatem adspicies, & latinum a Plinio varium, Opusque multis difformitatibus implicitum, excuset haec, precor, tua benignitas, iustissime Princeps. Nam nisi breve esset, epitoma non foret; nisi lucidum, Plinius erat; nisi varium, naturae opera non referret, quae inexcogitatos, & novos semper foetus inducit; nosti enim, quam sit in illis edendis eius mira solertia. Recipe igitur, precor, hunc Librum, & quidquid defectus est, tua insigni moderatione corripias, nec asperneris muneris parvitatem exigui, clementissime Princeps, sed id cum suo auctore ea benivolentia suscipe, qua arbitrari potes esse compositum ad laudis tuae gloriam, quam Dii immortales diu, precor, servent incolumem.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. nitidissimae scripturae, cum initialibus Librorum pictis, & coloratis, & prima Codicis littera aurata, & ornatu marginali primae paginae, stemmate familiae Mediceae decorato, ac praeterea exactissimo indice singulorum Librorum, & Capitum in principio, qui prima quatuor folia complectitur. Constat foliis scriptis 274.

T. LIVII DECAS I.

TIti Livii Patavini Historiographi excellentissimi ab Vrbe condita Liber primus, seu potius Decas prima, ut alibi. In fine legitur: *Titi Livii Patavini ab Vrbe condita Liber decimus explicit feliciter, die* XXIII. *Maii* MCCCCXXXI. *Deo gratias. Amen.* *Cod. CLXXXII.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. cum initialibus singulorum Librorum aureis, atque depictis, ac titulis rubricatis, qui praeterea titulum Operis, quem retulimus, exhibet litteris totum aureis, & maiusculis exaratum, & tabella quadrata item aurea, ac caerulea inclusum. Deest autem prima pagina, quae quum pictura aliqua insigni decorata esset, barbare rescissa fuit; sed nunc ab excellenti artifice Petro Ciatto Florentino, huius Bibliothecae scriptore ac pictore, anno MDCCXCI. feliciter suppleta est. Constat foliis scriptis 203.

T. LIVII DECAS. IV.

TIti Livii Patavini Historiographi excellentissimi de Bello Macedonico, seu Decas quarta, ut alibi. Clauditur autem hoc pacto: *Titi Livii Patavini ab Vrbe condita Liber quadragesimus explicit feliciter.* *Cod. CLXXXIII.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ab eadem manu, qua superior exaratus, iisdemque ornatibus instructus, cum Mediceo stemmate in calce primae paginae. Constat foliis scriptis 175.

IVLII CAESARIS COMMENTARIA.

I. pag. 1. CAii Iulii Caesaris Commentariorum Belli Gallici Libri VIII. quorum postremus est sub nomine A. Hirtii Pansae, cum Epistola nuncupatoria ad Balbum, ut in Cod. VII. Plut. LXVIII. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. II. pag. 839. §. I. Heic quoque in principio singulorum Librorum Censoris nota apponitur, scilicet: *Iulius Celsus Constantinus V. C. emendavit.* *Cod. CLXXXIV.*

II. pag. 91. b. Eiusdem Commentariorum Belli Civilis Pompeiani Libri III. cum solita Censoris nota in principio singulorum Librorum, quemadmodum etiam sequentium, ut in Cod. VI. eiusdem Plutei loc. cit. pag. 839. §. II.

III. pag. 149. Hirtii Commentariorum Belli Alexandrini Liber, ut ibid. §. III.

IV. pag. 167. b. Eiusdem Belli Africani Liber. Ibid. §. IV.

V. pag. 189. Eiusdem Belli Hispaniensis Liber. Ibid. §. V.

Co-

Digitized by Google

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XV. nitidissimus, cum initialibus litteris singulorum Librorum aureis, & ornatu marginali primae paginae. Constat foliis scriptis 199.

PLVTARCHI VITAE VARIIS INTERPRETIBVS.

Cod. CLXXXV.

I. pag. 1. ALexandri Magni viri illustris Vita ex Plutarcho graeco per Guarinum Veronensem, virum eloquentissimum, in latinum traducta. Inc. *Regis Alexandri, Caesarisque, qui Pompeium profligavit &c.* Des. *datis ab Olympiade venenis debilitatus, animi vires amiserat.* Exstat etiam in Codice XXIV. Plut. LXV. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. II. pag. 737. §. I.

II. pag. 24. Caesaris viri illustris Vita ex Plutarcho graeco per Iacobum Angelum de Scarparia in latinum versa. Inc. *Cinnae Dictatoris filiam Corneliam ab Caesare distrahere, potitus rerum, Sylla voluit.* Des. *itaque familiari quodam, ut fama est, ictum fortius adiuvante, moribundus cecidit.* Legitur in prima editione Vitar. Plutarchi pag. CCCXL. ubi dicitur *per Guarinum Oratorem in latinum linguagium traducta.*

III. pag. 43. Vita anepigrapha, sed est Caii Marcii Coriolani, per Guarinum translata. Inc. *Marciorum familia Romae complures ex Patriciis illustres edidit viros.* Des. *adstipulati sunt.* Ibid. pag. 740. §. X.

IV. pag. 53. b. Alcibiadis Vita per Donatum Acciaiolum conversa, cum Praefatione ad Petrum Medicem, quae inc. *Sapientem virum.* Des. *priscis temporibus claruere.* Vita inc. *Alcibiadis genus.* Des. *nec honestatis rationem habuit, sed cum optimo quoque graecorum conferri posse videtur.* Ibid. pag. 741. §. VII. ubi tamen finis diversus est.

V. pag. 73. b. Niciae Vita (1) interprete Alamanno Rinuccino, licet in Codice nomen reticeatur, cum Praefatione ad Petrum Medicem, cuius initium: *Quum graece nuper.* Finis: *loquentem accipe.* Vita inc. *Quoniam, ut arbitror.* Des. *ventura praedixerat.* Ibid. pag. 700. §. III.

VI. pag. 88. b. Marci Crassi Vita, eodem interprete. Inc. *Marcus Crassus patrem habuit &c.* Des. *mortem effecit.* Ibid. §. IV.

VII. pag. 104. Vita Lysandri per Guarinum Veronensem conversa, cum Praefatione ad Leonellum Atestinum, Ferrariensem Principem, cuius initium: *Plurima cernotuas ad nuptias &c.* Finis: *suscipiatur oratio.* Vita inc. *Marmorea Lysandri statua.* Des. *sumus perscrutati.* Ibid. pag. 745. §. I.

VIII. pag. 114. Syllae Vita, eodem Guarino interprete. Inc. *Lucius vero Cornelius Sylla.* Des. *in ferenda iniuria superavit.* Tum sequitur exquisitum de utroque iudicium, quod inc. *Quando & huius percurrimus vitam.* Des. *Principatum reddimus.* Ibid. §. II.

IX. pag. 129. Artaxerxis Vita, interprete Lapo Castelliunculo, cum Prooemio ad Illustrissimum Principem Enfridum, Glocestriae Ducem, quod inc. *Zanonus Episcopus Baucensis.* Des. *alacriorem efficies.* Vita inc. *Artaxerxes ille primus.* Des. *crudelitate superavit.* Ibid. pag. 699. §. I.

X. pag. 139. b. Arati Vita, eodem interprete, cum Prooemio ad Cardinalem Iulianum Caesarinum, cuius initium est: *Quum Arati Sicyonii.* Finis: *esse profiteor.* Vita inc. *Chrysippus philosophus.* Des. *ad nostram pervenit aetatem.* Ibid. pag. 700. §. II.

XI. pag. 155. b. Demetrii Vita, interprete Donato Acciaiolo, cum Prooemio ad clarissimum ac praestantissimum virum Petrum Medicem, cuius initium: *Vitam Demetrii.* Finis: *posteris suis reliquit.* Vita inc. *Praeclaram meo iudicio.* Des. *Romanam introducamus.* Ibid. pag. 748. §. XV.

XII. pag. 177. Marci Antonii Vita, Leonardo Arretino interprete, cum Epistola nuncupatoria ad Coluccium Salutatum, cuius initium: *Marci Antonii vitam.* Finis: *nunc ipsum Antonium videamus.* Vita inc. *Marco Antonio avus fuit Antonius Orator.* Des. *per gradus successor.* Ibid. pag. 553. §. II.

XIII. pag. 198. b. Agidis, & Cleomenis Vitae per Alamannum Rinuccinum e graeco in latinum traductae, cum Praefatione ad Petrum Medicem, cuius initium: *Lacedaemoniorum Regum.* Finis: *in amicorum numerum suscipe. Vale.* Vita inc. *Ixionis fabulam.* Des. *draconem consecrarunt.* Ibid. pag. 744. §. XXII.

XIV. pag. 217. Tiberii & Caii Gracchorum Vitae, Leonardo Arretino interprete. Inc. *De Agide, & Cleomene, quae dicenda fuere, superius enarratis.* Des. *adversa non auferet.* Ibid. pag. 745. §. XXIII.

XV. pag. 227. Agesilai Vita, Alamanno Rinuccino interprete, cum Praefatione ad Laurentium Medicem, Petri filium, cuius initium: *Egisti mecum saepius, optime Laurenti.* Finis: *gaudere intellexero. Vale.* XXIII. *Novembris* MCCCCLXII. Vita inc. *Archidamus Zeuxidami filius &c.* Des. *Leonidas interemit.* Ibid. pag. 746. §. VII.

XVI. pag. 241. Magni Pompeii Vita, Iacobo Angelo interprete. Inc. *Erga Pompeium mox ex ipso initio.* Des. *apud Albanum positae sunt.* Ibid. §. VIII.

XVII. pag. 264. b. Dionis Vita, interprete Francisco Philelpho (2), cum Praefatione ad Franciscum Barbarum, cuius initium: *Quum Plutarchum &c.* Finis: *quasi postliminio caepit.* Vita inc. *Profecto Sossi Senecio.* Des. *singulatim perscriptum est.* Ibid. pag. 747. §. XIV.

XVIII.

(1) Ante Praefationem habetur iterum descripta pars Vitae Caii Marcii Coriolani, incipiens a verbis: *Mortalium tollenda religio est &c.* usque ad finem, quae unius paginae spatium complectitur.

(2) In Cod. tamen nomen *Guarini Veronensis*, adscriptum est, tamquam interpretis huius vitae.

Digitized by Google

XVIII. pag. 279. Marci Bruti Vita, interprete Iacobo Angelo. Inc. *Marci Bruti progenitor*. Des. *fuisse dicimus*. Tum subiicitur comparatio & diligens de Bruto ac Dione iudicium, interprete Francisco Philelpho, quod inc. *His itaque hominibus*. Des. *permaneret, imperavit*. Ibid. §. eodem. Clauditur tandem Codex hac subscriptione: *Explicit iudicium, seu comparatio Dionis, & Marci Bruti feliciter* MCCCCLXVIII. *die* XIII. *mensis Iunii per Petrum de Traiecto scriptum*.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. charactere perspicuo exaratus, & scholiis undequaque conspersus, cum initialibus singularum Vitarum auratis, & depictis, & titulis rubricatis, necnon prima Codicis pagina ornatu marginali insignita, cum stemmate gentilitio familiae Mediceae. Constat foliis scriptis 294.

CICERONIS EPISTOLAE, ET ALIA OPERA RHETORICA.

Cod. CLXXXVI. I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis clarissimi Oratoris Epistolarum ad Brutum Liber singularis, ut in Tomo superiore pag. 382. §. I.

II. pag. 8. Eiusdem Epistolarum ad Quintum fratrem Libri III. ut ibid. §. II.

III. pag. 24. Eiusdem Epistolarum ad Atticum Libri XVI. ut ibid. §. IV. Vltimus autem harum Epistolarum Liber in repetitione tituli in fine *vigesimus* nuncupatur, quia ipsorum numeratio cum superiorum quatuor Librorum numeratione continuatur.

IV. pag. 136. Eiusdem Epistolarum Familiarium, seu ad diversos Libri XVI. ut ibid. pag. 381. §. I.

V. pag. 260. Eiusdem de Oratore Libri III. ut in Cod. CCVII. Biblioth. Aedil. Flor. Eccl. T. I. huius Append. pag. 523. §. III.

VI. pag. 322. Eiusdem Liber, qui inscribitur Tullius Orator ad Brutum. Ibid. §. II.

VII. pag. 340. Eiusdem Liber, qui inscribitur Brutus. Ibid. §. I.

VIII. pag. 365. Eiusdem Rhetoricorum ad Caium Herennium Libri IV. Ibid. pag. 522. §. II.

IX. pag. 396. Eiusdem Rhetoricorum contra Hermagoram, sive de Inventione Libri duo. Ibid. §. I.

X. pag. 429. b. Eiusdem Oratoriae Partitiones. Ibid. pag. 525. §. V.

XI. pag. 440. Eiusdem Topicorum Liber. Ibid. §. VI.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. nitidissimus, cum initialibus singulorum Librorum aureis & coloratis, & titulis rubricatis, cum ornatu in prima pagina, ubi videre est Ciceronis effigiem in littera initiali ad vivum expressam, cuius quidem primae paginae inferior margo stemma fortasse gentilitium Mediceae familiae exhibens, recisus fuit. Adest etiam in principio indiculus Operum, quae in hoc Volumine continentur, & Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Cod. VIII. Hic autem Codex collatus fuit ab Hieronymo Lagomarsino S. I. & num. 51. designatus, die XXVI. Aprilis MDCCXLII. Constat foliis scriptis 446.

EIVSDEM ORATIONES.

I. pag. 1. M Arci Tullii Ciceronis clarissimi Oratoris de magni Pompeii laudibus, seu pro Lege Manilia Oratio. Cod. CLXXXVII. Inc. *Quamquam mihi semper*. Des. *praeferre oportere*.

II. pag. 8. Pro Rege Deiotaro.

III. pag. 12. b. Pro Milone.

IV. pag. 23. Pro Cn. Plancio.

V. pag. 35. Pro P. Sylla.

VI. pag. 45. De Haruspicum Responsis.

VII. pag. 53. Pro L. Murena ad Iudices.

VIII. pag. 65. Pro Sexto Roscio Amerino. Heic ad lacunam, quae incidit in pag. Cod. 76. adscriptum est in margine *deficit*.

IX. pag. 78. b. Pro L. Cornelio Balbo.

X. pag. 86. Pro P. Sextio.

XI. pag. 100. Pro Domo sua ad Pontifices.

XII. pag. 116. b. Pro P. Quintio.

XIII. pag. 126. Pro L. Flacco.

XIV. pag. 136. b. Pro Aulo Cluentio Avito.

XV. pag. 159. Pro Aulo Caecina.

XVI. pag. 168. b. Pro C. Rabirio Posthumo.

XVII. pag. 172. Pro C. Rabirio Perduellione. Ad lacunam huius Orationis pag. Cod. 173. adscriptum est in margine *deficit*.

XVIII. pag. 174. b. Pro Roscio Comoedo. Ad principium huius Orationis scriptum est in margine *deficit*, itemque ad initium sequentis.

XIX. pag. 179. De Lege Agraria contra Rullum.

XX. pag. 181. De Lege Agraria contra P. Servilium Rullum Tr. Pl. Liber secundus.

XXI. pag. 191. De Lege Agraria ad Populum Liber tertius.

XXII. pag. 192. In Pisonem. In principio huius Orationis notatum est *deficit*.

XXIII. pag. 201. b. Invectivarum in L. Catilinam Liber primus.

XXIV. pag. 204. b. Liber secundus.

XXV. pag. 207. b. Liber tertius.

XXVI. pag. 210. b. Liber quartus.

XXVII. pag. 213. C. Crispi Sallustii in M. Tullium Ciceronem.

XXVIII. pag. 214. M. Tullii Ciceronis in C. Crispum Sallustium.

XXIX. pag. 215. b. Pro A. Licinio Archia Poëta.

XXX. pag. 219. In Vatinium testem. Finis huiusce Orationis concordat cum illo Codicis VI. Plut. XLVIII. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. II. pag. 429. §. VII.

XXXI. pag. 422. b. Ad Equites Romanos,

Digitized by Google

nos, pridie quam iret in exsilium, ut in Cod. VII. Tom. cit. pag. 430. §. VIII.

XXXII. pag. 225. Oratio, qua Populo gratias agit de reditu suo.

XXXIII. pag. 227. b. Oratio, qua Senatui gratias agit post reditum suum.

XXXIV. pag. 232. Pro M. Caelio.

XXXV. pag. 239. b. De Provinciis Consularibus.

XXXVI. pag. 244. b. Pro M. Marcello.

XXXVII. pag. 247. Pro Q. Ligario.

XXXVIII. pag. 250. Pro Marco Fonteio.

XXXIX. pag. 255. In C. Verrem Orationes VII.

XL. pag. 371. b. Philippicae Orationes XIV.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. elegantissime, ab eadem qua superior manu, ut videtur, exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus litteris singularum Orationum aureis, variisque coloribus depictis, itemque cum ornatu marginali primae paginae, in qua stemma gentilitium Mediceae familiae praefulget; nec deest testimonium Cosmianae liberalitatis, ut in Cod. V. Codex item ab Hieronymo Lagomarsino S. I. collatus, & numero 1. distinctus, mense Ian. MDCCXLV. Constat foliis scriptis 422.

CICERONIS OPERA PHILOSOPHICA.

Cod. CLXXXVIII.

I. pag. 1. M. T. Ciceronis clarissimi Oratoris de Officiis Libri III. ut in Tom. I. huius Supplem. pag. 527. §. IV.

II. pag. 38. b. Eiusdem de Amicitia Liber. Ibid. pag. 526. §. I.

III. pag. 48. b. Eiusdem de Senectute Liber. Ibid. §. II.

IV. pag. 57. b. Eiusdem de Paradoxis. Ibid. §. VI.

V. pag. 62. b. Eiusdem de Somnio Scipionis Liber. Ibid. pag. 522. §. III.

VI. pag. 65. Eiusdem Tusculanarum Disputationum Libri V. Ibid. pag. 526. Cod. CCXI. §. I.

VII. pag. 118. Eiusdem de Finibus Bonorum & Malorum Libri V. Ibid. pag. 527. §. II.

VIII. pag. 169. b. Eiusdem de Natura Deorum Libri III. Ibid. §. III.

IX. pag. 210. Eiusdem de Divinatione Libri II. Primus inc. *Vetus opinio est*. Alter des. *quae quum essent dicta, surreximus*.

X. pag. 239. b. Eiusdem de Fato Liber. Inc. *Quia quae pertinent ad mores*. Des. *vel si volunt omnibus naturaliter*. Tum subiicitur: *M. T. C. de Fato fragmentum explicit feliciter*.

XI. pag. 244. b. Eiusdem de Legibus Libri III. Primus inc. *Lucus quidem ille*. Tertius des. *& idipsum, quod dicis, exspecto*.

XII. pag. 264. Eiusdem de Academicis Quaestionibus Libri III. Primus inc. *In Cumano nuper &c.* Tertius des. *nos ad naviculas descendimus*.

XIII. pag. 290. Eiusdem Timaeus. Inc. *Multa sunt a nobis &c.* Des. *neque datum est mortalium generi, Deorum concessu, atque munere, neque dabitur*.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ab eadem, ut videtur, manu, ac superiores duo, exaratus, cum litteris item initialibus singulorum Librorum aureis, ac titulis rubricatis, necnon stemmate Mediceo in prima pagina, cuius margo totus pictura decoratus est; testimonio pariter instructus Cosmianae liberalitatis, ut in Cod. V. Constat foliis scriptis 295.

CICERONIS OPERA QVAEDAM PHILOSOPHICA.

I. pag. 1. MArci Tullii Ciceronis de Amicitia Liber, ut in Cod. superiore §. II. Cod. CLXXXIX.

II. pag. 19. b. Eiusdem de Senectute ad Atticum. Ibid. §. III.

III. pag. 31. b. Eiusdem de Paradoxis Liber, seu potius fragmentum, desinens in verbis: *metuebam, ne a lenonibus esse diceres. Socrates disputabat isto modo. Bene hercule narras; non istum*..... quae pertinent ad Paradoxum tertium cit. edit. Amstael. apud Westenios MDCCXXIV. fol. Tom. II. Part. II. pag. 974. §. II. Vltimum autem Codicis folium continet fragmentum Libri de Senectute incipiens a verbis..... *quam palmam Dii immortales, Scipio, utinam tibi reservent &c.*, & desinens in verbis: *num philosophorum principem Pythagoram, Democritum? num Platonem? num Xenocratem?*..... In cit. Tomo pag. 945. a §. 19. ad §. 23. lin. 4.

Codex chartaceus MS. in 4. Saec. XV. ineuntis, cum initialibus Librorum pictis, & coloratis, & titulis rubricatis, in cuius prima pagina legitur hoc monumentum: *Hic Liber fuit venerabilis Presbyteri Laurentii Florentini, qui per multos annos fuit Capellanus in hac praeclara Abbatia S. Bartholomaei de Fesulis, in qua laudabiliter vixit, postremo sancto fine quievit in anno Domini* MCCCCXLVII. *quem Librum in morte reliquit, ut esset ad usum D. Laurentii de Placentia, Canonici R. & Professi eiusdem Abbatiae, qui D. Laurentius in ultima sua infirmitate eidem Presbytero cum magna charitate servivit, & diligentia. Qui quidem Liber fuit confirmatus eidem D. Laurentio, quod esset ad usum suum, a D. Isaia Esten. tunc Abbate ipsius Monasterii, cum hac conditione, quod ipsum haberet ad usum toto tempore vitae suae, sed quod post mortem suam, sit ad perpetuum usum Canonicorum Regularium, degentium in ipsa Abbatia, & tunc redigatur ad communem usum, nec amplius spectet ad particularem usum, aut proprietatem alicuius*. Constat fol. script. 35.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS OPERA.

Cod. CXC.

I. pag. 1. PVblii Virgilii Maronis Bucolica, ut alibi,

II. pag. 15. b. Eiusdem Georgicorum Libri IV. praevio singulis argumento, quatuor versibus hexametris comprehenso, sub nomine Ovidii.

III. pag. 52. b. Eiusdem Aeneidos Libri XII. praevio singulis argumento, versibus un ecim comprehenso, ut alibi. Primo autem Libro praecedit aliud Dodecastichon, exhibens argumenta singulorum duodecim Librorum Aeneidos, item sub nomine P. Ovidii Nasonis. In calce autem Libri duodecimi legitur scriptoris nomen hoc pacto: *Antonius Marii filius, Florentinus Civis atque Notarius, transcripsit Florentiae* v. *Idus Aprilis* MCCCCXLV. *Valeas qui legis.*

IV. pag. 213. Octaviani Caesaris carmina contra testamentum Virgilii facta, & in eius laudem, per quod disposuerat Opus Aeneidorum (*sic*) debere cremari. Inc.

Ergone supremis potuit vox improba verbis &c.

Inter Epigr. vet. Lugduni apud Mich. Chovet MDXCVI. 8. pag. 58.

V. pag. ead. b. Distichon inscriptum *Carmina Tuchae, & Varii*, quod sequens est:

Cedite Romani Scriptores, cedite Grai,
Nescio quid maius nascitur Iliade.

Ex Propertii Lib. II. Eleg. XXV. vers. 65.

VI. pag. ead. Nota de Virgilio. Inc. *Publius Virgilius Maro, genere Mantuanus, dignitate Eques Romanus &c.*

VII. pag. 214. Epitaphia disticha Virgilii a XII. Sapientibus viris composita. Primum Palladii sequens est:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.

Vltimum Eus enii:

Conditus hic ego sum, cuius modo rustica musa
Per silvas, per rus venit ad arma virum.

Inter cit. Epigr. pag. 79. ubi est sub nomine Palladii.

VIII. pag. ead b. Epitaphia tetrasticha totidem eorumdem de Virgilio. Primum Pompeiani inc.

Prima mihi musa est, sub fagi Tityrus umbra &c.

Vltimum Eustenii des.

Quum tibi me rapuit, Mantua, Parthenope.

Ibid. pag. 77. ubi est sub nomine Maximiani.

IX. pag. 215. b. Virgilii carmina (IX.) ad Imperatorem. Inc.

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane &c.

Ibid. pag. 42.

X. pag. ead. Aliud Epigramma anepigraphum, sed est in persona eiusdem Virgilii, sex versibus elegis constans. Inc.

Melliſluum quisquis Romanum nescit Homerum &c.

Ibid. pag. 57. ubi legitur *Maeonium* pro *Melliſluum*.

XI. pag. ead. Epitaphium supra Virgilium, quod sequens est:

Pastor, arator, eques, pavi, colui, superavi,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

Ibid. pag. 43.

Codex membranaceus MS. in 4. maiori Saec. XV. nitidissimus, cum initialibus singulorum Librorum aureis, & coloratis, titulis rubricatis, & stemmate quodam gentilitio in prima pagina. Constat fol. script. 215.

BOCCACCII GENEAL. DEORVM.

Cod. CXCI.

GEnealogiae Deorum Gentilium ad Hugonem inclytum Ierusalem, & Cypri Regem, secundum Ioannem Boccaccium de Certaldo, Libri XV. praevia Epistola nuncupatoria ad dictum Regem, ut in Tomo I. huius App. pag. 488. §. I. In calce post repetitionem tituli, legitur scriptoris nota sic: *Die prima mensis Aprilis hic Liber est scriptus per Pierum Ser Michaëlis de Florentia.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, cum titulis rubricatis, & quibusdam schematibus, seu arboribus, varias Deorum genealogias exhibentibus, summa diligentia delineatis, & prima Codicis littera aurata, & stemmate cuiusdam familiae in calce primae paginae. Praecedit autem in primis septem foliis exactissimus index Rubricarum totius Operis. Constat foliis scriptis 160.

LECTIONARIVM DE TEMPORE.

Cod. CXCII.

LEctionarium de Tempore secundum consuetudinem Romanae Curiae, scilicet Lectiones, quae recitantur in Officio Divino ad Matutinum in Dominicis, & Feriis per totius anni circulum, incipientes a Dominica prima de Adventu, & desinentes in Dominica XXIV. post Pentecosten.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis, charactere grandiori exaratus, cum ornatu in prima pagina, quae stemmate Mediceo decorata est, & titulis rubricatis, in fine mutilus. Constat foliis scriptis 260.

LECTIONARIVM DE SANCTIS.

Cod. CXCIII.

LEctionarium proprium de Sanctis, & de Communi Sanctorum, item secundum consuetudinem Romanae Curiae, scilicet Lectiones, quae recitantur ad Matutinum in Officio proprio Sanctorum, & in Communi eorumdem. Incipiunt autem a festo sancti Saturnini martyris, & desinunt in festo sanctae Catharinae virginis, & martyris.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, ab eadem manu, qua superior exaratus, iisdemque ornatibus instructus, in quo Mediceum stemma bis repetitum

Digitized by Google

titum occurrit, scilicet in principio Lectionum de Sanctis, & in principio Lectionum de Communi eorumdem, item in fine mutilus. Constat foliis scriptis 328.

EPISTOLAR. ET EVANGELISTAR.

Cod. CXCIV. I. pag. 1. EPistolarium, seu Liber Epistolarum, quae leguntur in Missis per totius anni circulum, incipiens ab Epistola pro Dominica prima de Adventu, & desinens in Epistola *pro agenda mortuorum*, ut in Cod. CXII. Biblioth. Aedil. Flor. Eccles. Tom. I. huius Suppl. pag. 171.

II. pag. 69. Evangelistarium, seu Liber Evangeliorum, quae item leguntur in Missis per totius anni circulum, eodem ordine, quo habentur Lectiones Epistolarum, de quibus mox loquuti sumus.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XV. ineuntis, binis columnis, ab eadem manu, qua superiores duo, exaratus, ornatu tamen primae paginae Epistolarii, & Evangelistarii, manu aliquantum recentiori elaborato; quem praeterea decorat imago S. Paulli Apostoli in littera initiali Epistolae ad Romanos pro Dominica prima de Adventu, depicta, ac Mediceum stemma in calce primae paginae expressum. Hic quoque Codex in fine mutilus est. Constat foliis scriptis 137.

MISSALE.

Cod. CXCV. ORdo Missalis secundum consuetudinem Romanae Curiae, in principio, & in fine mutilus. Incipit a fragmento primae Missae in die Natalis Domini, & desinit in Introitu Missae in honorem sanctae Crucis.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, charactere grandiori exaratus, in quo rescissum fuit folium ante Canonem Missae, exhibens fortasse imaginem Crucifixi Domini nostri Iesu Christi. Constat foliis scriptis 264.

ANTIPHONARIVM.

Cod. CXCVI. LIber ad usum chori, continens primo Invitatoria pro diversis anni festivitatibus; secundo Antiphonas, & Responsoria pro Officio Defunctorum; tertio Antiphonas & Responsoria pro Officio Transfigurationis D. N. I. C. una cum Introitu, & reliquis quae canuntur in choro ad Missam eiusdem festi.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. cum notis musicis, in fine mutilus. Constat foliis scriptis 67.

ANTIPHONARIA.

Cod. CXCVII. & CXCVIII. EXemplaria duo continentia Antiphonas, quae canuntur in Processionibus, quae fiunt in festo Purificationis B. Mariae Virginis, & in Dominica Palmarum, ad usum eorum, qui Cantorum officio funguntur. Subiunguntur in fine Responsoria pro mortuis.

Codices membranacei MSS. in 4. Saec. XIV. cum notis musicis. Constant singuli foliis scriptis 25.

CONSTITVTIONES CANONIC. REGVL. S. SALVATORIS.

ORdinationes, & Constitutiones Canonicorum Regularium Congregationis Salvatoris Lateranen. in tres partes distributae, cum Praefatione, quae inc. *Quum sacrosancta mater Ecclesia multis sit vivendi decorata generibus &c.* Des. *singula diligenter explanare curabimus*. Prima pars, Capitibus constans XXXVI. quorum praecedit index, inc. *Primum quidem studere debemus, ut iuxta fragilitatem nostram, beati Patris nostri Augustini Regulam tota affectione servemus*. Pars tertia, cuius Capita sunt XXII. praevio item ipsorum indice, des. *quae extra praesens volumen essent, cassentur, & annullentur, nulliusque sint roboris, vel momenti.* *Cod. CXCIX.*

Codex membranaceus MS. in 8. Saec. XV. in cuius principio legitur: *Est Monasterii sancti Vbaldi extra Vgubium*; in calce vero sequens monumentum scriptum est: *Nota quod reformatio huius sancti loci fuit celebrata anno Domini millesimo quingentesimo undecimo, die*(1)..... *Domno Gabriele Vicentino, Rectore Generali exsistente, sub Iulio II. Pontifice Maximo.* Constat foliis scriptis 49.

ANTIPHONARIVM I.

AB hoc numero usque ad numerum CCXXVI. inclusive sequuntur Volumina XXVII. in fol. atlantico, continentia Antiphonas, Responsoria, Introitus, Gradualia, Offertoria, Psalteria, & quidquid aliud pertinebat olim ad usum chori Abbatiae Fesulanae Canonicorum Regularium Lateranensium, & quidem hoc ordine. *Cod. CC.*

Antiphonarium I. continens Invitatoria, Responsoria, & Antiphonas ad Matutinum, & ad Vesperas in Officio de Tempore, a Dominica I. de Adventu usque ad vigiliam Nativitatis Domini. Tam hoc, quam sequentia Volumina abundant picturis valde elegantibus, quibus ornantur initiales litterae ad Invitatoria, Antiphonas, Responsoria &c. quibusque pictor sensum quodammodo exprimere conatus est verborum, a quibus exordiuntur; cuius quidem rei exemplum esto initialis littera Responsorii primae lectionis in Dominica I. de Adventu, quod inc. *Adspiciens a longe &c.* ubi exhibuit Isaiam Prophetam stantem, & manu

(1) Ita est in Codice.

Digitized by Google

nu ad caput erecta sursum, a longe adspicientem.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. cum ornatu marginali paginae 4. & stemmate Mediceo in ipsius margine inferiori. Constat foliis scriptis 155. designatus littera A.

ANTIPHONARIVM II.

Cod. CCI. COntinet Invitatoria, Responsoria, & Antiphonas, ut supra, a vigilia Nativitatis Domini usque ad Dominicam infra Octavam Epiphaniae. Heic quoque occurrunt initiales litterae ad diversas Antiphonas, & Responsoria eleganter depictae, auro, variisque coloribus inlitae, cum figuris sanctorum, ad quos pertinent praedictae Antiphonae, nimirum S. Stephani, S. Ioannis Evangelistae, & pueri Iesu, necnon S. Ioannis Baptistae in Iordane Salvatorem Dominum baptizantis &c.

Codex membranaceus MS. in folio atlantico, Saec. XV. Constat foliis scriptis 173. designatus littera B.

ANTIPHONARIVM III.

Cod. CCII. ANtiphonae, Invitatoria, Responsoria &c. a sabbato post Octavam Epiphaniae usque ad Dominicam III. Quadragesimae. Hic quoque Codex abundat initialibus litteris mira arte depictis. Insigniores sunt illae, quae exhibent pag. 79. Creationem Mundi, pag. 100. b. Diluvium Orbis universale, pag. 119. Abrahami Sacrificium.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. cum eodem monumento in principio, ut in Codice superiore. Constat foliis scriptis 166. designatus littera D.

ANTIPHONARIVM V.

Cod. CCIV. ANtiphonae, Invitatoria, & Responsoria pro festis de Tempore, quae occurrunt a Dominica Paschae usque ad festum Corporis Domini inclusive, cum initialibus litteris mirifice illuminatis, quae exhibent, ut plurimum, imagines illorum Apostolorum, & Evangelistarum, e quibus sunt desumpta; aliae vero ex dictis initialibus litteris sub oculos ponunt rem illam, qua de agitur in ipsis, vel Antiphonis, vel Responsoriis.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. in cuius calce legitur monumentum, ut infra: *Anno Domini* MDCIV. *mense Maio hoc Antiphonarium exacta diligentia correctum fuit, iuxta formam Breviarii Clementis VIII. iussu editi.* Constat foliis scriptis 192. designatus littera E.

ANTIPHONARIVM VI.

Cod. CCV. SEquuntur Antiphonae, Invitatoria, & Responsoria de Tempore a prima Dominica post Pentecosten usque ad Adventum, cum litteris item initialibus aureis ad singula exhibentibus, ut supra, icones variorum Prophetarum, e quorum Libris sunt excerpta. Hasce autem litteras exornant etiam picturae marginales elegantissime elaboratae.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. Constat foliis scriptis 162. designatus littera F.

ANTIPHONARIVM VII.

Cod. CCVI. POst Antiphonas Officiorum de Tempore, succedunt Antiphonae, & Responsoria in Officiis propriis Sanctorum. Incipiunt autem in hoc Codice a festo S. Andreae, & progrediuntur usque ad festum Cathedrae S. Petri in Antiochia, cui subiunguntur etiam manu recentiore Antiphonae, & Responsoria pro Officio Conceptionis B Mariae Virginis.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. in cuius tegmine interiori adnotatum est: *Anno Domini* MDCIV. *mense Ianuario hoc Antiphonarium solerter revisum fuit, ac pluribus mutatis, a quibus scatebat erroribus, expurgatum, iuxta formam correctionis Breviarii iussu S. D. N. Clementis VIII. editi.* Constat foliis scriptis 146. designatus littera G.

ANTIPHONARIVM VIII.

Cod. CCVII. ANtiphonae, Invitatoria, & Responsoria in proprio Sanctorum, a festo Annuntiationis usque ad Visitationem B. Mariae Virginis, ubi in principio additae sunt sequiori tempore Antiphonae ad Vesperas fe-

Digitized by Google

festi Exspectationis Partus eiusdem Virginis. Figurae, quae singulorum Officiorum initiales ornant litteras, sunt multo elegantiores, quam in superioribus Antiphonariis, ac praecipue illa exhibens B. Virginem Mariam ab Angelo salutatam, ubi etiam in margine depicti sunt Prophetae, qui adventum Domini vaticinati sunt.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. in cuius calce legitur: *Anno Domini* MDCIV. *mense Maio hoc Antiphonarium solerter inspectum fuit, & expurgatis erroribus, iuxta formam Breviarii Clementis VIII. iussu editi, est reformatum*. Constat foliis scriptis 176. designatus littera H.

ANTIPHONARIVM IX.

Cod. CCVIII. ANtiphonae, Invitatoria, & Responsoria in Officio proprio Sanctorum, a festo S. Mariae Magdalenae usque ad festum Decollationis S. Ioannis Baptistae. In hoc Volumine initialibus litteris auratis accedit etiam ornatus quidam marginalis. Officia vero tam S. Barptolemaei Apostoli, quam S. Doctoris Augustini, Antiphonas habent proprias, ubi notandum, initialem litteram S. Apostoli Barptolemaei Officium praeeuntem, fortasse ceteris pulcriorem, eo quod Abbatia haec sub eius esset invocatione, fuisse recisam; initialem vero praemissam cuidam Responsorio, quod inc. *Invenit se Augustinus longe esse a Deo in regione dissimilitudinis &c.* exhibere sanctum Augustinum sedentem, cogitabundum, capite super ambas manus inclinato.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. Constat foliis scriptis 171. designatus littera I.

ANTIPHONARIVM X.

Cod. CCIX. ANtiphonae, Invitatoria, & Responsoria in Officio proprio Sanctorum, a festo Nativitatis sanctae Mariae Virginis usque ad festum sancti Clementis Papae inclusive, cui subiungitur Officium in Dedicatione Ecclesiae. Huius quoque Codicis initiales litterae, praeter pulcritudinem imaginum Sanctorum, ad quos pertinent Officia, sunt etiam ornatu marginali elegantissimo decoratae.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. cum monumento correctionis in principio, quod ita habet: *Anno* MDCIII. *mense Decembri, hoc Antiphonarium accurate revisum fuit, ac a plurimis, quibus scatebat erroribus emendatum, iuxta formam correctionis Breviarii, iussu S. D. N. Clementis VIII. editi*. Constat foliis scriptis 162. designatus littera K.

ANTIPHONARIVM XI.

Cod. CCX. ANtiphonae, & Responsoria pro Communi Sanctorum, incipiendo a Communi Apostolorum, & desinendo in Communi Viduarum, tam tempore Paschali, quam extra tempus Paschale.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. cum stemmate Mediceo in principio, & ornatu marginali illius paginae, in qua incidit primum Apostolorum Responsorium, ubi videre est in littera initiali Salvatorem in medio duorum Discipulorum stantem, quos ad praedicandum Evangelium mittit. Constat foliis scriptis 152. designatus littera L.

MISSALE I.

Cod. CCXI. INtroitus, Gradualia, Offertoria, & Communiones, quae canuntur in choro in Missis de Tempore, a Dominica prima de Adventu usque ad sabbatum Quatuor Temporum Quadragesimae inclusive, cum tribus pulcherrimis picturis ad initiales litteras Introitus Dominicae primae de Adventu, tertiae Missae Nativitatis Domini, & Epiphaniae; prima exhibet Prophetam David psallentem, & oculos ad Dominum sublevantem; altera puerum Iesum in praesepio reclinatum, adstantibus hinc B. Virgine, & illinc B. Ioseph; tertia Magos, munera sua nato Domino offerentes.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. cum prima pagina mirifice ornata per totum marginem, & litteris ad singulos Missarum Introitus, Offertoria &c. aureis. Constat foliis scriptis 236. designatus littera M.

MISSALE II.

Cod. CCXII. INtroitus &c. pro Missis a Dominica II. Quadragesimae usque ad sabbatum ante Dominicam Palmarum. In calce legitur sequens subscriptio ex parte erasa: *Explicit secunda pars Gradualis a Dominica secunda Quadragesimae usque ad Dominicam Palmarum..... Domnum Andream Canonicum Regularem..... Lateranensis Ecclesiae* M. CCCC. L. *tempore Nicolai.....*

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. cum prima pagina undequaque per totum marginem ornata, & cum initiali littera magnifice depicta, in qua exhibetur Deus Pater omnipotens, manu dextera ad benedicendum erecta, & sinistra librum apertum, in quo litterae sunt A & Ω, sustentante, itemque cum initialibus litteris ad singulos Introitus &c. aureis, atque depictis. Constat foliis scriptis 117. designatus littera N.

MIS-

Digitized by Google

MISSALE III.

Cod. CCXIII. INtroitus &c. pro Missis a Dominica Palmarum usque ad sabbatum sanctum inclusive.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. cum initiali littera ad Introitum Missae Dominicae Palmarum exhibente Iesum Christum asello insidentem, & turbas ipsum undequaque comitantes, dum portas civitatis Ierusalem ingreditur, itemque cum initialibus litteris ad singulos Introitus &c. aureis & coloratis. Constat foliis scriptis 163. designatus littera O.

MISSALE IV.

Cod. CCXIV. INtroitus &c. pro Missis a Dominica Resurrectionis usque ad festum SS. Corporis Christi inclusive; item cum picturis pulcherrimis ad singulas Missas, mysteria illa, quorum in ipsis memoria recolitur, exprimentibus; prima vero initio Voluminis apposita, ceteris praestantior, exhibet Christum e sepulcro resurgentem, militibus prae timore in terram prostratis, cum variis ornatibus in margine totius primae paginae.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. Constat foliis scriptis 188. designatus littera P.

MISSALE V.

Cod. CCXV. INtroitus &c. pro Missis a Dominica I. post Pentecosten usque ad Adventum exclusive, cum initialibus singularum Missarum aureis, & coloratis, in quarum nonnullis videtur pictor sensum verborum, quae in Introitu leguntur, exprimere voluisse.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. Constat foliis scriptis 183. designatus littera Q.

MISSALE VI.

Cod. CCXVI. INtroitus &c. pro Missis in Officio proprio Sanctorum, a festo S. Andreae Apostoli usque ad Missam in Octava SS. Apostolorum Petri & Paulli inclusive, cum litteris initialibus, tam ad Introitus, quam ad reliquas Missarum partes, quae canuntur in choro, aureis atque depictis, quarum prima Apostolos Petrum, & Andream mittentes retia in mare, & Iesum, qui eos ad se vocat, repraesentat.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. Constat foliis scriptis 113. designatus littera R.

MISSALE VII.

Cod. CCXVII. INtroitus &c. pro Missis propriis Sanctorum, a festo Visitationis B. Mariae Virginis usque ad festum S. Clementis Papae inclusive, cum initialibus litteris ad Introitus tantum singularum Missarum aureis, & depictis, quarum prima, ceteris pulcrior, & in principio Voluminis apposita, ornatuque marginali insigniter decorata, exhibet B. Virginem, & sanctam Elisabeth se invicem salutantes, & amplexantes.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. aliquibus in locis valde consumptus. Constat foliis scriptis 102. designatus littera S.

MISSALE VIII.

Cod. CCXVIII. INtroitus &c. Missarum pro Communi Apostolorum, Martyrum, Confessorum Pontificum, & non Pontificum, cum initialibus ad singulos Introitus, Gradualia, Offertoria &c. aureis, ut supra in Missali VI.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. item ut superior, nonnullis in locis consumptus. Constat foliis scriptis 196. designatus littera T.

MISSALE IX.

Cod. CCXIX. INtroitus &c. Missarum pro Communi Virginum, & Viduarum, & pro Missis votivis B. Virginis Mariae &c. cum additamento in fine aliarum Missarum pro electis recens in albo Sanctorum descriptis.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. cum initialibus ad Introitus Missarum aureis, & ornatu marginali pulcherrimo in prima Voluminis pagina. Constat foliis scriptis 92. designatus littera V.

KYRIALE.

Cod. CCXX. VOlumen continens Antiphonas *Vidi aquam &c.* & *Adsperges me hyssopo &c.* quae praecedunt Missam Conventualem; postea *Kyrie eleyson*, *Gloria in excelsis Deo*, *Agnus Dei*, & Symbolum Apostolorum, quae canuntur in diversis anni festivitatibus, necnon Missam pro Defunctis.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. cum initialibus quibusdam aureis, atque depictis, & ornatu marginali ad primum *Kyrie eleyson*. Constat foliis scriptis 110. designatus littera X.

HYMNARIVM I.

Cod. CCXXI. HYmni, qui canuntur ad Vesperas, Matutinum, & Laudes in Officiis, tam de Tempore, quam in propriis Sanctorum, & in Communi eorumdem per totius anni circulum.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. Constat foliis scriptis 217. designatus littera Y.

HY-

Digitized by Google

HYMNARIVM II.

Cod. CCXXII. ALiud Exemplar Hymnarii superiori consimile.

Codex chartaceus MS. in fol. Saec. XVII. Constat foliis scriptis 132. designatus littera Z.

PSALTERII PARS PRIMA.

Cod. CCXXIII. PSalmi, qui recitantur ad Matutinum, a die Dominica usque ad feriam tertiam inclusive, cum propriis Invitatoriis, & Hymnis, cum initialibus singulorum Psalmorum aureis, & coloratis. Primi vero Psalmi initialis littera Prophetam David genuflexum, & orantem exhibens, omnium est elegantissima, & ornatu totam ferme primam paginam adimplente decorata.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. Constat foliis scriptis 193.

PSALTERII PARS ALTERA.

Cod. CCXXIV. PSalmi, qui canuntur ad Matutinum, a feria quarta usque ad sabbatum inclusive, item cum Invitatoriis, & Hymnis propriis uniuscuiusque feriae, cum initialibus pariter litteris singulorum Psalmorum auratis, & coloratis.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Sec. XV. Constat foliis scriptis 234.

PSALTERIVM INTEGRVM.

Cod. CCXXV. PSalmi, qui canuntur ad Matutinum, Laudes, Horas, Vesperas, & Completorium, cum Invitatoriis, & Hymnis per singulos dies hebdomadae, cum initiali littera primi Psalmi aurata & colorata, Prophetam David orantem exhibente, ornatu marginali primae paginae, & stemmate Mediceo in ipsius calce.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XV. Constat foliis scriptis 251.

HORAE DIVRNAE.

Cod. CCXXVI. CONtinet hoc ultimum Volumen Vesperas per singulos hebdomadae dies, quibus succedunt Horae diurnae a Prima usque ad Nonam inclusive, & Completorium, item cum initialibus aureis, ac depictis, in quibus, ut plurimum, sensus primi Psalmorum versiculi cuiuscumque Horae repraesentatur.

Codex membranaceus MS. in fol. atlantico, Saec. XV. Constat foliis scriptis 153.

INDEX BIBLIOTH. LATERAN.

Cod. CCXXVII. INdex antiquus manuscriptorum Codicum Bibliothecae Lateranensis, quos hactenus recensuimus, in cuius limine ita legitur: *Volumen, in quo series Bibliothecae digesta continetur, quam Magnifici Cosmae liberalitas, atque religio, ad excitandos ad virtutem animos, atque ad ingenia litteris illustranda, Canonicis Regularibus in Abbatia Fesulana singulari munere donavit*. Hic autem index digestus est iuxta ordinem Pluteorum, in quibus olim erant Codices repositi, cuius heic specimen damus.

Ex parte Meridiei bancho I.

Cod. I. *Biblia.*

II. *Concordantiae.*

III. *Nicolaus de Lyra super Genesim. Super Exodum. Super Leviticum. Super Librum Numeri. Super Deuteronomium.*

IV. *Super Iosue. Super Librum Iudicum. Super quatuor Libros Regum. Super Paralipomenon. Super Esdra. Super Tobiam. Super Iudith. Super Esther. Super Parabolas Salomonis. Super Ecclesiasten. Super Cantica Canticorum. Super Sapientiae. Super Ecclesiasticum. Super Machabaeorum.*

V. *Nicolaus de Lyra super Isaiam. Super Ieremiam. Super Ezechielem. Super Danielem. Super Esther. Super Ioëlem. Super Amos. Super Abdiam. Super Ionam. Super Michaeam. Super Nahum. Super Abacuch. Super Sophoniam. Super Aggaeum. Super Zachariam. Super Malachiam.*

VI. *Nicolaus de Lyra super Psalterium. Super Iob.*

VII. *Nicolaus de Lyra super Matthaeum. Super Marcum. Super Lucam. Super Ioannem.*

VIII. *Nicolaus de Lyra super Epistolas Paulli. Nicolaus de Lyra super Apocalypsim. Super Actus Apostolorum, & Epistolas Canonicas.*

IX. *Thomas de Aquino de Divinis Nominibus. Breviloquium Bonaventurae. Beda de Temporibus.*

X. *Historia Scholastica.*

XI. *Commentum super Psalterium.*

XII. *Postilla super duodecim Prophetas.*

XIII. *Epistolae Paulli cum Glossa ordinaria.*

Codex membranaceus MS. in 8. Saec. XVI. Constat foliis scriptis 22.

BI-

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE MEDICEAE PALATINAE IN LAVRENTIANAM TRANSLATAE CODICES.

CODEX I.

SACRA BIBLIA.

Ontinet hic Codex Veteris & Novi Testamenti Libros paene omnes, cum Prologis sancti Hieronymi, & cum divisione Capitum, ut in aliis Codicibus observavimus, & praecipue in Codice CXXX. Bibliothecae Aedilium Florent. Ecclesiae, cuius recensionem dedimus huius Supplementi Tom. I. a pag. 237. ad pag. 252. paucis exceptis, nimirum.

Pag. 85. Liber Iosue, praeter Prologum, habet etiam brevissimum argumentum, cuius initium est: *Iesus filius Nave typum Domini non solum in gestis, verum etiam in nomine gerens, transit Iordanem &c.*

Pag. 170. Primo Libro Paralipomenon praecedunt Prologi duo, quorum primus ad primum Librum, alter ad secundum pertinet, qui quidem secundus Liber desinit, ut in editione, cui subiicitur Oratio Manasse, quae in dicto Codice cum Libro ipso coniungebatur.

Pag. 200. Esdrae Libri sunt quatuor. Primus habet Capita X. secundus XIII. tertius XXVII. quartus XVI. Horum Librorum posteriores duo, tamquam Canonicis non accensendi, in editionibus reiiciuntur in finem.

Deest Liber Psalmorum.

Pag. 301. Libro Ecclesiastici subiicitur Oratio Salomonis, quae inc. *Et inclinavit Salomon genua sua &c.* adscripto in fine: *Explicit Liber Ecclesiastici.*

Pag. 302. Isaiae Prophetae, praeter Prologum, praecedit brevissimum argumentum adpositum in margine, cuius initium: *Isaias in Ierusalem nobili genere ortus est &c.*

Pag. 388. b. Prophetis Minoribus, praeter Prologum, qui inc. *Non idem ordo est duodecim Prophetarum &c.* praemittitur alius, cuius initium: *Regulae sunt eae, sub quibus significationibus nominum, ad quas tribus per Prophetas sermo Domini dirigatur &c.* ac praeterea brevissimum argumentum in Prophetam Osee, quod inc. *Osee crebro nominat Ephraim, somnia, Ioseph &c.*

Pag. 342. Prophetam Ioël praecedunt Prologi duo, ut in dicto Codice CXXX. sed secundus diverse desinit; ultima enim verba sunt: *ut considerantes venturae cladis asperitatem, ocyus arriperent poenitentiam.*

Pag. 394. Amos praecedunt tantum Prologi duo, qui in dicto Codice sunt primus, & secundus. Dividitur autem Prophetia in Capita VIII.

Pag. 396. b. Abdias, praeter Prologum, habet etiam brevissimum argumentum, cuius initium: *Abdias interpretatur servus Domini &c.* & in Capita duo dividitur. Huiusmodi autem brevissima argumenta praecedunt etiam sequentibus Prophetis, quod brevitatis gratia semel admonuisse satis fuerit.

Pag. 397. b. Propheta Ionas praefert tantum Prologum unum, qui primus est ex duobus illis, qui habentur in dicto Codice.

Pag. 398. b. Michaeae Capita sunt octo.

Pag. 400. b. Prologus in Prophetam Nahum longior est, quam in dicto Codice, & desinit in verbis: *& praeparent se ad iudicii diem, ubi ultor adversum viros Assyrios adfuturus est Dominus.*

Pag. 403. Prologus in Sophoniam est brevior, quam in dicto Codice, & desinit in verbis: *neque elati sunt oculi mei.*

Pag.

Digitized by Google

Pag. 410. Malachiae Prophetae Capita sunt III.

Pag. 411. Machabaeorum Libro primo, praeter Epistolas Rabani duas, duo etiam Prologi praemittuntur, quorum primus inc. *Machabaeorum Libri, licet non habeantur in Canone Hebraeorum, tamen ab Ecclesia inter divinorum Voluminum adnumerantur historias &c.* Alter inc. *Machabaeorum Libri duo praenotant praelia &c.* Libri primi Capita sunt XVI. secundi vero XV.

Pag. 436. b. Evangelio secundum Matthaeum praecedunt Prologi tres. Primus sancti Hieronymi inc. *Plures fuisse, qui Evangelia scripserunt &c.* Alter eiusdem ad Damasum inc. *Novum opus me facere cogis &c.* Tertius inc. *Matthaeus ex Iudaea, sicut in ordine primus ponitur &c.*

Pag. 490. Epistolas Paullinas praecedunt Prologi duo; primus in universas inc. *Primum quaeritur, quare post Evangelia, quae supplementum legis sunt &c.* Alter in Epistolam ad Romanos inc. *Romani sunt, qui ex Iudaeis, & gentilibus crediderunt &c.* Singulis autem Epistolis praemittuntur brevissima argumenta, quae nos brevitatis gratia omittenda duximus.

Pag. 524. Actus Apostolorum duobus item Prologis sunt instructi, quorum primus inc. *Canit Psalmista: ambulabunt a virtutibus in virtutes.* Des. *illius animae languentis esse medicinam.* Alter inc. *Lucas Antiochensis, natione Syrus &c.* Des. *ut non solum corporum, sed etiam animarum languoribus eius proficeret medicina.* Huius Libri Capita sunt XXVIII.

Pag. 540. b. Epistolis Catholicis, praeter Prologum, praecedunt singulis brevissima argumenta. Vltima autem Epistola, quae est Iudae, in duo Capita dividitur.

Pag. 547. Apocalypsis. Prologus inc. *Ioannes Apostolus & Evangelista a Domino nostro Iesu Christo electus, atque dilectus &c.* Des. *& Deo magisterii doctrina servetur.*

Clauditur Volumen Interpretationibus nominum Hebraicorum, in quorum calce legitur: *Expliciunt Interpretationes nominum Hebraeorum secundum Hieronymum.*

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIII. binis columnis exaratus, cum initialibus singulorum Librorum aureis, & coloratis, in quibus variae imagines veterum Patriarcharum, & Prophetarum exhibentur, necnon Evangelistarum, & Apostolorum novi Testamenti, & cum titulis singulorum Librorum, & Prologorum rubricatis. Constat fol. scriptis 603.

LECTIONES QVAEDAM EVANGELICAE.

Cod. II. CONtinet hic Codex quatuor Evangelicas Lectiones, quae recitantur in Missis Epiphaniae, Adscensionis Domini, Annuntiationis beatae Mariae Virginis, & in fine Missarum, quibus succedunt Orationes de S. Trinitate, de S. Ioanne Baptista, de Virgine Maria, de Angelis, de sanctis Apostolis Petro & Paullo, de S. Zenobio, de S. Reparata, de S. Victore martyre, de S. Dionysio, de S. Anna, & de S. Bernardo, quae, praeter primas quatuor, sunt ab hodiernis prorsus diversae.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum initiali Codicis littera inaurata, & variis coloribus depicta. Constat foliis scriptis 3.

QVATVOR EVANGELIA ITALICE VERSA.

Cod. III. COdex est anepigraphus, sed continet quatuor Evangeliorum italicam versionem, adiecta identidem alicuius verbi, vel sententiae obscurioris explanatione, ut in monito praemisso indicatur hoc pacto.

Prego ogni huomo, che questo Libro de' Vangeli volgarizati vorrà trascrivere, che guardi di conservare il parlare a lictera, secondo che trova scripto, & non lo muti. Perochè picchola sillaba, & piccholo articolo, come sono i, o, l, a, lo profera la Scrittura; et così fatte dizioni, et parole, et sillabe anno mouto a variare la sentenza, più ch' altri non chrede, ponendovele, e levandole. Et non basta la sola gramaticha ad volgarizare, ma si richiede la sancta Teologia, et l' esposizioni de' Santi, et Doctori; però adunque diciamo tutto questo, ad ciò chella faticha non sia perduta.

Anche perchè la Scriptura in mouti luoghi parla mozzo, et manchavi parole, che vi si debbono intendere, et supplire per aiutare l' idioti. Et perchè altri non si maravigli, et non chreda che sia mutata la sentenza del testo, quando suppliremo, e dichiareremo alcuna parola, che sarà necessaria, et che vi s' intende, vergolerò di sotto a quella chotale paraula, o paraule, acciochè si conosca quella che stà nel testo, o quella che nò.

In volgarizzando seguitaremo uno chomune parlare toscano, però che è il più intero, et il più aperto, et il più apto chomunemente di tutta Italia, et il più piacevole, et il più intendevole de ogni lingua.

Cominciamo adunque al nome della sancta Trinità il Vangelo di messer sancto Matteo il quale chomincia chosì.

Questo è il Libro della generazione, cioè geneologia, et schiacta di Iesu Christo &c.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. Constat foliis scriptis 107.

MISSALE

Cod. IV. ORdo Missalis secundum consuetudinem Romanae Curiae, praevio Calendario, necnon Hymno *Gloria in excelsis Deo*, cum notis musicis, Symbolo Apostolorum,

Digitized by Google

Agnus Dei, & precibus, quae a Sacerdotibus recitari solent ante Missae celebrationem. Incipit autem a Dominica I. de Adventu, & desinit in Missis de Communi Sanctorum, ut in aliis Missalibus. Inter varias Benedictiones, quae in fine huius Missalis adferuntur, notanda est Benedictio *peraе & baculi*, & Benedictio *ad dandam fraternitatem*. Inter Missas autem animadvertendum est, quod in Missa Decollationis S. Ioannis exstat sequentia, item in Missa Dominicae Resurrectionis D. N. I. C. habentur sequentiae, & quod in fine legitur Missa in festo Eucharistiae. Tandem manu recentiore describitur *Dedicatio Altaris SS. Apostolorum Simonis, & Iudae, quae incidit in Dominicam Oculi in Quadragesima, & Redditus praedicti Altaris*. Notandum pariter est, singularum Missarum Introitus, Offertoria, & Communiones, notis musicis instructas esse, Pertinuisse autem primum ad Aquensem Ecclesiam sub invocatione SS. Simonis & Iudae in Galliis, coniici potest, tum ex quibusdam monumentis ad eamdem Ecclesiam pertinentibus, latina & germanica lingua exaratis, in ultimis duobus Codicis foliis, tum ex nominibus quorumdam Sanctorum, quorum in praemisso Calendario mentio fit, quae sunt ista,

IANVARIVS.

IAni prima dies, & septima fine timetur.
III. *Idus Salvii Mart.*
VII. *Idus Isidori Conf.*
XVII. *Kal. Inventio S. Foillani.*
V. *Kal. Karoli. Oct. Agnetis.*
IIII. *Kal. Valerii Episcopi.*
III. *Kal. Aldegundis Virg.*
II. *Kal. Gelasii Papae.*

FEBRVARIVS.

ASt Februi quarta est, praecedit tertia finem.
Kal. Brigidae Virg.
II. *Non. Oct. S. Karoli.*
VIII. *Id. Vedasti, & Amandi.*
XIV. *Kal. Iulianae Virg.*

MARTIVS.

MArtis prima necat, cuius sub cuspide quarta est.
III. *Non. Suiberti Conf.*
XVII. *Kal. Heriberti Episc.*
VI. *Kal. Resurrectio Domini.*

APRILIS.

APrilis decima est, undeno a fine timetur.
II. *Non. Ambrosii Episc.*
V. *Id. Mariae Aegypt.*
XIIII. *Kal. Vrsmari Conf.*
VIII. *Kal. Georgii, & Alberti.*
IIII. *Kal. Translatio S. Lamberti. Vital.*

MAIVS.

TErtius in Maio lupus est, & septimus anguis.
III. *Id. Servatii Episc.*
X. *Kal. Desiderii Episc.*
VII. *Kal. Bedae Presbyteri.*

IVNIVS.

IVnius in decimo est, quindenum a fine salutat.
III. *Non. Erasmi Episc. & Mart.*
VI. *Id. Medardi Episc.*
V. *Kal. Septem Dormientium.*

IVLIVS.

TRedecimus Iulii decimo innuit ante Kalendas.
Kal. Fidei, Spei, & Charitatis.
V. *Non. Translatio S. Thomae Ap.*
IIII. *Non. Vdelrici* (1) *Episc.*
II. *Non. Oct. Apostolorum. Goaris Conf.*
Nonas. Willibaldi Episc.
VIII. *Id. Kiliani Mart.*
V. *Id. Translatio S. Benedicti.*
III. *Id. Heinrici, & Margaritae.*
Idus. Divisio Apostolorum.
XVII. *Kal. Gundolfi, & Monulfi.*
XVI. *Kal. Dedicatio S. Mariae.*
XV. *Kal. Arnulfi Episc.*
XIII. *Kal. Philiberti Conf.*
VI. *Kal. Translatio S. Karoli.*

AVGVSTVS.

AVgusti nepa prima fugat de fine secunda.
Nonas. Oswaldi Regis & Mart.
VII. *Id. Donati, & Afrae Mart.*
II. *Id. Eupli Mart.*

SEPTEMBER.

TErtia Septembris vulpis ferit a pede denam.

IIII.

(1) Supra litteram *V* adscripta est littera *O*, ita ut videatur correctum *Odelrici*.

Digitized by Google

IIII. *Non. Antonini Mart.*
III. *Non. Remacli Conf.*
XV. *Kal. Lamberti Mart.*
VIII. *Kal. Oct. S. Lamberti.*
II. *Kal. Leopardi, Hieronymi.*

OCTOBER.

TErtius Octobris gladius decimum ordine nectit.
VI. *Non. Leodegarii Mart.*
VI. *Non. Duorum Ewaldorum.*
Non. Oct. S. Leopardi. Marci Papae.
VI. *Id. Gereonis, Vic. Cas. & Flo.*
Idus. Maurorum CCCXL.
VI. *Kal. Rumoldi Mart.*
II. *Kal. Quintini, & Foil.*

NOVEMBER.

QVina Novembris acus, vix tertia mansit in urna.
III. *Non. Huberti Conf.*
VII. *Id. Willibrordi Conf.*
II. *Id. Cuniberti Episc.*
XVI. *Kal. Othmari Conf.*

DECEMBER.

DAt duodena cohors, septem inde decemque Decembris.
VII. *Id. Oct. S. Andreae.*
VI. *Id. Conceptio S. Mariae.*
XVII. *Kal. Azariae, Ananiae, Misaëlis.*
IV. *Kal. Thomae Cantuariensis Episc. & Mart.*

Codicem claudit sequens Collecta, ab alia, sed antiqua manu exarata: *Miserere, misericors Deus, animabus illis, quae singularem non habent apud te intercessorem, quibus nulla est consolatio in tormentis, nec ulla spes in se, quod factae sunt ad imaginem & similitudinem.....* reliqua erasa fuerunt.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XIII. binis columnis exaratus (1), cum pictura ad Canonem Missae, Crucifixum inter Virginem Matrem, & Divum Ioannem Evangelistam repraesentante, prout ea ferebat aetas, non ineleganti. Constat fol. scriptis 324.

CANON MISSAE.

Cod. V.

HOc titulo inscribitur Codex iste, qui continet Caeremoniale Episcoporum pro celebratione Missarum solemnium, praemissis precibus pro praeparatione Missae, & subiunctis in fine aliis precibus pro gratiarum actione.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XVIII. ineuntis, pulcherrimus, cum litteris initialibus singularum Orationum, Psalmorum, aliarumque precum pictis, & coloratis, & imagine Christi Iesu Crucifixi valde insigni ad Canonem Missae. Constat foliis scriptis 41.

MISSA DVCALIS.

Cod. VI.

COntinet hic Codex eas Missae partes, quae canuntur in choro, scilicet *Kyrie eleyson*, Hymnum *Gloria in excelsis Deo*, Symbolum Apostolorum, *Sanctus*, *Sanctus &c.* & *Agnus Dei &c.* omnia notis instructa musicis. Praecedit in primo folio stemma Mediceum a quatuor puerulis substentatum, & in medio positum a duabus mulieribus figuris, instrumenta quaedam musica gestantibus. In fasciola quadam stemmati circumducta, leguntur verba: *Protege Cosmum Ducem* (videlicet I.) (2). In superiori parte eiusdem stemmatis, aureis litteris scriptum est: *Subiectum totius Missae Ducalis trium chorum cum tredecim vocibus*; in inferiori vero: *Constantii Portae* (forte auctoris musicae) cum sequenti Epigrammate:

Musica digeritur tota hoc sub stemmate, lector,
Quam canere hic iunctis vocibus arte iuvat.
Senas namque pilas, voces, totidemque videbis
Per lineas, vires recte figura dabit.
Dum canis, inferior sit prima, ac orbita fiet,
Quae pila principium, sic quoque finis erit.
Pausis, & signis, numeris simul, atque figuris,
Ordine quo pergas non male, lector, habes.

Codex chartaceus MS. Latinus in folio Saec. XVI. Constat foliis scriptis 43.

HYMNARIVM.

Cod. VII.

COntinet Hymnos XXXII. cum notis musicis, quibus praecedit sequens titulus: *Hinnario di Francesco Corteccia* (3) *secondo*

(1) De hoc eodem Codice loquitur cursim, sed minus recte cl. Franc. Ant. Zacharia in Excursu Litterario per Italiam, Venetiis typis Remondinianis MDCCLIV. 4. pag. 217. seq.

(2) Haec eadem verba, itemque alia *Principemque Franciscum* occurrunt etiam pluries repetita inferius in medio cantilenae.

(3) Franciscus hic Bernardi Cortecciae, Arretii oriundus, electus fuit anno MDXLIX. Canonicus Laurentianae Basilicae, obiitque anno MDLXXI. die VII. mensis Iunii. Varia eius Opera musica typis data recenset Iulius Nigrius *Scrittori Fiorentini* pag. 193. quibus addit Salvinus Salvinius in additamentis sequens Opus: *Responsoria omnia quintae ac sextae feriae, sabbathique maioris hebdomadae, paribus vocibus, a Francisco Corticio Florentino, Musices Serenis. Cosmi Medices Magni Etruriae Ducis Praefecto, iuxta Breviarii Romani formam restituti, una cum Cantico Zachariae ex Psalmo Davidis quinquages, ipsis feriis accommodata, nunc nuper edita Venetiis apud Filios Antonii Gardani* MDLXX. fol. Praecedit Operi Epistola nuncupatoria ad Cosmum I. M. E. D.

Digitized by Google

condo l'uso della Chiesa Romana, et Fiorentina, Titulo subiungitur Dedicatio Operis; *Allo Illustrissimo, et Eccellentissimo Signor il Signor Duca Cosimo de' Medici Duca secondo di Firenze, Francesco Corteccia*, Inc. *Benchè la devotissima et santissima Chiesa Fiorentina, come primo et vero capo della antica, et religiosa Toscana sua, per proprio, et particolare privilegio di quella, et per li ottimi governi della Città vostra, Illustrissimo, et Eccellentissimo Signor mio, abbia sempre ottenuto, et oggi sotto l'ombra dell'Excellentia Vostra ottenga più che mai un tale et tanto grado di eccellentia in tutti i culti divini, che a nessun' altra antica, o moderna pare che resti inferiore* ec. Des. *et queste in somma, quali elle si sieno, allo Illustrissimo nome della Excellentia Vostra dedico, et presento, humilmente pregando quella, che si degni di accettarle con la solita benignità, acciochè lieto di tanto favore, possa più ardentemente, non pur satisfare alle già fatte promesse de' Mottetti, delle Lamentazioni, e di più delli Contrappunti fatti sopra il canto delle Messe solenni, ma pensar del continuo ad altre cose, dove parimente possa et delettare, & giovare.* Deinde sequitur tabula Hymnorum, qui in hoc Volumine continentur, quique ab iis, qui hodierno tempore canuntur in Ecclesia, sunt prorsus diversi.

Codex chartaceus MS. Latinus, praeter Praefationem praedictam, in fol. Saec. XVI. optime servatus. Constat foliis script. 106.

BREVIARIVM.

Cod. VIII. BReviarium Romanum secundum consuetudinem Romanae Curiae, quod pertinuisse ad Ecclesiam Sanctae Mariae Maioris Civitatis Pisarum colligitur ex variis locis, ac praecipue pag. 237. ubi rubris characteribus scriptum legitur; *Hoc Breviarium est Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris Civitatis Pisarum anno Domini* MCCCCLXXIII. *die* XV. *mensis Augusti more Pisarum.* Praecedit Calendarium, cum versiculis, tam in principio, quam in fine cuiusliber mensis, & aliis notabilibus, quae per ordinem recensenda duximus, ut infra.

IANVARIVS.

PRima dies Iani timor est & septima vani,
Octavo Idus, Epiphania Domini, Officium maius.
A festo Stellae numerando, perfice Lunam,
Post quadraginta dies, ibi Septuagesima fiet,
Et si Bissextus fuerit, superadditur unus,
Si cadat in lucem Domini suppone sequentem.
XVII. *Kal. S. Mauri Abb. Sol in Aquario.*
XV. *Kal. S. Priscae Virg. & Mart.*
Ante diem Priscae numquam deponitur All.
II. *Kal. Sanctorum Mart. Cyri, & Ioannis.*
Nona parit bellum, sed quinta dat hora flagellum.

FEBRVARIVS.

NVllum, ut octavae, vel denae, dixeris ave.
Februarius apud Hebraeos dicitur Scebat, apud Graecos Hendicos.
II. *Non. S. Giliberti Conf.*
VIII. *Id. Anniversarium patrum, & matrum, & benefactorum Ordinis nostri.*
VII. *Id. Post* VII. *Idus Februarii, ubi inveneris, Luna secunda, sequenti Dominica, die* XL.
III. *Id. Eufraxiae Virg.*
Idus, Vltimus terminus Quadragesimae.
XV. *Kal. Sanctorum Faustini, & Iovitae, Sol in Pisce,*
X. *Kal. Praeveniens Cathedram dat tardius Alle vacare,*
IX. *Kal. Cedit hiems retrò cathedrato Symone Petro,*
VII. *Kal. Vigilia. Locus Bissexti.*
II. *Kal. Translatio S. Augustini Episc. & Conf.*
Bissextum sextae Martis tenuere Calendae,
Posteriore die celebratur festum Mathiae.

MARTIVS.

MArtius in prima cum quarta dividit ima.
Martius apud Hebraeos dicitur Adar, apud Graecos Diston.
Kal. Sancti Herculani Ep. & Mart.
VIII. *Id. Post Nonas Martii, ubi prima Luna notatur. Inde dies Domini tertia Pascha tenet.*
XVI. *Kal. Sol in Ariete.*
XII. *Kal. Sancti Benedicti Abb. Aequinoctium.*
XI. *Kal. Post festum S. Benedicti ubicumque* XIV. *Luna notatur, ibi Dominica proxima Resurrectio Domini celebratur.*
Prima nocet multum, nullum dabit altera cultum.

APRILIS.

CVi decimus cedit, undenus Aprelis obedit.
Aprelis apud Hebraeos dicitur Iar, apud Graecos Saudicos.
IX. *Kal. S. Gregorii Mart. Vltimus terminus Paschae.*
VIII. *Kal. Extrema Paschae tua decet Passio, Marce.*
Prima petit martyr de Ordine Praedicatorum.

MAIVS.

SExta minus solvet, cum vulnera dena remordet.
Maius apud Hebraeos dicitur Scribâ, apud Graecos Atimaseos.
III. *Non. Conversio S. Augustini Episc. & Conf.*
VII. *Id. Primus terminus Pentecostes.*
XV. *Kal. Sol. in Geminis.*

Digitized by Google

x. *Kal. S. Desiderii Episc. & Mart.*
ix. *Kal. Ver fugat Vrbanus, aestatem Symphorianus.*
Tertius hoc aptat Maii, quod septimus aptat.

IVNIVS.

LAedit quinta cutem, nullam dabit quarta salutem.
Iunius apud Hebraeos dicitur Thebath, apud Graecos Descos.
viii. *Id. Vltimus terminus Pentecostes.*
xv. *Kal. Ranerii Conf. Sol in Cancro.*
Cui nil dena dabit Iunii, quindena negabit.

IVLIVS.

ESt lupus undena pariter quoque nona leaena.
Iulius apud Hebraeos dicitur Thamul, apud Graecos dicitur Panemo-.
Nonas. Anniversarium fratrum, propinquorum, & benefactorum Ordinis nostri.
xiv. *Kal. A* xiv. *Kal. Augusti usque ad Kalendas Septembris, non minuas sanguinem. Sol in Leone.*
vii. *Kal. S. Pastoris Presb. & Conf.*
Terdecimus fortis Iulius xvi. *via mortis.*

AVGVSTVS.

CVspide prima ferit, quam septima perdere quaerit.
Augustus apud Hebraeos dicitur Hebal, apud Graecos dicitur Ior.
x. *Kal. Regnat in Autumno festum Clementis ad usque.*
vi. *Kal. SS. Mart. Ruxorii, Ceselli, & Camerini.*
Sexti prima furit, a fine secunda perurit.

SEPTEMBER.

TErtia turbatur Septembris, dena minatur.
September apud Hebraeos dicitur Traxi, apud Graecos dicitur Cereos.
xii. *Kal. Aequinoctium autumnale.*
vi. *Kal. Dedicatio Ecclesiae Pisanae.*
Tertia Septembris & quarta, dabunt mala membris.

OCTOBER.

QVinta dat Octubris quae nona venena colubris,
Octuber apud Hebraeos dicitur Marisan, apud Graecos dicitur Ypenos.
v. *Id. Translatio S. Augustini Episc. & Conf.*
xv. *Kal. Sol in Scorpione.*
Tertius Octubris nulli, decimusque salubris.

NOVEMBER.

ESt octava canis forte quarta videtur inanis.
November apud Hebraeos dicitur Casleu, apud Graecos dicitur Dios.
xv. *Kal. Sol in Sagittario.*
Quinta Novembris obest, nulli lux tertia prodest.

DECEMBER.

PRima parit luctum, nullum dat septima fructum.
December apud Hebraeos dicitur Thebath, apud Graecos dicitur Apyleos.
xviii. *Kal. Sol in Capricorno.*
xiv. *Kal. Solstitio.*
Hoc dat bis sena, quod septima lena.

In principio Codicis legitur sequens monumentum: *Fit fides, qualiter venerabilis vir Dominus Ludovicus de Bonis Canonicus Pisanus, & Iulianus Serafini de Bonis tradiderunt hoc Breviarium Vniversitati Capellanorum Pisanae maioris Ecclesiae, prius relictum eisdem Capellanis, per donationem, seu ultimam voluntatem, a venerabili viro Domino Antonio de Bonis, Canonico dictae Pisanae Ecclesiae. Et ita hac praesenti die dictam voluntatem dicti Domini Antonii exsequutioni demandaverunt, videlicet Dominicae Incarnationis anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, indictione prima, die duodecimo mensis Augusti, stylo Pisano.*

Ego Karolus Iohannis de Vechiano, Notarius, & Civis Pisanus, quia dictae consignationi interfui, ideo me subscripsi.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XV. charactere grandiori, binis columnis exaratus, & cum initialibus insigniorum festivitatum auratis, & coloratis, & ornatu marginali in principio singularum partium, ex quibus constat Breviarium, nimirum Officii de Tempore, in Proprio Sanctorum, & in Communi eorumdem, & cum stemmate in calce primae paginae, leonem erectum, & lilium exhibente. Constat foliis scriptis 492.

OFFICIVM B. M. V. &c.

OFficium parvum beatae Mariae Virginis, praevio Calendario, gallica lingua conscripto. Praemittuntur etiam quatuor Evangelia, seu potius Lectiones Evangeliorum, nimirum S. Ioannis, quae legitur in fine Missarum, S. Lucae, quae legitur in festo Annuntiationis, S. Matthaei, quae legitur in die Epiphaniae, & S. Marci, quae legitur in die Adscentionis, itemque aliae Orationes ad beatam Virginem. Officium B. Mariae incipit a pag. 15. & desnit in pag. 34. *Cod. IX.*

Digitized by Google

34. Tum sequitur Officium de Cruce usque ad paginam 80. inclusive. Succedunt deinde pag. 81. septem Psalmi Poenitentiales, & pag. 98. Officium Defunctorum. Clauditur Libellus variis Orationibus, nimirum de S. Trinitate, de S. Michaële Archangelo, de SS. Petro & Paullo, de S. Christophoro, de S. Laurentio, de S. Sebastiano, de S. Catharina virg. & mart., de S. Anna, & de S. Barbara.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIV. cum initialibus litteris singulorum Psalmorum, & Orationum, auro inlitis, & picturis in principio uniuscuiusque Officii, & ad singulas Horas Officii de Cruce, exhibentibus varia mysteria Passionis Dominicae, praeter ornatus marginales, qui ab initio Codicis usque ad finem progrediuntur. Constat foliis scriptis 141.

OFFICIVM B. M. VIRGINIS &c.

Cod. X. OFficium parvum B. Mariae Virginis, praevio Calendario, ubi singulis mensibus praemittitur pictura, auro, variisque coloribus expressa, exhibens varias rusticas operationes, quae in iis peragi solent. Calendario succedit consueta illa Evangelii S. Ioannis Lectio, quae dicitur in fine Missarum, Oratio B. Bernardi ad Iesum, & Matrem eius valde longa; necnon Psalmi quindecim Graduales. Officium B. Mariae incipit a pagina 23. praemissis duabus picturis, quarum prima exhibet creationem Evae ex costa Adam, altera B. Virginem ab Angelo salutatam. Similes autem picturae praecedunt singulas Horas usque ad Completorium inclusive. Pagina 74. sequuntur septem Psalmi Poenitentiales, cum Letaniis, & precibus, praemissa pictura David Regem genuflexum exhibente. Tandem pagina 86. succedit Officium Defunctorum, & pag. 110. Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Ioannem, & aliae preces, quarum nonnullae sunt gallica lingua exaratae.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. cum picturis quamplurimis non inelegantibus, & ornatibus in margine. Constat foliis scriptis 132.

OFFICIVM B. M. VIRGINIS &c.

Cod. XI. PRaecedit Calendarium lingua gallica conscriptum, cum duodecim signis Zodiaci in margine exteriori depictis, & indicatione operum rusticorum, quae in singulis mensibus peraguntur. Calendario succedunt Evangelia quatuor, ut in Codice IX. superiore, & Orationes variae ad B. Virginem. Officium B. Mariae Virginis incipit a pagina 29. praemissa pictura valde eleganti, eamdem ab Angelo salutatam exhibente; cuiusmodi similes picturae praemittuntur etiam singulis Horis eiusdem Officii. Accedunt pag. 75. septem Psalmi Poenitentiales cum Letaniis, & precibus, qui tamen initio carent propter avulsam picturam, quae ipsis praeerat. Pag. 94. sequitur brevissimum Officium de Spiritu Sancto. Pag. 96. Officium Defunctorum. Claudunt Codicem aliae Orationes ad Virginem, & ad Deum, sermone gallico conscriptae.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. ineuntis, in cuius primo folio, cum ligneo integumento compacto, legitur: *Venerabili admodum ac vigilantissimo Pastori Domino mihi colendissimo has preces dedi ego Frater Petrus Greaume, Carmelita, Conventus Pontisandomarchisi, in signum, & monimentum amicitiae in Iesu Christo perpetuae, hac duodecima Aprilis* 1649. *donavi, dico Alamano Moronto Curato S. Andreae de Roverazzano.* In ultimo autem folio, item cum ligneo tegumento conglutinato, legitur hoc aliud monumentum: *A carte cinquantanove* (1) *è l'anno, nel quale fu scritto, che fu* 1401. *Il presente Libro è composto di carte* 128. *anzi* 130. *in Parigi, e chi lo comprò lo pagò un testone la carta. Fù della Regina di Francia, il ritratto della quale è quì a dietro* (2) *in habito vedovile alli santissimi piedi della gloriosissima Madre, e Vergine Maria.* Constat foliis scriptis 128.

OFFICIVM B. MARIAE VIRGINIS.

Cod. XII. ALiud Exemplar Officii parvi B. Mariae Virginis, cum Officio Defunctorum, septem Psalmis Poenitentialibus, Officio parvo S. Crucis, & Psalmis Gradualibus secundum consuetudinem Romanae Ecclesiae. Hisce autem omnibus praemittitur Calendarium, necnon singulis Officiis pictura valde elegans.

Codex membranaceus MS. Latinus in 12. Saec. XV. Constat foliis scriptis 270.

PSALTERIVM.

Cod. XIII. ILla Officii Divini pars, quae in Breviariis Romanis dicitur *Psalterium dispositum per hebdomadam*, scilicet Psalmi omnes, qui recitantur in Officio Divino in diebus Dominicis, & feriis per annum.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XIV. vere pulcherrimus, in quo non solum initiales litterae cuiuslibet Psalmi, sed etiam cuiuslibet versiculi aureae sunt,

(1) Ibi enim legitur: *Scritto il presente Libro nell' anno mille quatrocento uno*, additum tamen a recentiori manu, quum scriptura saeculo XV. exeunti sit referenda.

(2) Scilicet pag. 121. ubi videre est ipsam genuflexam, librum apertum, & Rosarium manibus gestantem.

Digitized by Google

sunt, ac praeterea praemittitur primo Psalmo cuiuslibet feriae pictura, fundo aureo, ut plurimum, exhibens sensum verborum primi eiusdem Psalmi versiculi (1). Constat foliis scriptis 162.

OFFICIVM B. MARIAE VIRGINIS.

Cod. XIV. OFficium B. Mariae Virginis cum Calendario in principio, & quatuor solitis Evangeliorum lectionibus, ut in aliis superioribus Codicibus. Officium B. Mariae incipit a pagina 23. b. cuius initium suppletum est a recentiore manu, quum recisa fuerit prima pagina, aliqua fortasse insigni pictura decorata. Similiter etiam pagina 79. ubi initium incidit Psalmorum Poenitentialium, suppleta est ab eadem recentiore manu, quum abscissa fuisset antiqua. Pagina 102. occurrit Officium Defunctorum. A pagina tandem 139. usque ad finem, sequuntur Orationes variae, quarum nonnullae gallico sermone sunt exaratae.

Codex membranaceus MS. Latinus in 24. Saec. XV. ineuntis, cum elegantibus picturis in principio aliquot Horarum Officii B. Mariae Virginis, in cuius initio legitur: *Le Roy Senechal de Saint Paul*, & in fine: *ex libris Edmondi Courtoia*. Constat foliis scriptis 177.

OFFICIVM B. MARIAE VIRGINIS.

Cod. XV. PRaecedunt de more Calendarium, quatuor Evangeliorum lectiones, ut in aliis superioribus Codicibus, ac praeterea Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Ioannem. Officium B. Mariae incipit a pag. 31. in cuius fine legitur Missa votiva de B. Virgine. Pagina 82. Officium de Cruce. Pagina 85. Officium de Spiritu Sancto. Pagina 88. *Septem Horae Canonicae, licet breves, virginis, & martyris Barbarae, factae, & compilatae ad honorem, & commemorationem passionis eius gloriosae virginis, quam commemorationem singulis diebus facientes, & eius devote passionem annuatim celebrantes, mortem non gustabunt temporalem, nisi prius facta omnium suorum peccatorum confessione, & digne suscepta sacrosancti Dominici Corporis communione, iuxta promissionem a Christo sibi factam, videlicet illa die, quando post diversorum tormentorum genera a propriis manibus Dioscori patris sui feliciter inhumaniter fuit decollata.* Pagina 91. Orationes quindecim ad honorem, & memoriam Vulnerum Christi. Pagina 100. septem Psalmi Poenitentiales, cum Letaniis, & precibus. Pagina 117. Officium Defunctorum. A pagina 141. usque ad finem succedunt Orationes plurimae in honorem Sanctorum.

Cod. membranac. MS. Latinus in 8. min. Saec. XV. ineuntis, cum picturis valde elegantibus ad singula Officia, & initialibus aureis singulorum Psalmorum, & Orationum, in cuius calce legitur nomen possessoris: *Ces presentes heures sont a moy Iean Godran.* Constat foliis scriptis 185.

OFFICIVM B. MARIAE VIRGINIS &c.

Cod. XVI. OFficium B. Mariae Virginis, praevio Calendario gallica lingua conscripto, quatuor Evangelicis Lectionibus, & Orationibus quibusdam ad B. Virginem. Sequuntur Psalmi Poenitentiales, & Officium Defunctorum. Claudunt Codicem Orationes variae in honorem Sanctorum.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. in quo abscissa sunt varia folia exhibentia picturas, quae praemittebantur Matutino, Primae, Nonae, Vesperis, & Completorio, Psalmis Poenitentialibus, & Officio Defunctorum. Constat foliis scriptis 73.

OFFICIVM B. MARIAE VIRGINIS &c.

Cod. XVII. OFficium B. Mariae Virginis, praevio Calendario gallica lingua conscripto, quatuor Evangeliis &c. Subsequitur Officium de Cruce, & de Spiritu Sancto, Psalmi Poenitentiales, Officium Defunctorum, & tandem Orationes variae; omnia cum elegantibus picturis in principio uniuscuiusque Officii, & ornatu marginali per totum Codicem.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. ineuntis. Constat foliis scriptis 77.

OFFICIVM B. MARIAE VIRGINIS &c.

Cod. XVIIII. OFficium B. Mariae, praevio Calendario, gallica lingua conscripto, quatuor Evangelicis Lectionibus, & Passione Domini secundum Ioannem. Deest autem prima pagina Officii B. Mariae, avulsa fortasse propter aliquam insignem picturam, qua decorata erat. Sequuntur pag. 92. Psalmi Poenitentiales, & pag. 108. Officium Defunctorum. Tandem a pagina 133. usque ad finem Orationes quamplurimae de Sanctis occurrunt.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. ornatus picturis, non solum in principio Officiorum, sed etiam in principio cuiuslibet Orationis. Constat foliis scriptis 159.

OFFICIVM B. MARIAE VIRGINIS &c.

Cod. XIX. POst Calendarium, sequitur Officium de S. Cruce, tum Officium Spiritus Sancti, deinde quatuor solita Evangelia; Missa de B. Virgine, cum Confessione ab ho-

(1) Observanda est pictura pag. 80. in qua Regius Psaltes duos malleos prae manibus habens, septem tintinnabula desuper posita pulsat.

Digitized by Google

hodierna multum diversa. Pag. 21. Officium B. Mariae Virginis, cum Laudibus, & Horis. Pag. 48. Psalmi Poenitentiales, & pagina 59. Officium Defunctorum. Claudunt Codicem duae Orationes ad B. Virginem.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiore, Saec. XIV. item cum picturis ad singula Officia. Constat foliis scriptis 73.

OFFICIVM S. FIACRII CONFESSORIS.

Cod. XX. COntinet hic Codex Officium, & Missam pro festo S. Fiacrii Confessoris, quod celebratur in Ecclesia Cathedrali Meldensi, & per totam Dioecesim. In primo folio occurrit stemma familiae Mediceae, cui fortasse dedicatum fuit hoc Volumen. In fine autem aliud visitur stemma gentilitium, quod est Episcopi Meldensis; ita enim subiicitur: *De mandato Illustrissimi, & Reverendissimi Domini, D. Iacobi Benigni Bossuet, Episcopi Meldensis, Comitis Consistoriani, Serenissimi Delphini antea Praeceptoris, necnon serenissimae Ducissae Burgundiorum ab eleemosynis primi.* Et paullo inferius: *Scripsit Nicolaus Harlou Meldaeus anno Domini* MDCXCVII. *mense Novembri.*

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XVII. exeuntis, nitidissimus, & eleganti charactere conscriptus, & cum variis ornatibus calamo delineatis. Constat foliis scriptis 7.

EPISTOLAE B. PAVLLI.

Cod. XXI. EPistolae Paullinae XIV. praeviis argumentis valde brevibus, quae alibi saepius occurrerunt. Sunt autem omnes uberrimis scholiis marginalibus, & glossis interlinearibus aeque antiquis instructae.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XII. quantivis pretii. Constat foliis scriptis 152.

SS. HIERONYMI, ET BERNARDI QVAEDAM ITALICE.

Cod. XXII. I. pag. 1. SS. Hieronymi Epistola ad Eustochium de Virginitate, in italicum sermonem traducta, cum Prologo interpretis, qui ita inscribitur, & inc. *Al nome del nostro Salvatore Iesu Christo Nazareno Crocifisso dolcissimo, Sposo delle sante Vergini comincia il Prolago del volgarizare di questa Epistola mandata dal venerabile, e santo Doctore Teologo messere santo Ieronimo ad Eustochio nobilissima Vergine di Roma, inducendola a l' amore della santa Vergi-*

(1) Ex Praefatione praemissa Expositioni Symboli XII. Apost. Dominici Cavalcae, Ord. Praed. Romae typis Marci Palearini MDCCLXIII. 8. pag. 6. edocemur, Dominicum Cavalcam hanc Epistolam italice vertisse, cuius an sit haec versio, adfirmare non ausim.

(2) De harum Epistolarum versione ne verbum quidem apud Quetifum & Echardum de Script. Ord. Praed. T. I. pag. 878.

nità. Volendo per utilitade d' alquante donne religiose &c. Epistola inc. *Audi filia, & vide &c. Per le decte parole, le quali sono scripte nel quadragesimo quarto Salmo, parla Idio all' anima &c.* Des. *gloriosa n' andrai poi col tuo Sposo Christo benedecto a godere in eterno, riposo, il quale è benedecto in saecula saeculorum. Amen.* Dividitur autem in Capita XIII. quorum praecedit index. Occurrit etiam in Codice XCVII. Biblioth. Gaddianae Plut. LXXXIX. super. Catal. nostri Tom. V. pag. 332. §. II.

II. pag. 41. S. Bernardi Liber meditationum, item e latino in italicum sermonem conversus, & in Capita XXI. distributus. Caput I. inscriptum *della Cogitazione del uomo*, inc. *Molti sanno molte cose, e non sanno, nè conoscono loro medesimi; sguardano gli altri, e lasciano se medesimi; cercano Idio nelle cose di fuori, e abbandonano le loro coscientie dentro, ove è Idio &c.* Caput ultimum, cui titulus, *della nimistà della carne*, des. *ove lo sposo colla sposa vedrai uno medesimo Idio di gloria Iesu Christo nostro Signore, lo quale col Padre, e collo Spirito Santo vive, e regna per tutti i secoli de' secoli. Amen.* Tum repetitur titulus hoc pacto: *Explicit Tractatus B. Bernardi de homine interiori, quomodo Deum invenit.*

est *in Nativitate Domini*, II. *in Dominica infra Octavam Nativitatis Domini*, III. *in Circumcisione Domini*, IV. *in Epiphania Domini*, V. *Dominica II. post Epiphaniam*, VI. *Dominica in Quinquagesima*, VII. *in die Cinerum*, VIII. *in die Cinerum*, IX. *Dominica I. in Quadragesima*, X. *Feria IV. quatuor Temporum post Dominicam primam Quadragesimae*, XI. *Feria IV. quatuor Temporum Quadragesimae*, XII. *Dominica II. in Quadragesima*, XIII. *Feria IV. post Dominicam II. Quadragesimae*, XIV. *Dominica III. in Quadragesima*, XV. *Dominica IV. Quadragesimae*, XVI. *Feria IV. post Dominicam IV. Quadragesimae*, XVII. *in Dominica de Passione*, XVIII. *in Dominica Palmarum*, XIX. *in Coena Domini*, XX. *Passio Domini nostri Iesu Christi*, XXI. *in Dominica Resurrectionis*, XXII. *in Dominica in albis*, XXIII. *in Dominica V. post Pascha*, XXIV. *Dominica in Pentecoste*, XXV. *Feria II. post Dominicam Pentecostes*, XXVI. *in Festo Corporis Christi*, XXVII. *Dominica infra Octavam Corporis Christi*, XXVIII. *Dominica XVII. post Pentecostem*, XXIX. *Dominica XXIV. & ultima post Pentecostem*, XXX. *in Conceptione immaculata B. M. V.* XXXI. *de Excellentia, & Dignitate B. M. V. super omnes Creaturas &c.* XXXII. *in Annunciatione B. M. V.* XXXIII. *in die Purificationis B. M. V.* XXXIV. *de S. Ioseph Sponso B. M. V.* XXXV. *in festo Inventionis S. Crucis*, XXXVI. *in Dedicatione Ecclesiae*, XXXVII. *Semper cum timore vivendum &c.* XXXVIII. *Adhortatio ad obtinendum Iubilaeum*, XXXIX. *de Matrimonio*, XL. *Ostenditur, omnia argumenta, quae tanti a nobis aestimantur, vel esse monumenta maledictionis in hominem &c.* XLI. *Considerationes valde utiles pro praeparatione ad bonam mortem*, XLII. *Quid considerandum nobis circa beneficia &c.* XLIII. *Quas virtutes exercere debet Princeps Christianus &c.* XLIV. *Sacerdotes debent esse perfecti prae omnibus, ob summam potestatem &c.* XLV. *Adhortatio ad omnes curam animarum habentes &c.*

Sequuntur deinde Opuscula XIII. quorum argumenta sunt: I. *Exercitia varia in praxim reducenda pro Parochis &c.* II. *de Sacrificio Missae*, III. *de Confessionis Sacramento*, IV. *de Examine Conscientiae in generali*, V. *de Vitiis & Peccatis*, VI. *de Virtutibus Theologicis*, VII. *de Oratione*, VIII. *Principia vitae spiritualis*, IX. *de actionum Perfectione in generali &c.* X. *Enarrantur varia attributa Dei*, XI. *de Humilitate &c.* XII. *Septuaginta Documenta ex Vita Christi*, XIII. *Centum exercitia in Mariae Deiparae honorem*: Vltimum Opus est *Epistola hortatoria Ioannis Sterech, Societatis Iesu, ad eumdem &c.*

Sermo primus inc. *Ea fuit Dei in creatione intentio, ut homo Dei imaginem inquireret &c.* Sermo ultimus des. *vasa pretiosissima referta thesauris bonitatis, sapientiae, & potentiae Creatoris, & Redemptoris nostri.*

Opusculum primum pag. 325. inc. *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Sentiatur in vobis, quod & in Christo Iesu fuit &c.* Opusculum ultimum des. *victores cupiditatum efficaciores cum proximo.*

Epistola Ioannis Sterech ad Stenonem inc. *Rogo, ut Reverentia vestra dignetur valetudinem suam paullo diligentius in posterum curare, & non ante tempus se conficere.* Des. *& pero etiam absens benedici, & assidue in sacrosanctis precibus, & sacrificiis commendari.* De his mss. Stenonis Operibus agit Dominicus Maria Mannius: *Vita di Niccolò Stenone. In Firenze per Giuseppe Vanni* MDCCLXXV. 8. pag. 194. seqq.

Codex chartaceus MS. Latinus in folio Saec. XVII. exeuntis. Constat foliis scriptis 534. ex utraque parte numeratis.

BAPTISTAE CASALII ORATIO.

Cod. XXXVII.

BAptistae Casalii in Legem Agrariam pro libertate Ecclesiastica, ac communi utilitate Oratio ad Clementem VII. Pont. Max. Inc. *Nisi me tua illa explorata mihi, & cognita clementia B. P. quam & in minore tua fortuna prae te semper tulisti, & postquam summam rerum es assequutus, assumpto Clementis nomine, quasi signum aliquod clementiae sustulisti, summam in spem adduxisset benignitatis, & iustitiae tuae, totum hunc defensionis laborem dimisissem, tacitusque mecum, & populi calamitatem, & Ecclesiasticae libertatis ruinam conquererer, ac deplorarem. Quum vero tu semper acerrimum pauperum patronum, invictissimumque iustitiae ducem egeris, non modo nihil me aratorum, publicanorumque aviditas, & vanitas impudentissime apud te mentita, sed ne ipsa quidem Lex agraria, horum suasu, atque impulsu promulgata, deterruit, quominus te moneam, ut horum fallaciis circumventum, horter, ut iudicem, obsecrem, ut communem parentem, obtester, ut numen, ne populi labores paucorum aviditati obiicias; neve rem Ecclesiasticam, tuae traditam, & commissam fidei, horum avaritiae patere, & cupiditati sinas, qui semper quidem antehac Ecclesiarum bonis, ut praedae, inhiarunt, quos hactenus nullus, vel aequi honos, vel boni reverentia, sed & legum metus, & Principum vigilantia, rerumque divinarum custodia retardavit &c.* Pag. 12. b. ita in auctores Legis invehitur: *Hem tibi homines B. P. quibus mandes, si quid recte curatum velis; hem egregios Annonae Praefectos, qui Ecclesias gratis spoliandas censent, ut quae Ecclesiis extorserint, ipsi praesenti pecunia vendant. Hinc illae lacrymae, hinc illa misericordia, quum populi calamitatem deplorant; totum enim hi carmen sibi intus canunt. Non sum nescius neminem ambigere, quinam illi sint, quos pietas adegerit Ecclesiae bona sine proscriptione vendere; tantum enim facinus ab ipsis praefectis conscribendae Legi Patribus, quos isti urgere,*

Digitized by Google

vexareque, ac mendaciis circumvenire non desistebant, manasse, nefas est credere, qui tuendae rei Ecclesiasticae, non evertendae studeant, quam nullis horum adduci precibus potuerunt, ut impudentissima edicta interdictaque, eorum nomine, per apparitorem denunciarentur; nefas a Iacobo Frigepane manasse, viro nobilitate, prudentia, probitate singulari, in quo uno veterem simplicitatis memoriam, & publici parentis amorem charitatemque agnoscas, qui horum semper est & aviditatem, & furorem detestatus. At vero a Iuliano facinus manasse, nefas id quidem est non credere = qui ad rapinam utitur egregiis discipulis paene se ipso nequioribus, Iacobo Rucellario, & Iulio Albertonio, quorum alter sane bellus homo & elegans, cuius de facie truculenta, ac cicatricosa, mores deprehendas; alter capillo intonso, superciliis prominentibus, barba promissa, toga laxiore, probe ad fallaciam instructus, uterque minus quaerendarum, extorquendarumque pecuniarum artifex, facile ut Iuliani discipulos agnoscas &c. Des. *& tantam, tamque florentem tibi Ecclesiae dignitatem, opesque tradiderunt, ut esset qui tueri, & amplificare posset, velletque illud Petri Saxum, Ecclesiae fundamentum, tam sanctum, atque inviolabile, quam sempiternum fore. Dixi.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XVI. optime exaratus, in cuius initio legitur: *Hic liber est Michaëlisangeli Gryphonii.* Constat foliis scriptis 30.

STATVTA ET CONSVETVDINES IMPERII ROMANIAE.

Cod. XXXVIII. Liber inscriptus: *Statuti, & Vsanze de tutto l'Imperio de Romania.* Dividitur in Capita CCXVIII. praevio Prologo, cuius initium est: *Quando la santa Cittade de Ierusalem fo conquistada per li Christiani, & la Fede de Christo per el confortar, & predicar de Piero Heremita in lo anno del nostro Signor Iesu Christo M. C. IIII. Principi e Baroni, li qual haveva conquistà, elesseno Re del ditto Regname de Ierusalem lo Duca Gotifredo de Boion, e quando ello have recevudo la Signoria, lui non volse esser sacrado, nè nominado Re del ditto Regname, nè etiamdio volse portar corona de oro; sichè lo Re disse, fo el fiol de mess. Domenedio mess. Iesu Christo coronado de corona de spina nella sua santa passion, avanti se volse coronar de corona fatta de paia; e così voiando lo ditto Duca Gotifredo metter in bon stado, e ponto lo ditto Regname, azzochè tutta gente, andando, e vegnando, e romagnando in lo ditto Regname, fosseno governadi, e guardadi, e mantegnudi per giustitia, e dreto de rason, ello have conseglio con esso el Patriarcha della ditta Cittade de Ierusalem, et altri Baroni, Principi, e Signori, e Baroni savi, se attrova esserli de diverse terre, e paesi; e domandadi tutti delle loro usanze, & costumi, delle luor provintie e paisi, tutto quello che ciascuno desse, e. che elo potè molto bene intendere, ordinatamente fè mettere in scritis etc.* Des. *et così ordinadamente, como è scritto et divisado in questo Libro praeditto, e che receve le Isole dal Medici Duca de Attenes, andò a star in Acaya.* Caput I. inc. *In prima che le usanze preditte mess. lo Principo de Acaya si lo presente, come quello, che avenir debbia.* Caput ultimum des. *nè può cambiar della sua terra insieme con un altro, nè impegnar alcuno membro del suo stassio, che el suo Signor non lo podesse revocar, & tuorlo, come cosa sua propria.* Tum sequitur explicatio quorumdam vocabulorum, quae in hac historia occurrunt; ac tandem scriptoris ipsius subscriptio, Notariorum stylo ita expressa: *Ego Iacobus Manoli quondam Hieronymi, publicus Imperiali auctoritate, & Venetiarum Notarius, praesentem Librum incipientem:* Quando la santa Cittade de Ierusalem fo conquistada &c. *& finientem:* zoè cose stimade *manu propria ex alio vetustissimo manuscripto de verbo ad verbum, quod vix legere potui, exemplavi. In quo Libro nihil erat additum inter lineas, nec in margine, sed prout stat, & iacet praesens exemplum, & ob id in fidem me subscripsi, signoque meo apposito consueto.*

In folio autem membranaceo legitur recognitio praedictae subscriptionis, facta ad instantiam cuiusdam egregii & excellentissimi Iuris utriusque Doctoris D. Andreae Londano, alias Nobilis Neapolitani, tunc vero Patavini, anno MDLXVIII. die XVIII. mensis Maii.

Tandem clauditur Codex quodam Ducis Venetiarum Diplomate, bulla plumbea pendente instructo, quod ita habet: *Petrus Lauredano, Dei gratia Dux Venetiarum &c. Vniversis & singulis, tam amicis, quam fidelibus, praesentes litteras inspecturis, significamus, quod Iacobus Manoli, publicus Imperiali & Veneta auctoritate Notarius, qui die XVIII. praesentis scripsit publicum quoddam instrumentum, per quod D. Andreas Londano requisivit registrari in actis ipsius Notarii subscriptionem per dictum Notarium factam in quodam libro bergomeno, manu sua propria exemplato ex quodam alio antiquissimo incipiente:* Quando la santa Cittade de Ierusalem fo conquistada per li Cristiani &c. *est Notarius bonae opinionis, famae, cuius instrumentis, & scripturis publicis plena fides adhibetur. Datum in nostro Ducali Palatio die* XXVIII. *Maii Indict.* XI. *A. D.* Huic Diplomati appenditur plumbum, in quo divus Marcus visitur, vexillum tradens Venetiarum Duci, adscriptis circum verbis: PETRVS LAVREDAN. DVX. VENETIAR. S. M. in exergo autem Principis nomen ita repetitur: PETRVS LAVREDANO DEI GRATIA DVX VENEDIAR. ETC.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. Saec. XVI. Constat foliis scriptis 32.

PHI-

Digitized by Google

PHILIPPI BOCCHII SYMBOLOGIA PSALMI CXXVII.

Cod. XXXIX.

PRaecedit Philippi Bocchii (1) Symbologiae Praefatio ad Serenissimum Ferdinandum Medicem Etruriae Magnum Ducem III., quae ita habet: *Quum celebris, constansque fama, Serenissime Princeps, desumptis a te Etrusci Imperii fascibus, Christianas regiones peragravit, sane quam pro eo, ac res tanta postulabat, ingens per ora fidelium, quasi exsultantium, ac tripudiantium murmur increbuit: qui quam Deus immortalis pulcherrimae totius Italiae Provinciae administrationem concessit, illa, ut tibi secundis auspiciis bene atque feliciter eveniret, precabantur. Me quoque inter omnes, quisquis ipse sim, eadem fama, incredibili laetitia perfudit, existimantem, non sine Dei numine factum esse, ut in tantis orbis terrae tumultibus, ac Christiani praesertim nominis angustiis, impendentibusque Italiae malis, strenuus Iesu Christi miles, multos annos in beati Petri disciplina, atque aula versatus, adhuc Sedis Apostolicae amore flagrans, ad tantae, tamque excelsae Reipublicae gubernacula accederes. Nimirum tu, quasi alter Laurentius, e gente tua gloriosi nominis civis, olim Christianae pacis defensor acerrimus, ac restitutor, aut quasi alter Cosmus pater tuus, merito cognomine Magnus, tam florentis Imperii amplificator, dextro, ita dixerim, sidere, Florentiae rursus illuxisti. Non fuit otiosum in me eiusmodi conceptum gaudium, sed peracer veluti stimulus, dies, noctesque animum pupugit, ut aliquod frugiferum pangerem, & in tui monumentum, & in pignus non vulgaris meae in te, tum observantiae, tum amoris. Nam quum forte in te mentem, cogitationemque defigens, uti meus est mos, Psalmorum volumen evolverem, divina, uti reor, sorte, incidi in Psalmum, Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius, in quo Regius Propheta felicitatem Principis timentis, audientisque Deum, mirifice expressit, ac quasi pennicillo effigiavit, cuius Symbologiam, quum eiusmodi auspicatissimis a te susceptis Imperii habenis apprime congruere cernerem digna visa res est, si illam praecipue e penitioribus adytis exemptam, in medium proferrem, tuoque excelsissimo nomini consecrarem. Neque tamen te, Princeps Serenissime, existimare velim, a me, tenui alioqui homine, quidquid hoc est, hortandi tui gratia esse profectum, qui tuo illo divino, hoc est Mediceo ingenio ardentissime virtutis viam capessis; sed potius, ut testimonium esset, ac symbolum eorum bonorum, quae Dominus Deus tibi, obsequentissimo sibi ministro, in aula caelesti praeparavit. Faxit Deus, ut huic quaticumque munusculo aditus pateat ad humanitatem, gratiam, amplitudinemque tuam, quemadmodum ex intimo cordis mei sensu, ex animi propensione, atque singulari erga te cultu depromptum, ingenue profiteri possum.* Absoluta Praefatione, subsequitur aureis & maiusculis litteris exaratus versiculus ex Psalmo XX. *Praevenisti eum Domine in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de Lapide pretioso.* Hunc autem versiculum respicit Corona Ducalis elegantissime depicta, adscriptis litteris: *Corona aeterna Magni Ducis Etruriae.* Sequitur deinde Explanatio ipsa Psalmi CXXVII. per symbola, cuius singuli versiculi integram occupant paginam, adposita e regione pictura ipsorum sensum symbolice repraesentante. Clauditur Codex alio versiculo desumpto ex Psalmo LXVII. *Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi Deus,* maiusculis item, & aureis litteris descripto, cui respondet pictura, exhibens arborem pomis onustam, hinc Leonem corona redimitum, cum lilio, & Civitatis Pisanae insignibus, illinc vero Lupam cum duobus puerulis eius ubera sugentibus, & imagine quadam humana ad truncum praedictae arboris iacente, flumen Arnum repraesentante. In calce Codicis sequens adest subscriptio: *Philippus Bocchius Italicus Bononiensis fecit, scripsit, & ordinavit anno Incarnat. Domini nostri Iesu Christi* MDLXXXIX. apposito stemmate gentilitio familiae eiusdem Bocchii.

Codex membranaceus MS. Latinus oblongus Saec. XVI. exeuntis, elegantibus picturis in singulis paginis exornatus. Constat foliis scriptis 12.

(1) Huius Philippi Bocchii nobilis Bononiensis *Symbola, & Carmina in laudem Sixti V. P. M.* manu exarata, adservantur in Bibliotheca Classensi Ravennae, teste Peregrino Orlandio *Notizie degli Scrittori Bolognesi* pag. 113. Vide de eo Mazzuchellium *Scritteri d' Italia. Brescia per Gio. Batista Bossini* MDCCLXII. fol. T. II. P. III. pag. 1393.

FRANCISCI PETRARCHAE DE REMED. VTRIVSQ. FORT. COMPENDIVM ITALICE.

Cod. XL.

PRaecedit tabula Capitum, quibus constant Francisci Petrarchae Libri II. de Remediis utriusque Fortunae, quorum primus complectitur Capita CXX. secundus Capita CXXX. Tabulae autem praefigitur iste titulus: *Tavola d' uno fioretto tratato del detto, cioè nel Libro di messere Franciescho Petrarcha, chiamato de remedio utriusque, cioè del una, et della altra fortuna.* Liber primus inc. *Comincia alturita* (idest *autorità*), *che è tratta d' uno Libro di messere Franciescho Petrarcha, chiamato Rimedio utriusque, cioè dell' una, e della altra Fortuna. Et prima delle Pistole di sancto Girolamo; & prima d' una Pistola, ch' egli scrive a Vstochio Vergine, confortandolo egli nella virginità con bellissimi exempli.*

Non ti scrivo parole di lusinghe, sappiendo,

Digitized by Google

do, che lusinghare è uno rio, et choperto nimico.

Egli è impossibile, che nel sentimento dell' uomo non entri il movimento della tentatione, el chalore della midolla non si chonmuova.

Vino et gioventù insieme chongiunti, è doppio incendio di lussuria.

Li mali ragionamenti, dicie l'Apostolo Paulo, chorrompono spesse fiate (cioè volte) etiamdio li buoni chostumi &c. Des. *e chi spera sanza virtù avere bene, à matta prosumptione.*

Liber secundus pag. 39. inc. *Dice sancto Girolamo non essere fato, nè fortuna la maggiore schiera, che è degli ignoranti.*

Dice Racrito (forte *Eraclito*) *che ogni chosa si fa in questo mondo chon lite, e chon quistioni, chon secho medesimo, e chon altri &c.* Des. *chi non à sepultura, è choperto dal cielo, e non è nessuno minore danno; che la sepultura è truovata più per chagione de' vivi, che de' morti, adunque lascia in pensiero a' vivi.* Tum subiungitur: *Finito il sechondo Libro, chiamato Fortuna aversa, a dì 30. di Dicembre* 1478. Clauditur Codex hac mendosissima subscriptione:

Finit liber iste, referamus gloria Christo.
Qui scripsit scribat, semper cum Domino vivat.
Vivat in caelis semper cum Domino felix.
Vivat cum Deo Iacobum semper aeterno.
Laus Deo gratias. Amen.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. Saec. XV. in cuius initio legitur: *Tomo LXXXXV. d' Antonio da Sangallo.* Constat fol. script. 67.

FRANC. PETRARCHAE DE ADVERSA FORTVNA OPVS GALLICE.

Cod. XLI. *Les septante sept Dyalogues de F. Petrarque, ou le Poete parle de la Fortune adverse*, praevia tabula argumentorum uniuscuiusque Dialogi. Argumentum primi est: *De la deformité du corps.* Argumentum ultimi: *De playes receues.* Prologus inc. *De toutes les choses, qui jamais ne pleurent a lire, ou a ouyr reciter certes, il ny en a aucune qui plus me tienne au courage ec.* Des. *reste en ce segond livre parler des deux passions de la fortune adverse qui sont douleur, & crainte, filles de adversité, segonde fille di celle fortune.* Dialogus primus inc. *Ne me planis, & ay deul de ce que nature ma engendre, & fait si defforme.* Dialogus LXXVII. des. *Tu te .....(1) du corps, le quel il te faut laisser & plustot pense lame comme te tay dit.*

Cod. membranaceus MS. Gallicus in 12. Saec. XIII. in cuius initio legitur *ex libris I. G. M. de ..... Florentini.* Constat foliis scriptis ex utraque parte numeratis 324.

IAC. POGGII EXPOS. SVPER PETR. TRIVMPHVM FAMAE.

Cod. XLII. IAcobi, celeberrimi Poggii filii, Commentarius in Francisci Petrarchae Triumphum Famae, ita insscriptus *Iacopo di Mess. Poggio a Lorenzo di Piero di Cosimo de' Medici sopra el Triumpho della Fama di Masser Francesco Petrarca.* Prooemium inc. *Comune è opinione, Magnifico Lorenzo &c.* Des. *havendo te per chapitano, e governatore.* Commentarius inc.

Nel cuor pien d' amarissima dolcezza &c. El Popolo Romano superiore per le sue singulari et immense virtù, a tutti gl' ingegni degli scriptori &c. Desinit in versu:

Poi alla fine vidi Artù, e Carlo,

& in verbis: *con grandissima gloria et benivolentia inaudita de' suoi Popoli.* Concordat cum alio exemplari, quod habetur in Cod. XX. Plut. XC. infer. Biblioth. Gaddianae, Catal. nostri Tom. V. pag. 417. quem vide. Prodiit autem hic Commentarius Florentiae *per Ser Francesco Buonaccorsi a petitione di Alessandro di Francesco Varrochi Cittadino Fiorentino nell' anno* MCCCCLXXXV. *a dì* XXIII. *di Gennaio* 4.

Codex chartaceus MS. Italicus in folio Saec. XV. diligenter exaratus, in cuius initio legitur: *Tomo* 28. *d' Antonio d' Oratio da Sangallo.* Constat fol. script. 71.

ARISTOTELIS ETHICA ITALICE REDDITA.

ARistotelis Ethicorum Libri X. (in Codice tamen sunt XII.) in latinum sermone translati a Magistro Taddaeo Florentino, Medico sua aetate celeberrimo, & in Academia Bononiensi Professore, ubi vitam cum morte commutavit an. MCCCIII. de quo plura lectu digna profert Ant. Mar. Biscionius in notis ad Librum cum titulo *Prose di Dante Alighieri, e di Messer Gio. Boccacci. In Firenze* MDCCXXIII. *per Giov. Gaetano Tartini* 4. pag. 340. seqq. & Mazzuchellius *Vite d' uomini illustri Fiorentini scritte da Filippo Villani &c. Venezia per il Pasquali* MDCCXLVII. 4. pag. XLIV. qui hunc ipsum Codicem nominat. Vide etiam Novellas Litterarias Flor. num. XVI. sub die XIX. April. MDCCXLVIII. col. 249. & num. XIX. col. 303. Liber I. inc. *Ogni arte, & ogni doctrina, et ogni operatione, et ogni eletione pare domandare alchun bene. Adunque bene disseno li phylosafi, ch' el bene si è quello, lo quale disiderano tutte le chose. Secondo diverse arti sono diversi fini, che sono tali fini, che sono operationi, & sono tali fini, che non sono operationi. Conciosiacosachè sieno molte arti, et molte operationi, ciaschuna ae lo suo fine. Verbi gratia la Medicina si ae un suo fine di fare sanitade &c.* Liber XII. des. *et lo buono ponitore della legge si è quello, lo quale sae le regole universali, le quali sono determinate in questo libro, et sannole congiungere alle cose partichulari, le quali vegnano altri fra le mani, perciochè a bene ordinare le leggi si è mestieri ragione et sperienza.* Tum subiicitur litteris maiuscu-

Cod. XLIII.

(1) Scriptura heic est prorsus evanida.

Digitized by Google

sculis: *Explicit Ethica Aristotelis traslatata per magistro Taddeo. Deo gratias. Amen.*

Hic autem Codex propter bibliopegi incuriam est male compactus, unde magna paginarum confusio occurrit in primis duobus quinternionibus, sed huic malo medetur paginarum numeratio.

Codex membranaceus MS. Italicus in 8. Saec. XV. diligenter exaratus, cum titulis Librorum & Capitum rubricatis, & initiali Operis littera aurata, & colorata. Constat foliis scriptis 54.

BOETHIVS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE ITALICE.

Cod. XLIV.

BOëthii de Consolatione Philosophiae Libri V. e latino in italicum sermonem translati per Albertum della Piagentina Poëtam Florentinum (1), praevia interpretis Praefatione, quae hunc praefert titulum: *Quì comincia il Libro del Boetio delle Consolationi, et prima la diceria dello Autore, dove raconta, che homo fusse il detto Boetio, et le chagioni perchè fosse mandato in exilio, et da chui.* Inc. *Hic adinvenìt omnem viam disciplinae, & dedit illam. Ieremias capitulo tertio. Perochè la nostra coniuntione vestita della choruptella ad discernere la veritade di singulari effetti &c.* Des. *securo si puote venire al testo, il quale chomincia chosì.* Lib. I. inc.

Io che compuosi già versi e cantai &c.

Liber V. desinit imperfecte in verbis: *per la conditione della conoscienza divina, ma per se considerate non manchano d' assoluta libertà di lor natura. Adunque sanza.....*

Tum sequitur in rubrica: *Il Libro di Boetio è quì finito, gratie a quello che vive infinito. Amen. Schrito per me Bernardo Bragadin da Vinegia, nelle Stinche dele charciere del Comun di Firenze a dì 2. Gienaio 1419. nel mal levato dissotto* (2). Tandem claditur Codex sequenti italico Epigrammate:

Io sono Alberto della Piasentina,
Di cui Firenze vera allomna fue,
Che nel mille treciento trenta due
Volgherezzai questa excielsa doctrina,
E per largeza di gratia divina
Ne chiosai duo libri et piue,
Anzi che morte choll' oppere sue
In carciere mi desse disciplina,
E son contrito a Frati Romitani
Nella Cipià di Vinegia sopellito,
Dell' iracondo pensiero folle et stolto,
Che priegho te lectore, che prieghi molto
L' alto Rettor di tempi Christiani,
Che mi perdoni i mie difetti vani,
Chel' priego giusto al defunto giova,
E a chil porgie doni gratia nova.

Aliud Exemplar huius italicae versionis occurrit in Codice LXV. Plut. LXXVI. Biblioth. Laurent. Catal. nostri Tom. V. pag. 297. Memoratur autem hic Codex a Cl. Franc. Ant. Zacharia in Excursu Litterario per Italiam Venetiis typis Remondinianis MDCCLIV. 4. pag. 214.

Codex chartaceus MS. Italicus in folio Saec. XV. ineuntis, in fine mutilus, cum initiali Operis littera aurata, & colorata, in cuius primo folio membranaceo, quod custodiae Codicis inservit, calamo stemma gentilitium Salviatorum, Cosmi I. & Eleonorae Toletanae eius uxoris depictum est, adscriptis hisce verbis: *Questo Libretto mi donò Messer Iacopo di Messer Giovanni Ghuidi Volterrano, degnissimo Segretario di sua divinissima Eccellenzia, padrone mio santo, e padron mio m' è stato, come fu santo el primo santo de' santi, el maggiore avvocato che à Iddio per noi.* Constat foliis scriptis 97.

BOETHIVS DE CONSOL. PHILOSOPH.

Cod. XLV.

ANicii Manlii Torquati Severini Boëthii Ordinarii, Patricii viri, Exconsulis, de Consolatione Philosophiae Libri quinque, ut alibi pluries.

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. gallico charactere eleganter exaratus, cum initialibus singulorum Librorum aureis, variisque picturis, quae per totum marginem recurrunt, exornatis, in cuius initio videre est stemma quoddam gentilitium aere incisum, forte possessoris Codicis. Constat foliis scriptis 107.

BOETHIVS DE CONSOLATIONE PHILOSOPH. ITALICE REDDITVS.

Cod. XLVI.

BOezio Severino della Consolazione della Filosofia tradotto di lingua latina in volgar Fiorentino da Benedetto Varchi. Praecedit interpretis Epistola nuncupatoria ad Cosmum Medicem Florentiae Ducem, cuius initium: *Come fra tutti gli Scrittori Romani niuno fu, che io creda, sapientissimo, et ottimo Principe, nè più dotto in tutte le scienze, nè di maggiore santità di Severino Boezio, il quale fiorì negli ultimi tempi della lingua latina &c.* Finis: *et quì pregando Dio, che tanta sia la vita, et la felicità vostra, quanta è la virtù, et la bontà, farò fine.*

Vmilissimo et devotissimo servo
Benedetto Varchi.

Liber I. inc.

Io che già lieto, et verde alto cantai
Nel mio stato fiorito, hor tristo, et bianco
Pianger convengo i miei dolenti guai.

Ecco

(1) Dominicus Maria Mannius in lucem extulit Librum hunc, cui titulus: *Boezio della Consolazione, volgarizzata da Maestro Alberto Fiorentino, co' motti de' Filosofi, ed una Orazione di Tullio, volgarizzamento di Brunetto Latini. In Firenze per Domenico Maria Manni* MDCCXXV. 4. de quo vide Philippum Argelatum *Biblioteca de' Volgarizzatori. Milano per Federigo Agnelli* MDCCLXVII. 4. Tom. pag. 168.

(2) Forte est nomen carceris ita nuncupati.

Digitized by Google

Ecco le Suore meste, et Febo stanco
Versi mi dettan lagrimosi, ond' io
Bagno scrivendo il destro lato, e 'l manco &c.
Liber V. des. *posciachè dinanzi agli occhi di quel Giudice operate, il quale vede tutte le cose*. Hanc versionem Varchius, suadente Carolo V. Imp. a Cosma I. Magno Etr. Duce potissimum excitatus adornavit, quae lucem vidit Florentiae typis Laur. Torrentinii an. MDLI. 4. deinde Venetiis MDLXII. 8. & iterum Florentiae apud Georgium Marescottum cum notis marginalibus Benedicti Titi an. MDLXXXIV. 12. Consule Apostoli Zeni animadversiones ad Bibliothecam Italici Eloquii Iusti Fontaninii, Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali MDCCLIII. Tom. I. pag. 460. seqq.

Codex chartaceus MS. Italicus in folio Saec. XVI. manu ipsius interpretis diligenter exaratus, aquis pluvialibus in principio aliquantum maculatus. Constat foliis scriptis 127.

CAROLI ANTONII A PVTEO COLLECTANEA &c.

Cod. XLVII. OPus septem magnae molis Voluminibus comprehensum, cui titulus: *Caroli Antonii a Puteo Archiepiscopi Pisani de iis, quae ad Principem attinent Collectanea*. Huic autem primo Tomo praemittitur Auctoris Vita, quam consequitur index Capitum eiusdem primi Tomi. Caput primum inscriptum: *Princeps quid sit, unde dicatur, & quot modis in iure haec vox capiatur*, inc. *Princeps familiae, idest Caput, l. Familiae appellatione ff. de verborum significatione, ubi Rebuffus in simili dat exemplum &c.* Vltimum, cui titulus *Ducalis Dignitas*, des. *Dux appellatur a Psalte Dominus noster Iesus Christus: ex te orietur Dux*. Constat autem hic primus Tomus foliis scriptis 430.

Alii sex Tomi, qui sequuntur, sunt sub eodem numero XLVII. designati, iisdemque Capitum elenchis in principio instructi; ultimus vero clauditur alio indice alphabetico universorum Capitum, quae in septem Voluminibus continentur. In fronte singulorum depictum est stemma gentilitium familiae Mediceae. Sunt autem omnes chartacei MSS. Latini in fol. Saec. XVII. Tomus II. constat fol. scriptis 407. III. 407. IV. 403. V. 438. VI. 440. VII. 545.

Iuvat heic aliqua de Vita tanti Viri subiicere, ex Ferdinandi Vghellii egregio Opere *de Italia Sacra*, Venetiis apud Seb. Coleti MDCCXVII. fol. Tom. III. pag. 489. potissimum desumpta.

Carolus Antonius a Puteo, Francisci Marchionis Romagniani, Comitisque Ponderani, & Amodeae, ex Comitibus Vervensibus filius quartogenitus, Bugellae in Pedemonte natus pridie Kal. Decembris M. D. XLVII. frater fuit Ludovici Pedementis primi Praesidis, & Comitis Fabritii, pro Serenissimis Sabaudiae Ducibus apud Venetos, Magnosque Etruriae Duces Oratoris, nepos Cassiani, alteriusque Pedemontis primi Praesidis; cuius etiam gentis fuit Iacobus Iurisconsultus, & Senator, celeberrimi Iasonis magister, Humbertus sub Ioanne XXII. & Iacobus, Iuris lumen sub Iulio III. Pontificibus Maximis, S. R. E. Cardinales, Antonius Archiepiscopus Barensis, ad Caesarem pro Apostolica Sede Nuncius, Ioannes Lucas, Regii Lepidi, & Alphonsus S. Domnini Episcopi. Clara enim, & pervetusta Putea familia, non solum apud Italos, verum & in Galliis semper habita est, & toga, & armis illustrium virorum genitrix, quorum virtutes quum egregie insectatus esset noster Carolus Antonius, facile ei fuit, non solum in dignitatum similitudine, sed multo magis in omnium virtutum genere, & morum suavitate anteire. A puero namque litteris imbutus est, ut graece latineque eximie eruditus haberetur; Philosophiam, divinamque Theologiam didicit; illam, ut corporis, hanc, ut animi tueretur salutem. Pisas autem bono omine quum se contulisset, Iurisprudentia clarus evasit, cuius facultatis Bononiae postea sub Hannibale Monterentio lauream tulit. Taurinum deinde quum reversus esset, & caussas scripsit, & peroravit egregie; nec multo post Florentiam a Cosmo I. Magno Etruriae Duce vocatus, & ad ardua negotia accitus, tantam a sapientissimo illo Principe, & a Francisco filio gratiam iniit, ut ad supremum Auditoratum Fisci illum admoverit, ac deinceps, quum sedes Pisana vacaret, illius Ecclesiae Archiepiscopum seligendum curaverit. Anno MDLXXXII. die prima Octobris, sub Gregorio XIII. inauguratus, primum apud sacram Camaldulensium Eremum sacrum fecit. Qui, non modo deinde Ecclesiae sibi creditae regendae suffecit, sed etiam una cum Ferdinando I. Magno Duce, Etruriam totam administravit, & ad publicum commodum eiusdem ius dixit, ut olim sub Cosmo, vere magno Ferdinandi patre, clarissimus ille Iurisconsultus Laelius Torellus, Etrusci Imperii molem sustinuerat. Non defuit in Ferdinando, maximorum Principum sui saeculi prudentissimo, erga praestantissimum virum, nec amor, nec gratia; adeoque eius virtutes, fidemque adornavit, ut non semel apud Pontifices Maximos per suos Legatos exoraverit, ut purpura cohonestaretur. In victu sobrius, in pauperes liberalis, rigidusque Ecclesiasticae suae disciplinae conservator fuit. Litteratorum virorum familiaritate usus est; coluitque quam maxime Caesarem Mazzonium, & Bonamicum, insignes Philosophos, Rodericum Fonsecam, Borumque in medica disciplina illustres viros, Comitem Alexandrum Raudiensem, Iacobumque Ange-

Digitized by Google

gelium Bargaeum, Iurisprudentiae Professores in Academia Pisana primarios. Nulla fere dies fuit, in qua per octo ad minus horas litteris non vacaret. Tractatum composuit de Potestate Principis, alterumque de Feudis in tredecim Libros, plures, curiosasque quaestiones digessit; unde perspicacissimi ingenii haud sane mediocrem laudem tulit. Nec defuit in religioso Archipraesule pietas, nec charitas. Summam Aedem Pisanam magna ex parte labefactatam munificentissime refecit, Palatium Archiepiscopale instauravit, Ecclesiae S. Frigdiani Pisas nobile lacunar obduxit, sacramentoque Altaris Ciborium, ut vocant, erexit, illamque Clericis Regularibus Barnabitis, illuc advocatis, attribuit. Fratres Minimos S. Francisci de Paula in Ecclesia S. Torpetis introduxit. A fundamentis tum signis, tum picturis visendum Sacellum substruxit in Campo Sancto, illudque divo Hieronymo Protectori suo dedicavit. Sacrarium superba supellectili ditavit. Equestris Ordinis S. Stephani nobilem, divitemque Commendam instituit, Puteanae suae gentis iuspatronatum fecit. Puteaneum Pisis fundavit Collegium, attributis redditibus, ut illic Pedemontana iuventus institueretur. Infirmis honestis viris paupertate laborantibus, quibus per verecundiam publica Xenodochia petere non liceret, perpetuo summa pietate, summaque ad id pecuniae relicta, instituit, ut Medici, Chirurgi, vitaeque necessaria in posterum tribuerentur. Denique ob merita eius a Paullo V. Pontifice ad Cardinalatus apicem quum fuisset evectus, vere Pater pauperum, iustitiae amator, Cleri lumen, Ecclesiasticae disciplinae propugnator, Etruscis Principibus fidus Consiliarius sexagenarius decessit apud Seravezzam, quo vitandi aestus caussa diverterat, anno MDCVII. die XIV. mensis Iulii, sepultus in Campo Sancto, in Sacello S. Hieronymi a se constructo, in tumulo, quem sibi vivens paraverat, cum hoc Epitaphio.

D. O. M.
CAROLVS. ANTONIVS. PVTEVS
FRANCISCI. COMITIS. PONDERANI. FILIVS
ARCHIEPISCOPVS. PISANVS
DIEM. MORTIS
ET. VNIVERSALIS. RESVRRECTIONIS. COGITANS
LOCVM. HVNC. VIVENS. SIBI. STATVIT
PRO. CADAVERE. SVO. REPONENDO
QVANDO. DIVINAE. CLEMENTIAE. VISVM. FVERIT
IPSVM. AB. HOC. SAECVLO. NEQVAM. ERIPERE
ANNO. DOMINI. MDC.

Tanti viri mortem aegre tulit Ferdinandus II. Magnus Etruriae Dux, qui cum Legato suo apud Romanam Curiam commorante, ita se expressit: *E' morto un uomo di vita innocente, e di grandissima integrità e valore, e a noi à fatto in tutti i conti sempre grandissimo aiuto, e servizio con la sua singolar prudenza, e dottrina, e ce ne dispiace infinitamente*. Consule Opus inscriptum: *Istoria del Granducato di Toscana sotto il Governo della Casa Medici; Firenze per Gaetan Cambiagi* MDCCLXXXI. 4. Tom. II. pag. 388. & Tom. III. pag. 259.

Eius funus Oratione lugubri prosequutus est Curtius Centoletta, Canonicus Pisanus, eiusque laudes non tacuit Attilius Cursus Florentinus, pereleganti Oratione in Academia Florentina, die trigesima eiusdem anni, & Franc. Bocchius peroravit. Antoninus vero Thesaurus in Praefatione suarum Decisionum, Vivianus Vivianus Canonicus, & Archidiaconus Pisanus, & Episcopus Insulanus in Tractatu de Iurepatronatus, & Ludovicus Comes Landius de vetustis numismatibus, honorificam dignissimi Archipraesulis mentionem fecerunt, cui praeterea dicat Tractatum de Comparatione Aristotelis cum Platone, Iacobus Mazzonus insignis Philosophus. Argumenta Capitum, quae in Tomo primo pertractantur, sunt ista:

I. *Princeps quid sit, unde dicatur, & quot modis in Iure haec vox capiatur*. II. *Manus Regia*. III. *Principem sibi civitas, vel Provincia eligens*. IV. *Principum quot sunt species*. V. *Quo iure sit potestas Principis*. VI. *Principes, qui primi fuerint*. VII. *Melius an sit ad filios Principatum transire, an unoquoque mortuo novum eligi*. VIII. *Principes cur Deus constituat*. IX. *Princeps est minister Dei*. X. *Sacer an dicatur, & ungatur, & Divus sit*. XI. *Principes fidelitatem iurant, & recognoscunt*. XII. *Imperium venerari, & recognoscere*. XIII. *Contractu praedecessoris sui, quatenus circa res Principatus successor obligetur, & in eius praeiudicium possit res Principis alienare*. XIV. *Contractui praedecessoris sui contravenire non potest, & quid in alia concessione*. XV. *Contractui, & concessioni praedecessoris contravenire, & quid circa res Principatus in successorum praeiudicium possit*. XVI. *Contractui praedecessoris stare*. XVII. *Debita praedecessoris sui solvere quando teneatur*. XVIII. *Heres praedecessoris sui si fiat, & sit, & ad quae uti heres, teneatur, & particularis persona*. XIX. *Frater Principis*. XX. *Successio Principatuum, & Principum linea deficit*. XXI. *Princeps puer, & eius Tutor, & Curator*. XXII. *Principum multa decreta tenent de facto, quae de iure non subsisterent, & tamen servantur, ac si essent valida*. XXIII. *Viduarum, & pupillorum iudex, & protector Princeps*. XXIV. *Principis confirmatio*. XXV. *Negligens Princeps*. XXVI. *Secreta Principis non revelanda*. XXVII. *Obloquendum non est de Principe*. XXVIII. *Obediendum Principi, & ibi Decisio Balneoregii*. XXIX. *Patris, an Principis maior potestas, & cui sit magis obediendum*. XXX. *Vxor Principis*. XXXI. *Patrimonia Principis plura, & cui Patrimonio adquirat*. XXXII. *Civitas non*

Digitized by Google

recognoçens superiorem, tenet iura Principis, XXXIII. *Princeps liberalis, & eius liberalitas.* XXXIV. *Donatio Principis.* XXXV. *Renunciat Principatum, vel in alium transfert.* XXXVI. *Princeps donat ob benemerita.* XXXVII. *Subditos, & Rempublicam diligere debet.* XXXVIII. *Necessitate providendi, an adstringatur.* XXXIX. *Veritas Principibus consulenda, & eam diligere debent.* XL. *Patientia, & conniventia Principis.* XLI. *Beneplacitum Principis.* XLII. *Iudex Principum quis sit.* XLIII. *Clausula, Salvis iuribus nostris, & Curiae.* XLIV. *Clausula, salvis iuribus supra expressis,* XLV. *Princeps litigat.* XLVI. *Iustitiam diligere, & contra seipsum administrari facere.* XLVII. *Princeps ex quibus caussis privetur Principatu, & a quo,* XLVIII. *Princeps dives cumulator thesauri.* XLIX. *Misericors, & miserabilium protector,* L. *Iustitiam administrare, & nemini denegare, & ita praesumitur.* LI. *Constans Princeps.* LII. *Fides a Principe servanda.* LIII. *Filius Principis.* LIV. *Ambitio, & dominandi cupiditas.* LV. *Mansuetus.* LVI. *Humilis* LVII. *Clemens, & benignus.* LVIII. *Imago, & simulacrum Civitatis prius debet seipsum corrigere.* LIX. *Rationem factorum Principis perquirere nemo potest.* LX. *Salvum conductum in Criminalibus concedit.* LXI. *Sceptrum & gladius Principis.* LXII. *Officiales, & Iurisconsultos honorare debet.* LXIII. *Laetitia populorum pro Principe.* LXIV. *Civis, & de universitate an dicatur.* LXV. *Statuta Civitatis an in Principibus, & eorum bonis procedant.* LXVI. *Tyrannus occupator Principatus, & eius tempore gesta.* LXVII. *Iudex Iudicum Princeps.* LXVIII. *Epistola familiaris Principis, & scribens alicui, & scriptura sua.* LXIX. *Novus Princeps.* LXX. *Civitatem, & terras de novo acquirit, Dominiaque plura habet.* LXXI. *Titulos suos apponere debet, & qui sint.* LXXII. *Vicarius Papae, vel Imperatoris in suo territorio.* LXXIII. *Regalis Dignitas.* LXXIV. *Ducalis Dignitas.*

Et haec pro specimine huius immensi operis relata sufficiant.

SVPERIORIS OPERIS SILVA.

Cod. XLVIII. CAroli Antonii a Puteo de iis, quae ad Principem attinent Collectaneorum Silva, manu ipsius Auctoris, ut videtur, properante calamo exarata, ac quatuor Voluminibus in folio sub unica numeratione paginarum, scilicet a pag. 1. usque ad pag. 862. comprehensa. Ex hisce tamen quatuor Voluminibus deest nunc Volumen secundum, quod a pag. 272. usque ad pag. 463. inclusive progrediebatur.

ANONYMI OPVS DE ERVDITIONE PRINCIPVM.

Cod. XLIX. ANonymi Opus de Eruditione Principum in Libros VII. divisum, cum Praefatione, cuius initium: *Quum pars illustris Eeclesiae sit coetus Principum, & initium a eis dependeat vitae minorum, non est negligenda cura eorum ab his, qui Ecclesiae habent zelum &c.* Finis: *quum sit & ipse potens, & in mundo natus, Reges voluit de se instruere, & eis in splendore sideris apparere.* Tum adnectitur Summarium eorum, quae in singulis Libris pertractantur, his verbis: *Opus vero istud decrevi in septem Libros distinguere, ut ea, quae in ipso continentur, & facilius inveniantur, & melius memoria teneantur. In primo Libro agitur in communi de quibusdam, quae ad Principes pertinent. In secundo ostenditur, quomodo ad Deum, & Ecclesiam eius habere se debeant. In tertio, quomodo ad eos, idest ad se ipsos. In quarto, quomodo ad eos, qui sunt circa ipsos. In quinto, quomodo ad eos, qui sunt ex ipsis, scilicet ad filios. In sexto, quomodo ad populum sibi subditum. In septimo, quomodo ad eos, qui sunt contra ipsos, scilicet ad hostes &c.* Continet autem Liber primus Capita XV. secundus XIII. tertius X. quartus X. quintus LXVII. sextus VIII. septimus XII. Libri primi Caput I. inc. *Quum inordinatus amor potestatis terrenae multum noceat, iuxta illud Bern. in Lib. de Consid. Nullum tibi venenum, nullum gladium plus formido, quam libidinem dominandi &c.* Libri septimi Caput ultimum des. *quum Cruci tanta reverentia exhibeatur, eo quod Corpori Dominico ad modicum tempus fuerit associata.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XVII. eleganter exaratus. Constat foliis scriptis 200.

IVLII MANCINI TRACTATVS DE PICTVRA.

Cod. L. PRaecedit Operi Epistola nuncupatoria, cuius inscriptio, & initium sequens est: *Illustriss., e Reverendiss. Sig. Padron. Col. Quello che per mio diporto, e pietà Christiana di cose appartenenti alla Pittura con qualche tempo ho raccolto per comandamento de' miei Signori e Padroni, con devotissimo affetto lo presento a VS. Illustriss. come conveniente, e propria di un Principe Cristiano governante par suo &c.* Finis: *e baciandole humilmente le vesti, le prego da Dio ogni maggior felicità. Dall' Hospital di S. Spirito &c.* Opus inc. *L' intention mia non è di propor precetti appartenenti alla Pittura, o suo modo d' operare, sì per non esser mia professione, come ancora per esserne stato trattato dal Dureto, e Gaurico ne' lor Libri della proporzion del corpo humano; e doppo di essi, dal Vinci, Vasari, Lomazzo, e ultimamente dal Zuccharo, uomini eminentissimi in tal professione; ma sì ben di proporre, e considerare alcuni avvertimenti, per i quali un uomo di diletto di simili studi, possa con facilità dar giudizio delle pitture propostegli, saperle comprare, acquistare, e collocarle ai lor luoghi,*

secon-

Digitized by Google

secondo i tempi, nelli quali sono state fatte, le materie, che rappresentano, & lumi, che l'artefice à dato nel farle. Il tutto messo insieme per osservanza di varie pitture in diversi tempi, et occasioni, et per aver avuto amicizia di alcuni pittori celebri di questo secolo &c. Des. *e questo basti adesso della Pittura, rimettendomi sempre a miglior giudizio. Finis.* Pag. 111. b. quasdam memorat picturas Romae exstantes, musivo opere, vel coloribus elaboratas, & unde erutae fuerint, indigitat. In ultimo folio pauca quaedam adiiciuntur de variis picturae speciebus.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XVII. Constat foliis scriptis 116.

VITRVVII LIB. I. DE ARCHIT. CVM EXPOS. IO. FR. FORTVNAE.

Cod. LI. VErsio Libri I. M. Vitruvii Pollionis de Architectura cum expositione Ioannis Francisci Fortunae Patavini, cum hoc titulo: *Regole generali di Architettura di Io. Francescho Fortuna Paduano sopra li X. Libri di Marco Vitruvio Apollione* (1) *traduti in lingua materna con molte antiquità italiane, grece, moresche, et indiane, da pochi vedute, le quali son conformi alli testi di Marco Vitruvio, con sue figure commentate. Con privilegii.* Huic autem titulo praemittitur sequens graecus versiculus, cum sua interpretatione latina:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουλήφορον ἄνδρα.
Non oportet totam noctem dormire prudentem hominem.

Pag. 2. exhibet Mediceum stemma, adscripto sequenti disticho:

Praemia si tollas, pereant virtutis honores;
Sint Moecenates, Musa Maronis erit.

Pag. ead. b. Occurrit quoddam breve huius humanioris artis elogium, quod inc. *Architecturae Libri X. non solum omnium artium perfectam complecti scientiam, verum & summam Rhetorices rationem ex hoc cognosci facile potest, mi humanissime, Principum decus &c.* (2) Des. *quae tuo nomini dedicare constitui, dummodo illius absolvendi detur stimulus. Vale Principum decus.* Tum subiungitur hoc Epigramma:

Noscere Daedalias Auctoris qui velit artes,
Amphitheatra cupis, artificumque manus;
Me legat, & relegat, facili sermone disertum,
Ex greco in latium pagina versa docet.
Errabit numquam scalptor faber amplius ullus,
Prima elementa satis dummodo noscat, erit,
Quare Vitruvium cuncta rubigine tersum,
Accipite artifices: Rector & ipse legat.

Pag. 3. Auctoris ad Cosmum Medicem Epistola nuncupatoria. Inc. *Illustrissimo & Eccellentiss. Sig. Se 'l viver nostro dal primo Motore perpetualmente a noi fosse concesso, a me non saria maraviglia, quando l'uomo avesse in se qualche virtude, o ver secreto, il quale ad alcuno palesar non volesse; ma conoscendo quanto siamo fragili, corruptibili, & imperpetui, ò deliberato a persuasione di alcun Principe, & Signore, qual da tutt'ore mi puol comandare, & a utilità del vulgo universale, e per non dover mai esser accusato di avarizia, a non voler dare, et concedere queste mie indegne vigilie, le quali ò consumato in rivoltare qualche foglio, per satisfare alcun dilettante virtuoso, quale il summo Opifice per sua immensa bontà mi à concesso, altrimente teniria de ingratitudine il primo loco. Per il che, Illustriss. Sig. Duca, imaginandomi più et più volte con la mente, ale cose del microcosimo, et considerando quanto V. S. E., et tutta la nobil et degna Casa di quella, sempre sia stata di natura amorevole, virtuosa, et liberale, eo maxime, quello raro, & immortal luminatore, et refermatore de la antiqua millitia del Signor Ioanne dei Medici, patre di V. S. E. qual'è stato vero lume, et spechio generale a tutto il mondo, dilche la fama sua sin in cielo al furibondo Marte fà stupire, per le mirabile prove, le quali più, et più volte di sua Signoria amplamente da ognuno è sta conosciuto, lui aver fatto quello, che mai fecero Gotti, Troiani, Greci, nè Romani, come in vero non si pol negare. Pertanto, Illustrissimo Sig. Duca, quella sia certa, che a stimulazione de li supra scritti Principi, et Signori, con alcuni Artefici, da me per il mondo posti in opera, li quali certissimo ò trovati molto speculativi, et con bonissimo ingegno, come sono maestri di legname, fabri, muratori, et picapreda, et altri simili, li quali per non aver in loro quelle parti, che descrive Marco Vitruvio Apollione nel suo testo bisognarsi, come sono grammatica, arithmetica, geometria, musica, grafida, over disegno, astrologia, et filosofia, qual se ricerca debitamente alla architettura, si sono defidati, et anno lassato di dar opera a quella dilettevole, et vera pratica di architettura, dove se avesseno auto qualche guida, o lume, non dubito, che non avesseno fatto meglior frutto di quello, che fà tal sciente con sua teorica, senza speculazione. Et io conoscendo a tal cosa potersi remediare, temerariamente, ò pigliato questo carico, nel quale ò faticato più anni, sì per utilità loro Artefici, come ancora per comodo, et utilità universale, acciò molti Principi, et Signori si possano di loro servire et prevalere; unde a questo fine ò fatto alcune regule facile, breve, et di non poca maraviglia, per le quali, purchè quello qual vol operare di sua mano, sappia numerare sino a dodece, potrà*

(1) Haec versio Vitruvii non memoratur a Iacobo Mar. Paitonio *Biblioteca degli Autori antichi volgarizzati &c. Venezia per Gaspero Storti* MDCCLXXIV. 4. Tom. IV. pag. 225. seqq. nec in Prolegomenis ad italicam versionem Bernardi Galiani, Neapoli typis Simonianis an. MDCCLVIII. fol. pag. IV.

(2) Hic est Cosmus I. Dux Etruriae.

Digitized by Google

Cod. LXVIII. I. pag. 1. *Oratione del Conte Alessandro Altano al Serenissimo Granduca di Toscana nel ritorno dalla sua felice Incoronatione fatta nel Vaticano.* Praecedit Orationi Epistola nuncupatoria ad ipsum Magnum Ducem, cuius initium: *Ogni sembianza dei nobili trionfi &c.* Finis: *a cui humilmente s' inchina, et raccomanda un forastiero del Frioli, acceso dalla sua gloria. Dal mio alloggiamento alli 22. di Marzo 1570. Di V. A. Generosissima*

Devotiss. Servit.

Alessandro Altano Conte di Servarolo.

Orationis titulus ita habet: *Oratione recitata nella Sala dei Regi al Serenissimo Cosmo dei Medici Granduca di Toscana.* Inc. *E pur io colga, in nobilissimo campo, o Principe Eccelso, qualche frutto delle mie Orationi lavorate col sinistro Mercurio &c.* Des. *perchè io manco già nel dire, oppresso da quelle doglie, et numeri confusi, che non hanno proemio, nè fine.*

II. pag. 10. Eiusdem Epistola, cui duplex titulus praemittitur. Primus: *Epistola nuncupata suae celsitudini, dum Romam ingrederetur.* Alter characteribus aureis exaratus: *Serenissimo, Magnoque Duci Etruriae Alexander Altanus clavum felicitatis.* Inc. *adventus tuus perquam celebris in Vrbem, Felix, Pie, Victor, et Inclyte Cosma, in multam spem iacentes animos nobilium erexit, virtuti et numini locum fore, quocumque splendor capitis tui, Regiaeque dexterae insigne accedant &c.* Des. *sed iam poscit hora, ut diebus, noctibusque serenis, Celsitudine tua reddita, sacras occupationes, quibus nunc ageris, reverear. Ex Turrisnonae confiniis* XII. *Cal. Martii* MDLXX.

Haec Oratio reticetur a Cl. Mazzucchellio *Scrittori d' Italia* Vol. I. P. I. pag. 525. ubi alias eiusdem lucubrationes recenset, ipsumque e vivis excessisse an. MDLXXII. adfirmat.

Codex membranaceus MS. partim Italicus, partim Latinus in 4. Saec. XVI. exeuntis, cum stemmate Mediceo in prima pagina, adscriptis verbis *Polus dum sidera pascet*, & alio stemmate in fine cuiusdam familiae, forte auctoris, in cuius ambitu leguntur verba: *Et genus, & proavi, & quae non fecimus ipsi*, supposito etiam monito sic: *de colore arearum, quoniam mihi non satis liquet, integrum locum emendandi relinquo.* Constat foliis scriptis 14.

VIRGILII OPERA.

Cod. LXIX. I. pag. 1. PVblii Virgilii Maronis Carmen Bucolicum, constans Eclogis X. cum scholiis marginalibus, & glossis interlinearibus. Scholia in Eclogam primam, inc. *In hac Ecloga prima introducuntur duo pastores ad invicem loquentes, unus nomine Meliboeus, alter Tityrus, quorum unus, scilicet Tityrus, iacens sub arbore fagi, securus cantabat de amoribus suis; alter vero, idest Meliboeus, quasi expulsus de patria, & de possessione sua, conqueritur, migrans cum capellis suis, quem itaque quum vidisset iacentem, caepit eum alloqui. Per Tityrum, qui gregem praecedit, in hoc loco intelligitur Virgilius, qui possessionem suam ab Augusto meruit recipere &c.* In calce Bucolicorum legitur: *Omnes versus in Bucolicis* DCCCXXIX.

II. pag. 19. Eiusdem Georgicorum Libri IV. item cum scholiis marginalibus, & glossis interlinearibus. Praecedunt autem singulis Libris tetrasticha, argumentum Libri continentia. Libri primi tetrastichon, sequens est:

Quid faciat laetas segetes, quo sidere terram
Vertere, Maecenas, ulmisque adiungere vites
Conveniat, quae cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori, apibus quanta experientia parcis,

Secundi:

Hactenus arvorum cultus, & sidera caeli,
Nunc te, Bacche, canam, nec non silvestria tecum
Virgulta, & prolem tarda matura olivae,
Omnia quae Curas operum Cererisque labores

Tertii:

Hactenus quae cultus pecorum, & curam boum,
Et quae parva seges satio quae cura capaci
Postulet arva Lyaeo, & quae virgulta sacrata,
Omnia quae Silvani, caeloque creata colenti,

Quarti denique:

Protinus aërii mellis caelestia dona
Exsequar: hanc etiam, si quis, mihi parvus, aperto
Ore Cupido,

Quid-

Digitized by Google

Quidque albi flores, examina quaeque legenda,
Indicat, humentesque favos, caelestia dona.

Scholiorum initium in hosce quatuor Libros Georgicorum videtur deesse; ita enim incipiunt: *Post propositionem, transit ad invocationem; Stoici enim dicunt, unum Deum, & unam tantum esse potestatem; sed pro diversitate officiorum, diversa sortiri vocabula: eumdem enim dicebant Iovem, eumdem Solem, eumdem Liberum patrem, eumdem Apollinem &c.* Clauduntur autem sequenti tetrasticho:

Pastor, arator, eques, pavi, sevi, superavi,
Capras, rura, duces, quaeque labore gravi.
De grege pasto, rure sato, atque hoste subacto,
Nec lac, nec segetes, nec spolia ulla tuli.

III. pag. 65. Eiusdem Aeneidos Libri XII. scholiis pariter marginalibus, & notis interlinearibus instructi, quorum singulis praemittuntur Argumenta metrica, quae in sequenti Codice nomen praeferunt Ovidii; primo autem Libro praefigitur Dodecastichon, exhibens argumenta duodecim Librorum, ut alibi occurrit; necnon versiculi illi quatuor:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena &c.

Initium scholiorum fit a notitia quadam de Virgilio, eiusque carminibus, quae inc. *Virgilius Publius Maro Mantuanus, Eques Romanus dignitate, natus Idibus Octobris, Gneo Pompeio, & Marco Crasso Consulibus. De nomine patris siletur, sed creditur patrem eius fuisse opificem figuli, & nomen matris eius Maia, cui praegnanti videbatur per somnium, quod peperisset arborem laurum, & illa arbor dilatata in longissimas crevisset frondes, & fertur, quod ille fuisset statura longa, & gracilis, habens infirmitatem in stomacho, necnon in dolore capitis laborans, ac frequenter sanguinem vomens, & quotidie meditans a mane usque ad vesperum, faciens innumerabiles versus, & relegendo, ac considerando ad paucos iterum redigebat &c.* Post hanc notitiam, scholion primum in verba *Arma virumque cano &c.* ita inc. *Propositio est. Sicut enim prosam scribentes, thema proponunt, similiter, & poëtae frequenter a titulo carminis inchoant; est autem varia opinio auctorum, cur ab armis caeperit; sed hoc factum est propter supradictam rationem, quia quidam versus de capite huius Libri sublati sunt. Quidam volunt esse tropum, qui metonymia dicitur, per id quod continet, id quod continetur significans; per arma enim, quibus in bello utimur, volunt significare ipsum bellum, sicut e contra per togam, qua utebantur Romani tempore pacis, significatur ipsa pax &c.* Vltimum in vocem *indignata*, ita habet: *Indignata, vel quia post preces, veniam non meruerat, vel quia Laviniam fore sciebat Aeneae, vel quia dicunt philosophi invitam animam descendere (sic) a corpore, cum quo adhuc igne naturae habitare poterat.*

IV. pag. 265. b. Versus sex Sulpicii Carthaginensis. (1) Inc.

Iusserat haec diris aboleri carmina flammis &c.

V. pag. 266. Commendatio Caesaris ad laudem P. Virgilii Maronis versibus XXXVI. Inc.

Ergone supremis potuit vox improba verbis &c.

VI. pag. 267. Alii versiculi VIII. Inc.

Nocte fluit tota, redeunt spectacula mane &c.

Clauditur Codex sequenti amanuensis subscriptione: *Hunc librum scripsit Petrus de Lormel, alias de Alvernia, librarius Vniversitatis Parisiensis, quem hic finivit cum labore iocundo pro venerabili & magnifico viro Domino suo, Domino Tourau, Domini nostri Regis Consiliario, anno Domini* MCCCCIII. *die* XVII. *mensis Iulii.* Tum paullo inferius repetitur nomen *De Alvernia.*

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XV. ineuntis, charactere Gallico conscriptus, cum initialibus litteris singulorum Librorum, & Eclogarum aureis, ac pictura unicuique ex tribus Virgilianis Operibus praemissa, nimirum Bucolicorum, Georgicorum, & Aeneidos, quarum prima Meliboeum, & Tityrum inter se colloquentes, altera diversas colonorum operationes, tertia tandem Troianam classem ad Libyae littera appellentem, & Carthaginis aedificationem repraesentat. In Voluminis autem calce in folio, quod cum ligneo integumento compactum est, leguntur aliorum possessorum nomina, nimirum: *Iste Virgilius est Theodori Spinulle, quondam D. Francisci. Meliadus manu propria. Nunc vero est Ioannis Pardi, quem e praecone publice .....* reliqua desunt. Constat foliis scriptis 267.

VIRGILIVS.

Cod. LXX.

PVirgilii Maronis Aeneidos Libri XII. praevio singulis, primo excepto, argumento metrico, versibus aliquando undecim, aliquando decem, auctore, ut in Codice legitur, Ovidio. Adsunt in margine scholia satis multa, necnon glossae interlineares usque ad totum Librum III.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XIV. gallico charactere exaratus, cum initialibus singulorum Librorum aureis, & ornatu marginali in prima pagina. Constat foliis scriptis 308.

SEBASTIANI SANLEOLINI COSMIANAE ACTIONES.

Cod. LXXI.

SEbastiani Sanleolini I. C. Florentini Epigrammaton in Actiones Serenissimi Cosmi Medicis, Primi Etruriae Magni Ducis

(1) Hi & sequentes versiculi pluries in superioribus Codicibus occurrerunt.

Digitized by Google

cis Libri IV. Argumenta autem eorum, quae pertractantur in hisce carminibus, exhibet sequens syllabus Codicis pag. 1. b.

Primus Liber continet electionem Cosmi Medicis in secundum Reipublicae Florentinae Ducem, & auxilia ab eo praestita Carolo V. Caesari, aliisque Principibus Christianis, necnon victorias ab eodem M. Cosmo de quinque publicis hostibus habitas.

Secundus Liber continet res ab eodem M. Cosmo Florentiae gestas, tam ad Vrbis ornatum, quam ad iustitiae administrationem.

Tertius Liber tractat res ab eodem M. Cosmo in Etruria, marique Tyrrheno gestas.

Quartus Liber continet Epitaphia varia in funere M. Cosmi, necnon legationes ea occasione obitas.

Sequitur deinde pag. 2. Auctoris Epistola nuncupatoria ad Serenissimum Franciscum Medicem II. Etruriae Magnum Ducem, quae inc. *Quum Serenissimus Cosmus Medices, dignissimus pater tuus, primus Etruriae Magnus Dux, immortalis memoriae heros, biennio iam elapso, hinc ad caelos, unde ad nos profectus fuerat, gloriosissimus revertisset &c.* Des. *vale firmissimum Etruriae columen, diuque vive, litteratorum virorum nove Auguste. Ex Florentini Tabularii Aede Calendis Novembris* MDLVI.

Huic succedit pag. 5. eiusdem ad eumdem Operis nuncupatio versibus elegis, cuius initium:

Clausimus uno olim cunctas Epigrammate laudes
Magnanimi Cosmi, claraque facta Patris.
Singula nunc propriis constant laudata libellis,
Illustrata suis singula imaginibus.

Des.

Virtutesque tuas, quibus aurea saecula condis,
Deferri exspectes carmine ad astra novo.

Singulis autem Libris praemittitur index eorum, quae in ipsis continentur; primo vero etiam numismata duo exhibentia effigies Cosmi Primi, eiusdemque filii Francisci.

Primi Libri Epigramma I. hunc praefert titulum: *Cosmus Medices, defuncto Alexandro Medici R. P. F. primo Duce, a Populo, Senatuque Florentino Dux R. P. Florentinae secundus eligitur. Franciscus Guicciardinus, Patritius, Senatorque Florentinus loquitur.* Inc.

Arne pater gaude, magnaque effundere ab urna
Desine turgentes lacrymosis fluctibus amnes,
Tristis arundo caput, nec squallida populus ornet,
Vivida sed myrtus, laurusque antiqua coronent &c.

Libri IV. Epigramma ultimum inscriptum: *Barptolemaeo Ammannato Statuario excellentissimo, Lauraeque Batiferriae eius uxori, Poëtriae elegantissimae*, sequens est:

Par Ammannatus Phidiae, claroque Myroni,
Vatibus haud priscis Laura marita minor,
Certabant uter aeternum magis, ille metallis,
Marmoribusque Ducem redderet, illa modis.
Lis decisa fuit. Seros utriusque per annos,
Et labor, & pietas vestra perennis erit.

Clauditur haec collectio Disticho ad lectorem, nimirum:

Qui legis haec Magni praeconia maxima Cosmi,
Plura relicta scias, quam mihi dicta, velim.

Haec carmina, paucis mutatis, edita fuerunt Florentiae typis Georgii Mareschotti MDLXXVIII. 4. min. sub titulo: *Serenissimi Cosmi Medicis primi Etruriae Magni Ducis Actiones, Sebastiano Sanleolino I. C. Florentino auctore*, (1) quibus adiicitur *Liber V. Carminum varia continentium &c.* qui in hoc Codice desideratur.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. Saec. XVI. exeuntis. Constat fol. script. 130.

DANTIS COMOEDIA, ET PETRARCHAE TRIVMPHI.

I. pag. 1. DAntis Aligherii Comoedia in tres Partes divisa, cum titulis rubricatis, non solum ad singulas Partes, sed etiam ad Cantus. Primae Partis titulus est: *Incomincia la Commedia di Dante Alighieri inclito Poeta Fiorentino, nella quale tracta delle pene, et punitioni de' vitii, et de' meriti delle virtù, et de' loro premii. Canto primo della prima parte, la quale si chiama Inferno, nel quale l' Autore fa proemio a tucta la famosa, et gloriosissima Opera.* Secundae Partis titulus: *Incomincia la seconda Parte della Commedia di Dante Allighieri. Tracta del purgamento de' commessi peccati, et vitii, de' quali l' uomo è confesso et pentuto, con animo di satisfazione, et contiene trentatrè Canti. Et comincia Canto primo del Purgatorio, ove sono quelli, che sperano di venire, quando che sia, alle beate genti, ove principalmente l' Autore fa Proemio a tutta la decta Cantica universalmente.* Tertia tandem Pars hunc praefert titulum: *Incomincia la terza Parte della Commedia di Dante Alighieri, decta Paradiso, ove tracta della gloria de' beati, et de' premii loro, et dividesi in nove parti, et comincia il Canto primo di Paradiso, ov' egli proemiza alla seguente Cantica, et sono nello elimento del fuoco, ove Beatrice solve una quistione, et conchiude, che ogni cosa tende a buon fine, et l' uomo a Paradiso.* Clauditur Comoedia hac subscriptione: *Finito lo Canto XXXIII. et ultimo di Paradiso, et quì è compiuta la terza, et ultima Cantica della Commedia di Dante Alighieri Fiorentino, lo quale morì ad Ravenna d'etade di cinquantocto anni, nell' anno della Incarnazione del nostro Signore Iesu Christo, secondo la con-* Cod. LXXII.

(1) Natus est Florentiae die XX. Martii An. MDXXX. ut habet Salvinus Salvinius in Additamentis ad Florentinorum Scriptorum Historiam Iulii Nigrii pag. 496. Opus hoc maximis effert laudibus Petrus Victorius in Epistolis, Florentiae editis, an. MDLXXXVI. apud Iuntas fol. pag. 186.

Digitized by Google

consuetudine de' Fiorentini, mille trecento vent' uno il dì di Sancta Croce di Maggio. Deo gratias. Amen. Tum charactere quadrato subiungitur scriptoris nota, hoc pacto: *Scripto di mano di me Bese Ardinghegli Fiorentino addì* IX. *di Maggio* MCCCCXLII. *a hore* XXIII. *la vigilia del Ascensione di Christo.*

II. pag. 75. b. Francisci Petrarchae Triumphi sex, qui eodem ordine progrediuntur cum illis Codicis CLXXI. Biblioth. Strozzianae Tom. superiore, pag. 572. §. III. si illud excipias, quod pars quarta Triumphi Amoris, quae inc.

Stanco già di mirar, non sazio ancora &c.

omittitur suo loco, & redditur post fragmentum illud anepigraphum, quod inc.

Nel Cor pien di amarissima dolcezza &c.

Clauditur Codex hisce verbis: *Finiti i Trionfi del Magnifico Poeta Fiorentino Messer Francesco Petrarca; scripti addì* XVI. *di Maggio mille quattrocento quarantadue per me Bese Ardinghelli per gratiam Christi.* Singulis autem Triumphis praemittuntur picturae non inelegantes, quae ad ipsorum argumentum pertinent.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. Saec. XV. cum initialibus trium partium Comoediae Dantis, & Triumphorum Petrarchae aureis, & coloratis, in cuius calce legitur nomen possessoris, nimirum: *Questo Libro è di Guido di Franciescho di Messere Niccolò Baldovinetti, et degli amici suoi.* Constat foliis scriptis 88.

DANTIS COMOEDIA.

Cod. LXXIII. I. pag. 1. ALiud Dantis Comoediae exemplar, cui praemittitur sequens titulus rubrica conscriptus: *Nel principio di questo Libro è da sapere, che l'Autore fu Dante degli Aldighieri Poeta Fiorentino, e discseno dagli Aldighieri di Ferrara; onde nel XV. Capitolo del Paradiso introduce uno antiquo suo Cavaleri, che dice: mia donna vene &c. Et questi Aldighieri anticamente discseno dagli Elisei Romani, onde el decto Cavaleri dice nel predetto Capitolo: Moronto fu mio fratre, & Eliseo. Nacque el detto Dante nel* MCCLXV. *sedente Vrbano Papa IV., e questo Libro secondo la sua finzione compose nel* MCCC. *come dice nel Capitolo XXI. dell' Inferno, parlando della Passion di Cristo, ove dice:*

Ieri più oltre cinque ore che quest' otta,
Mille dugento con sessanta e sei
Anni compie, che quì la via fu rotta.

Ma secondo la verità egli compose questo Libro parecchi anni poi, e considerò lo decto Autore, e Poeta tre stati umani, cioè, di viziosi ostinati, e di questi tratta nella prima Parte di questo Libro, la quale si chiama Inferno. Il secondo stato è di penitenti, e di questo tratta nella seconda Parte, che si chiama Purgatorio. Il terzo stato è di virtuosi, e di questi tratta nella terza Parte, che si chiama Paradiso. Il primo Libro contiene XXXIV. Capitoli; ne' primi due Capitoli siè il Proemio, e poi nel terzo Capitolo comincia il suo Tractato. Il primo Tractato, el primo Capitolo contiene cinque parti principali; nella prima scrive il tempo che egli aveva, quando ebbe questa visione, cioè ne' XXXV. *anni della sua vita, trovandosi in una selva. Nella seconda parte dice, come pervenne a uno monte in quale:*

Ma poiche io fu &c.

Nella terza parte dice, come pervenne, vogliendo salire questo monte della virtù, scontrò tre fere salvagge, che impedivano il suo salire ibi:

Et ecco quasi &c.

Nella quarta parte, come gli apparve Virgilio in forma di uomo vecchio nella via, ibi:

Mentre che io &c.

Nella quinta dice, come il detto Virgilio gli mostrò, che via dovesse tenere a uscire da vitii di questa vita mondana, ibi:

A te convienne &c.

Brevia argumenta, quae praemittuntur singulis Cantibus, latina sunt. Clauditur Opus hisce sex versiculis valde rudibus:

Inclyta fama cuius universum penetrat orbem
Dantis Aldegherii Florenti genitus urbe,
Conditor eloquii, lumen decusque Musarum,
Vulnere saeve necis stratus, ad sidera tendens,
Dominicis annis ter septem mille trecentis,
Septembris Idibus praesenti clauditur aula.

II. pag. 110. Dicta quaedam moralia ex Seneca, Iustino, & Aristotele.

III. pag. ead. Ode Italica (vulgo *Madrigale*) inc.

Ciascum facia per se,
Ch' io non sum più d'altrui, come altrui di me,
Cara mi costa la mia libertà &c.

IV. pag. ead. Capitulum, sive Carmen italicum ternario metro (vulgo *in terza rima*) sine ullo titulo. Inc.

Bisesto già puoi del gran Messia
705. oto, e toltol tre
Anno fornito che puo gli venia,
Nella città che Dio con Cagliope
A chiuder invitò Amphion con lira,
E le nuove figliuole de Aniphe,
Ove conobe Campaneo quel ira
Che meritorum (sic) le superbie labia,
Quando tolto gli fu quel ch' amo spira &c.

Des.

Questo ti lascio per la benandata,
Lo voler desta vecchia sia obedito
E tu m' attenghi, or ch' io t' ò salvata.
Puoi che se' giunta al partito
Figlia mia, che risci sposa
Guarda ben di non far cosa
che despiaci al tuo marito.

V. pag. 111. b. Versus quidam italici Anonymi, quibus titulus est: *Doctrina optima vivendi.* Inc.

Se vuoi fratello, o amico mio star sano,
Exercita la tua persona in vita &c.

Des.

Ancor

Digitized by Google

Ancor si vuol mangiare
Due volte al mese la triaca buona,
Che ti rasciuga il petto, e la persona.

VI. pag. ead. Epigramma italicum Petrarchae, quod inc.
Pace non trovo &c.

VII. pag. 112. Aliud Epigramma italicum eiusdem, quod inc.
Se amor non è &c.

VIII. pag. ead. Epigramma tertium anonymi italicum, cuius initium:
Sempre si dice, che un fa danno a cento &c.

IX. pag. ead. Epitaphium Francisci Petrarchae, quod alibi occurrit, versibus tribus, quod inc.
Frigida Francisci lapis hic tegit ossa Petrarchae &c.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. Saec. XV. in cuius calce legitur: *Manu mei Iuliani Lercharii anno Domini* MCCCCLII. *die ....de mense Septembris usque* MCCCCLIII. *die* II. *mensis Aprilis, ad honorem omnipotentis Dei, & omnium Sanctorum, ac totius curiae caelestis. Amen.* Constat foliis scriptis 112.

DANTIS PARADISVS.

Cod. LXXIV. TErtia Pars Comoediae Dantis, scilicet Paradisus, cum Commentario Ioannis Cambii. Praecedit index rubricarum, sive argumentorum uniuscuiusque Cantus; tum Summarium eorum, quae in hac tertia parte continentur, carmine ternario (vulgo *in terza rima*) expressum, quod inc.
In questa parte con altra doctrina
In nove parti figurata prende
Simile al ben, che da nove declina &c.
Des.
Nel qual fu' io smarrito pellegrino,
Finchè dal ciel non gli fu dato aita,
La qual li venne per voler divino
Nel mezzo del camin della sua vita.
Expositoris Introductio inc. *Gloria & divitiae in domo eius, & iustitia eius manet in saeculum saeculi in Psalmo &c. Sicome lo Profeta testimonia, in nella casa del nostro Signore si è universalmente tre cose, le quali cose si connumerano nella prima allegata autorità, sicome gloria, & divitiae, & iustitia aeterna, le quali tre cose sono cagioni efficienti a fare l' humana natura beata, ricca, e perfecta &c.* Des. *seguesi adunque, che qualunque è quà giuso, ch' ello sia a natura in movimento, si ch' altro non è a dire, se non impossibile. Dicto la intenzione dell' autore nel presente Capitolo, si è da exponere lo testo, acciochè perfectamente apparra chiara sua sententia.* Expositio in Cantum primum inc. *La gloria di Dio, la quale è nel Paradiso. Questo primo motore si è Dio, lo quale muove tucto, da chi tucte le creature ricevono movimento, sicome scrive san Iohanni primo: omnia per ipsum facta sunt. E per lo mondo appare sua gloria più, et meno, secondo che a lui piace &c.* In ultimum Cantum des. *Quì exemplifica, che non sapea, come dovere vedere tale coniuntione, e dice, sicome lo giometra, quando vuole misurare la circumferentia del cercolo, e lo ignora in che parte fue lo principio del misurare, e non lo sà trovare, così l' autore dice: io era in tale vixione, ch' io non potea intendere, nè sapere cogliere ordine nello intellecto mio. Visidova, cioè com' era tale coniuntione; e sindova è verbo informativo, che procede dallo intellecto d' informarsi da cagione, cioè dov' è la cagione di tale effecto. Ma non eran. La proprietà dello autore, et d' ogni intellecto creato. E chiaro appare, che quello amore, che muove lo sole, e l' altre stelle, lo quale è Dio, che vive, e regna in saecula saeculorum. Amen.* Clauditur Opus hac interpretis protestatione: *La soprascripta Expositione, Chiose, overo Postille oe scripto io Iohanni ser Cambi, secondo che a me minimo intendente pare, che fusse lo intellecto dell' autore, et però ogni exemplo, argumento, oppinione, conclusione, allegoria, sententia, overo alcuno decto, che in essa ò scripto intesa, o vero assegnata, sello si conforma, e assimiglia al senso, e al tenore della santa madre Ecclesia Catolica Romana, aprovo, affermo, et oe per bene dicto; se deviasse, discrepasse, o vera contradicesse al predecto senso, sia per vano, e non per bene dicto, e però lo casso, e tegno per da nessuno valore, sicome Christiano puro, fedele, et verace. Amen. Amen.* Tum sequitur figura orbicularis, repraesentans orbitas planetarum, stellarum, & caeli empyrei, in quorum medio consistit terra, aqua, aër, & ignis. Per totum autem Codicem videre est plures picturas, varios progressus Poëtae repraesentantes, dum a prima sphaera usque ad nonam adscendit.

Codex partim membranaceus, & partim chartaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIV. exeuntis, charactere grandiori exaratus, optimeque servatus, & ipsius Commentatoris autographus, in quo ante singula, uti dicitur, *Capitula*, Praefatio, seu Dissertatio legitur; a Francisco Antonio Zaccaria in Excursu Litterario per Italiam pag. 215. memoratus. Constat foliis scriptis 382.

IOANNIS STRADANI TABVLAE DANTIS INFERNI.

I. pag. 1. *Cod. LXXIV.* IOannis Stradani(1), Pictoris Belgae praestantissimi, Tabulae XXVII. Dantis Aligherii Comoediae partem primam, scilicet Infernum, variasque damnatorum poenas pro varietate criminum ipsis inflictas, miro artificio exhibentes, quibus praemittuntur animadversiones quaedam ad intelligentiam ipsius Comoe-

(1) Natus an. MDXXVII. Obiit MDCIV. aet. LXXIV. Vid. De Piles Abrégé de la vie des Peintres pag. 371.

Digitized by Google

diae pertinentes, manu, ut videtur, eiusdem Stradani. Haec autem sunt,

I. *Peccati dell' Inferno di Dante, e loro luoghi, e pene.*

II. *Tempo del viaggio di Dante per l' Inferno,*

III. *Misure, e profilo dell' Inferno di Dante, secondo l' opinione d' Antonio Manetti.*

IV. *Viaggio di Dante per l' Inferno.*

V. *Misure, e profilo dell' Inferno di Dante, secondo l' opinione d' Alessandro Vellutello da Lucca,*

VI. *Viaggio di Dante per l' Inferno, secondo l' opinione d' Alessandro Vellutello Lucchese,*

VII. *Comparatione delle misure dell' Inferno di Dante tra il Manetti, e il Vellutello.*

II. pag. 93. Occurrunt aliae tabulae ab eodem Stradano delineatae, quarum prima Americi Vespuccii in novum Orbem descensum ostendit, altera pro alicuius Libri fronte, qui de novis huiusmodi repertis agere debuerat, videtur efformata, ubi numismata duo superne pendent, in quorum primo Christophori Columbi, in altero Americi Vespuccii effigies ad vivum expressa est; tertia, quarta, & quinta Columbum ipsum, & Vespuccium ad novas regiones per immensum Oceanum investigandas navigantes, repraesentant.

III. pag. 102. Alius pulcherrimus ornatus ab eodem Ioanne Stradano inventus, apponendus fortasse in fronte alicuius Libri de illo Florentinorum Nobilium ludo, qui vulgo dicitur *il Calcio* pertractantis; hunc enim habet titulum: *Calcius ludus Florentinorum Nobilium*, apposito sequenti Epigrammate;

Cedite qui tantum celebratis Olympia Graii,
Lucta, Pugillatus, Saltus, Pila, Cursus in uno
Sunt ludo; simulacra ciet dum talia belli,
Assuescit vero Pentathlus vincere Marte.

IV. pag. 141. Alia adiiciuntur schemata, partim tantummodo delineata, partim colorata, item ad Dantis Infernum, sed praecipue ad Paradisum pertinentia, ab alio tamen, ut mihi videtur, pictore elaborata.

Codex chartaceus MS. Italicus in folio maiori, Saec. XVI. Constat foliis ab utraque parte numeratis 187.

POEMA AVRELII LVNENSIS.

Cod. LXXVI.

OPera nuovamente composta per Aurelio Lunese da Sartiano, dove si contiene tutto il successo dell' armata, et passaggio di Sua Maestà (Carlo V.) e le prove fatte da molti Signori, con la fortuna delle galere, et loro traversia, et nome; la corsa di Bugia, la Orazione fatta da Sua Maestà, et molti Signori, con lo imbarçamento et spartimento di Sua Maestà di Algeri, et Bugia, et la corsa di tutta l' armata.

Allo Illustriss. et Excellentiss. Sig. il Sig. Cosimo de' Medici, Duca dignissimo di Fiorenza Sig. et Padrone mio observandissimo.

Praecedunt duo Epigrammata italica, vulgo *Sonetti*, Cosmo I. inscripta. Primum inc.

Per aggradire a Voi, gentil Signore &c.

Alterum est:

Illustre Signor mio, pietoso, et iusto
Accepta il piccol don, benchè sia indegno,
Che d' ogni cortesia sei stivo, e pregno,
Quanto altro Signor sia divo, e venusto,
Nel piccol dono, di Cesare Augusto
Le prove, e 'l mal patuto, in l' altrui regno,
Signor tu vederai, di te ben degno
Di corona Real, scettro vetusto,
Le prove, li disagi, e traversie
Del Prence Giannettino, et Anton Doria,
Tu vederai, Signor, per varie vie;
Et alla fine, per breviar l' istoria,
Ogni cosa vedrai, fin che son quie,
E di me servitor siati memoria.

Poëmation dividitur in duas Partes. Prima inc.

Non già di Donne, et Cavalier li amori,
Non cortese antiche, o imprese io canto,
Ma una strage crudel fatta da' Mori,
E un naufragio crudel successo, quanto
Mai altro fusse, e intenerir li cuori,
Signor, narrando, vi farò di pianto,
Successo a Carlo quinto Imperatore
In Barberia, co' pianti, urli, et stridore,
Di traverse galee, navili, et nave,
Di gente morta, Signori, et Baroni
Voi sentirete, e uno sdrucir di trave
El comandar de' Comiti, et Patroni,
Et non intesi, et le repulse prave,
Lo sforzo facto, li stridori, et suoni,
Che contr' al mar, malgrado del consiglio
Del Prince d' Oria, in Algier diè di piglio.

Secunda des.

Per quanto amate la potentia innata,
Mia Opra difendete alfin guidata.

Fine,

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. minori, Saec. XVI. ut videtur autographus. Constat foliis scriptis 53.

ANONYMI POEMA DE GESTIS CAROLI V. IMP.

ANonymi secunda Pars Poëmatis, cui titulus; *Proseguimento del Carlo V.* Incipit a Cantu VII. & desinit in Cantu XIII. Primo hoc praecedit argumentum: Cod. LXXVII.

Cesare in su l' aurora, allor che dorme
Nel palagio ospital del gran Raimondo,
Sogna d' entrare in edificio informe
In parti remotissime dal mondo;
Lo guida il Vaticinio, e in varie forme
Gli addita il tempo intorno al Caos immondo,
Indi gli mostra chiara a par del sole
Dei discendenti suoi l' Augusta Prole.

Lib. VII. inc.

Oltre il cielo stellato, ove si stende
Ignoto spazio, immaginario abisso,
In cui raggio di sol mai non risplende,

come

Digitized by Google

Come centro alle tenebre prefisso,
Ove spirto letal sempre discende
A imbever del suo gelo ogn' astro fisso,
Spirito separato dalla luce,
Quando distinse il Caos l' eterno Duce.
Là, mentre è l' alba ad infiorar vicina,
Di puri gigli al sol le vie del giorno,
Là nell' ora, che l' alma è peregrina
Dai nostri sensi, e và più sciolta intorno,
Rapito è Carlo in vision divina
Al liminar d' incognito soggiorno,
Quivi un uom venerando in bianca spoglia
L' invita a penetrar l' aperta soglia.
Entra (gli dice con aspetto amico)
Cesare lieto, il Vaticinio io sono,
Che gli eventi lontani all' uom predico,
Giaccia pure in capanna, o sieda in trono;
Vedrai la gloria al tuo gran tronco antico
Coltivar regii innesti, io non ragiono
Senza il cenno de' fati; entra che il cielo
Di tua posterità quì n' apre il velo.
Seguimi in questo anfiteatro vasto,
Che non finito ancor l' uscio spalanca,
Vi si fabbrica sempre, e sempre è guasto,
Sempre cresce di corpo, e sempre manca;
Manca di sussistenza, e cresce in fasto,
Ma non perciò di lavorar si stanca
Il destino ingegnier, ch' erger sol vuole
Di Monarchie disfatte immensa mole.
Di questa mole immensa a empierne il fondo
Dei fondamenti sol bastaro appena
Le prime quattro Monarchie del mondo,
Isdraelitica, Egizia, Assiria, Armena.
Le mura sue, che su le basi a tondo
S' alzan d' infranti marmi, e di arsa arena,
Si fabbricar co' desolati Imperi
Di ricchi Darii, e di Artasersi alteri &c.

Liber XIII. desinit:

Cessa il contagio, e risanata l' oste,
Torna a osservar la disciplina antica,
Già son le squadre a militar disposte,
Già si sposa il coraggio a la fatica;
Quanto mai può la fede in chi riposte
A' le speranze in Dio! Cesare il dica.
Diè l' onde al rio, tolse li ardori al lume,
E può far gire il monte, e stare il fiume.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. elegantissimo rotundo charactere exaratus, cum initialibus singulorum Librorum litteris calamo diversimode figuratis. Constat foliis scriptis 100.

POEMA AVCTORIS ANONYMI.

Cod. LXXVIII. FRagmentum Poëmatis satis prolixi, initio, ac fine mutili, unde quis fuerit auctor, expiscari minime potuimus. Initium ex Libro II. damus, ut italicae poëseos amatores illum investigare facilius valeant. Inc. *Quì finisce il primo Cantare, e comincia el secondo.*

O Padre nostro, omnipotente Dio,
Alluminami il core perfectamente,
E non guardare al mio peccato rio,
S' io sono stato in ciò negligente;
Tu se' la mia speranza, il mio disio,
Tu se' conforto di tutta la gente,
E senza te niente si può fare,
Volendo la mia Storia seguitare.
Pregoti Signor mio divoto e puro,
Che tu non guardi al mio crudo peccato,
Ritorno a te coll' animo sicuro,
Che me dia gratia Signor mio pregiato,
Bench' io sia stato ver di te sì duro,
Ch' io possa seguitare il mio tractato,
Cioè la Storia del buon Conte Orlando,
Quel che fu Palladino a lancia, e a brando.

Cantus LX. & ultimus Codicis inc.

Padre nostro Dio glorificato,
Che 'n cielo, e 'n terra, è tua vera possanza,
Sanctifichiamo il tuo nome beato,
Venir nel luogo tuo are' speranza,
Fiat voluntas tua, Signor pregiato,
Come a te piace, e della tua leanza
A tutte l' ore tua virtù lodiamo,
Panem nostrum da noi cottidiano &c.

Finis desideratur.

Codex chartaceus MS. Italicus in folio Saec. XV. Constat fol. scriptis 196.

BARPTOLEM. ARIENTI ORLANDVS TEMPERATVS.

Cod. LXXIX. *ORlando Temperato di Bartholomeo Arienti da Casi di Bologna, fatto in onore dello Excellentissimo Principe S. S. divino Cosimo de' Medici, Duca di Fiorenza, et Principe Regio della Toscana, dove si tratta dell' antichissima Regia stirpe dell' aurea et diva Casa de' Medici, con la origine di molte altre illustrissime, et nobilissime famiglie, principalmente di Bologna, et di Fiorenza, et di molti altri luoghi d' Italia, e fuor della Italia, con molte altre cose bellissime, e ingegnose.* Poëmati praecedunt:

1. Ogdoades IV. in Mediceum stemma calamo delineatum, adscripto superne in fasciola emblemate *IN TOTO CORDE MEO.*

Dell' alto ciel su lodo il gran favore,
Che mi mostrò l' origin delle palle,
E perchè sempre l' ò scolta in el cuore,
Facil mi è parso il faticoso calle,
Trovar già dove Assaraco il splendore
Spiegò dell' aurea insegna incerta valle,
Prima trovata, come inver si narra,
Dalla stirpe aurea sua di Giove agarra.
Dardano, e Alcide, e poi tant' altri eroi,
Da chi vien Cosmo mio sì glorioso,
Famosi agli Occidenti, e fra gli Eoi,
Che già illustrorno il bel vessil famoso,
Qual dopo tanti illustri, venne poi
Al bel regno Toscan vittorioso,
Loda la Musa mia, che quà risuona,
Che tutti or gli à trovati in Elicona.
Insino a Cosmo da Iafete antico,
Di tanti Re dirò di regno in regno,
Come al bel sangue il ciel fù sempre amico,
Per sua virtù, per forza, e per ingegno,
Regnò in Armenia, prima come io dico,
Ogni inimico suo tenendo al segno,

Digitized by Google

E in Creta doppo, e in Lazio, e in Frigia poi
Per tutto sempre fur famosi eroi.
E in Lazio poi di Frigia ritornato,
Lo fece Monarchia di tutto il mondo,
In Francia, e in Grecia ebbe felice stato,
E in ogni parte fu sempre giocondo,
Dalla Camena mia sarà cantato,
Come in Toscana, e quel che tiene al fondo,
Già il suo nemico, et ora al secol fresco
Da chi vien Cosmo Duca, e Don Francesco.

II. In laudem divi Cosmae Ducis Florentiae, Principisque Regii Etruriae ad Lectores Bartholomaei Arienti Casiensis Carmen.

Heros, si quisquam splendet per saecula divus,
Sidera quem rarum tradere clara solent;
Laudibus ornatum, siquem pia Numina terris
Mittunt, ut populos, ut sua regna beet;
Si quemquam virtus felici sidere tollit
Ad caelum, & servat candida fama decus;
Bellaque si quemquam, si quemquam tempora pacis
Ex mortale creant ac bonitate Deum;
Si mores quisquam componit, turpia pellens,
Si sua nunc quisquam littora tuta tenet;
Sique colit quemquam divino munere Caesar,
Impia si quemquam barbara turba timet;
Ex cunctis merito Cosma, ut sententia constat,
Nunc Dux caelesti munere Tuscus erit.
Hic igitur vivat longo Dux tempore felix
Sidere quod maneat Tuscia tuta suo,
Sic Divo tandem caeli pia munera supplex,
Vt Cosmo faveant, astraque cuncta, precor.

Τέλος.

III. *Allo Illustrissimo, et Eccellentissimo Principe Cosmo de' Medici divino Duca de Fiorenza, et Principe Regio della Toscana Bartolomeo Ariento da Casi di Bologna.*

Illustrissimo, et Eccellentissimo Principe Signor mio sempre molto osservandissimo. Per tutto essendo già sì chiara, et gloriosa fama per la rara et divina bontà, e grandissima prudenza di V. E. e tanto più per la splendida, e santa giustizia = in verità, se non fusseno gli acuti ingegni dei dotti scrittori, la chiara fama delle opere mirabili delli gloriosissimi Principi presto mancherebbe; imperocchè il velocissimo tempo, le mondane cose presto consuma, se a quello la penna non facesse resistenza, la quale, per dono divino, molte cose infino che durano i secoli fa sicure dalla oblivione. Et benchè in vero, il più infimo, et più inetto fra tutti quelli, che in tutte le sorti delle immortali scienze io sia, che a lodare gli famosissimi Principi le imprese prendono, nientedimanco come fidelissimo servo di V. E. confidatomi nella piatosa, et divina bontà di quella, ò preso questo carico grave, et difficilissimo alle mie deboli spalle di comporre questo Libro di Orlando Temperato in laude di V. E. et in laude della divina Consorte di quella; et sono certo, che molti prosontuoso mi chiameranno, essendo cosa chiara, che l'E. V. più dolce, et terse rime meriterebbe. Ma io spinto da uno grande desiderio di dimostrare a tutte le persone in molti luoghi di questo mio Libro l'antichissima, et Regia stirpe della divina Casa de' Medici, fiorita di famosissimi Principi per tutti lunghi secoli, dallo antico Noè per insino a questi nostri tempi; et ognuno potrà chiaramente conoscere l'antichissima origine della bella, e famosissima insegna delle aurate palle = potevo certamente con molte altre degne scienze, e di Filosofia, e di Astrologia, et con lettere greche, et latine comporre altre bellissime Opere in laude di V. E. che molti forse più simili imprese loderebbeno. Ma per dua cause principali, et meritamente ò questa tal via ora volentieri seguitato; prima, perchè io so di certo, che appresso di V. E. sempre si ritrovano assai dottissimi in tutte le sorte di scienza, et che io fra tali sarei, come una oca rauca fra dolci, e sonori cigni; l'altra causa è, che tutte le scienze letterali sono difficili per sua propria natura; tale che essendo rari li dotti, sono pochissimi quelli, che le intendino; et io ò preso questa via più facile, acciochè, come grandemente ò sempre desiderato, tutto il mondo, se possibil fosse, conoschi la divina prudenza, la immensa bontà, et la inestimabil giustizia di V. E. et conoschi ancora l'antica, et Regia stirpe di quella, et come quelli antichi Principi ritrovorno già le palle. E' se bene tanto da se medesime per sua gran chiarezza per tutto, come uno sole risplendano, et sono le sue vere lodi a tutti manifeste, et benchè con le mia inornate, et basse rime non sia per accrescere punto di gloria alla immortal fama di V. E. farò pure almanco conoscere, et chiaramente vedere a chi questo leggerà, la grandissima affezione, et sincero amore di uno umile, et basso, ma fidelissimo servo di quella, et questo mi sarà sopra tutte le altre cose suave, et gratissimo. Supplico umilmente adunque V. E. che non si sdegni accettare questa mia vile, et debile Operetta, quale, benchè mi sia stata fatica di più di dieci anni, nientedimanco, per fare cosa grata a quella, tale fatica, mi è stata dolce, et leggiera. Et non essendo questa mia vile Operetta, come invero io sò che non è, come V. E. meriterebbe, prego quella, che abbi escusato la mia grandissima ignoranza, et accetti del mio intrinseco cuore la pura volontà; et pregola non si sdegni difendermi dalle invide lingue dei falsi detrattori, et accettarmi, se bene io non merto, per sua benignità fra gl'infimi, et fidi servitori di quella, quale prego l'alto Dio, che la feliciti, et annunzio a quella, come io veggo chiaro negli computi delle stelle, secondo che il piatoso Dio, per sua immensa bontà concede a noi mortali quaggiù conoscere, la lunga felicità di V. E. e della divina Consorte di quella, e di tutta la sua Regia Famiglia, baciando la mano del cuore all' E. V. a quella humilmente mi raccomando. Vale.

Tum

Digitized by Google

Tum sequitur Poëmatis Liber primus praevio hoc argumento: *Come Struggimonte Re di Algiero, avendogli scritto Gano della morte di Rodomonte suo fratello, partitosi solo con uno scudiere de l' Affrica, passò il mare, cavalcando verso Francia, ritrovò Rinaldo alla Torre del Lago, et combattè seco sopra uno ponte, et traboccando per forza tutti dua in nel Lago, furno liberati dalla morte per incanto di una Fata, la quale incantò Struggimonte in un' amena piaggia, et Melissa trasse Rinaldo del pericolo di certi incanti, mostrandogli per suo sapere molte cose, che sarebbeno poi.*

Initium Poëmatis hoc est:

Canta il famoso Orlando Temperato,
Benchè abbi musa rauca e basso stile,
Che fu già tra gli erranti il più pregiato,
Di forza estrema, e sangue alto, e gentile,
E non come or si canta infuriato,
Vinto d' amor lascivo, femminile,
Ma fu il più casto, e più saggio, e giocondo,
Che ogni altro errante Cavalier del mondo.
Ma prima che io cominci ora a cantare,
Vmile invoco il Redentor vivente,
Che come morte in croce sopportare
Piatoso elesse per l' umana gente,
Benchè io nol merti, voglisi degnare
Illuminarmi or per pietà la mente,
Che quel che io canto sia da ognun lodato
Del glorioso Orlando Temperato.
El mio Castalio, e il plectro, e la Camena,
Per far la rima mia dolce, e sonora,
Sarà a chi detto fu di grazia plena
Dall' Angel Gabriel, che 'l Verbo allora
Del ciel scendendo, ogni ben nostro mena
Net ventre di Maria, per trar poi fuora
Il popol suo diletto incarcerato,
Come dai giusti fu sempre aspettato:
Però Regina gloriosa, e santa,
Di questo mio cantar prendi la cura,
Perchè la barca mia non resti infranta,
Senza il tuo aiuto in mar poco sicura.
La Musa mia col tuo favor si vanta
Cantar la bella istoria or per drittura,
Perchè col santo tuo chiaro splendare
Ogni celeste lume arò in favore.
E per chi altero ondeggia il Tosco fiume,
Di antichi, e nuovi eroi suprema gloria,
Aura seconda alla mia barca, e lume,
Spero finir la cominciata Istoria;
Felice Etruria sei per sì bel nume,
Degno d' un più bel stil d' alta memoria,
Perchè ove il sol risplende, oggi si adora
Il divo Duca mio Cosmo, e Leonora.
Dell' aurea stirpe sua diva, e famosa
Discesi son già tanti semidei,
Tanto che sempre più sua fresca rosa
Fiorita è di trionfi, e di trofei,
Di chi la luce raro è stata ascosa
Fra' Galli, Enotri, Etruri, e fra gli Achei,
Veder potrassi del divin mio Duca
Quanto nell' arme il bel sangue riluca.
E tu di nostra età famosa gloria,
Degno di verso più limato, e dotto,
Donami il tuo favor a questa Istoria,
Divin Signor mio Bardo Gualterotto,
Nulla farei senza la tua memoria,
Se ascendo dove Ascreo fu già condotto,
Il tuo famoso nome alle chiare onde
Sonar farò per le Parnasse sponde.
Morto il superbo, e crudo Rodomonte
Per man del famosissimo Ruggiero,
Che col pugnale squarciò l' orribil fronte,
L' alma superba allo infernal nocchiero,
Scende alle oscure grotte d' Acheronte,
Privo di vita, ei par più crudo e fiero,
Varca le torbid' onde, e poi si serra
Fra spirti bigi, el corpo è ai cani in terra.

Liber XXVIII. & ultimus des.

D' accordo ognun con Carlo ora è rimasto,
Rinaldo, e il Conte, e ogni guerrier soprano,
Rè Carlo a tutti à fatto un divin pasto,
Confortando all' impresa ogni Christiano,
Scordato à la mia lira già ogni tasto,
Et el mio legno al buon vento è lontano;
Ma se 'l mio plettro accordo a un chiaro lume,
Il tutto canterò in l' altro volume.

Laus Deo, & sanctae Mariae Virgini, & omnibus Sanctis & Angelis Dei. Mazzuchellius *Scrittori d' Italia Vol. I. Part. II. pag.* 1053. adfirmat, exstare Venetiis in Bibliotheca Grimana Cod. chart. in 4. sequens Opus: *Opera nuovamente composta di Astrologia volgare in lingua Tosca sopra la sfera di Gio. di Sacrobosco da Bartolomeo Arienti da Cesi di Bologna*, subiungitque: *con sua lettera dedicatoria all' Illustrissimo Sig. D. Federigo Gonzaga. L'Opera è divisa in IV. Libri, a' quali precede un Capitolo in terza rima dello stesso Autore*; nullum tamen verbum facit de Opere, quod recensuimus.

Codex chartaceus MS. Italicus in folio, Saec. XVI. binis columnis, autographus. Constat foliis scriptis 214.

ALEX. RVINAGIAE POEMA DE VITA S. ANT. LIB. III.

Cod. LXXX.

ALexandri Ruinagiae Iurisconsulti Placentini (1), de Vita B. Antonii Abbatis Libri tres, quibus praecurrit Epistola nuncupatoria: *Illustrissimo et Excellentissimo Principi Domino Cosmae de Medicis. Florentiae Duci, Domino suo observandissimo Alexander Ruinagia V. I. Doc.* quae ita se habet:

Ridebit fortasse aliquis, scio certe, mirabitur, quod Libellum laudes & gesta B. Antonii Abbatis continentem nomini tuo dicandum putaverim, Cosma Illustrissime, quasi nihil sit commune Principi, & Monacho. Hunc enim decent frugalitas vitae, humilitas, asper & modicus vestitus, psalmodiae & orationes, silentium, solitudo; Principem autem com-

(1) Alia eiusdem occurrunt Catal. nostri Codd. Latinor. Tom. I. pag. 52. §. II.

Digitized by Google

commendant splendor, magnificentia, insignis habitus, venationes, armorum decor, eloquentiae vis, faciles ad se postulantium aditus, delectari frequentia civium, & sui copiam in populo facere. Sed si animadvertimus, necessariam esse Principi gubernandi peritiam, & illam non posse per hominem, hominibus tradi, sed a Deo immediate mortalium mentibus inseri, intelligemus nihil esse, quod ad Principem magis pertineat, quam Religio; a qua videntur mihi auxilium accepisse antiqui illi Reges, qui sapientissimi habiti sunt, Lycurgus, Minos, Numa Pompilius; ideoque legimus Aegyptios e summis Sacerdotibus suos Reges eligere consuevisse; & non ab re in Dei Filio iunctum esse Regno Sacerdotium, David in II. Psalmo attestatur. Hoc mihi prae ceteris omnibus vidisse visus est ille populi Florentini suis temporibus sapientissimus Rector, & avo tuo patruus magnus, tibi autem maximus Cosmas, cuius exstant tot religiosa opera, & excelsae templorum fabricae, in quibus tam sapientiam illius viri, quam magnanimitatem suspicimus & admiramur; ideoque quantus in administratione Reipublicae, & quantum luminis sua virtute maioribus suis adiecerit, nulla dicendi ubertate quisquam explicare sufficiat. Non ergo ridiculum, aut mirabile cuiquam fuerit hoc Opus Excellentiae tuae inscribi, in quo multa sunt, quae liberale ingenium possint ad Religionis cultum invitare; qua faciente, pulcherrima omnium virtus Principum animos influit. Fuerunt etiam in Antonio, quae illustrissimum Ducem imitari non sit inutile, arrepti semel cum ratione propositi tenax constantia, adversus hostes, quibus cum illi bellum erat, inexpugnabilis fortitudo, & ad evitandas illorum insidias incredibilis cautio; tum responsa Imperatoribus ad laudabilem Imperii gubernationem reddita, & pro iustitia, & veritate, pro communi omnium salute, mortis non solum contemptus, sed & omni studio appetentia. Fecit etiam spem, fore ut grata tibi esset de vita sanctissimi Viri poëticis floribus, quantum fieri potuit, ab homine in iudiciis occupato, adspersa historia, quum pubertatem tuam bonorum artium studiis excolueris, ita ut graece, & latine saperes. Accessit de morum tuorum candore opinio, & summa in statas, solemnesque caeremonias reverentia, ut non mirum sit in te omnium oculos fuisse conversos, tunc quum inopinata Ducis Alexandri gentilis tui nece perturbata esset Respubblica, & civitas in maximis periculis versaretur; quo tempore ostendisti animi tui magnitudinem, & quantum esset ingenii tui lumen. Excepisti oblatas tibi in primo iuventutis limine Imperii habenas, quas tanta industria, & temperantia moderatus es, ut bonorum exspectationem superaveris. Admirabili enim constantia tutatus es impositum humeris tuis Principatum, & cum dignitate tua Florentini populi salutem coniunxisti, conciliato illi Caesare, & omnibus, qui extorres fuerant, & beneficientia tua uti voluerunt, restitutis, altissima prudentia, & praesentissimo consilio cupidos novitatum animos in fide retinens, & innumerabiles difficultates, quae in dies oriebantur, dissolvens, ita ut, reiectis imminentibus procellis, optabilem bonis tranq illitatem induxeris. Quapropter, quod citra adulationis suspicionem dictum sit, potest tibi adscribi illud, quod in antiquiorem Cosmam dicebatur, Elogium ὁ Κόσμος τοῦ Κόσμου Κόσμος. Nec aliud pollicebatur genitorae tuae claritas, & sub sanctissimae matris, in quam matronales omnes virtutes confluxerunt, disciplina, ac educatio, & institutoris tui doctrina, & gravitas, tum maiorum tuorum in paterno & materno genere praestantia, sive fortissimi patris tui imperatoria virtute fulgentis grandes spiritus contemplamur, sive illustrissimorum Ducum, & Summorum Pontificum excellentiam, sive aui materni singularem sapientiam & humanitatem; quorum exemplis potest ad sublimitatem, & ad magnas res excitari animus tuus. Accipe igitur ea mansuetudine, qua soles, hoc, quod nomini tuo inscripsi, munusculum, etsi modica facultate, propensa tamen voluntate compositum.

Ad Lectorem.

Si tibi non redolent Nisae mea carmina lucos,
Nec Cirrhae, Piplaeve nemus, da candide Lector,
Da veniam, neque enim Aoniis in montibus, aut haec
Parnasi gemino cecini sub vertice, sed quum
Me sapiens & culta tribus Florentia lustris
Inter Palladios coetus tenuisset, amaras
Solventem lites, & iurgia, quumque tribunal
Calcassem nitido iam quintum Praetor in auro,
Post strepitus, & longa fori certamina fessus,
Ponere tentabam curas, & taedia cantu
Solvere, tunc variis concussam cladibus urbem,
Excipiens Medicum decus, & memorabile lumen,
Iunior insigni Cosmas pietate fovebat,
Ingenioque pari, at titulis maioribus usus
Antiqui laudes renovabat, & aurea Cosmae
Tempora, magnificus, mitis, gravitate senili
Conspicuus, faciles ad se cuicumque volenti
Dans aditus, cuius generosae prima iuventae
Moribus, & Graium studiis exordia florent,
In magnis cui fortem animum sibi conscia rebus,
Seu Zephyro virtus, seu flante Aquilone ministrat.
His innixa humeris, tristes Respublica casus
Non meminit, tergit lacrymas, frontemque serenat,

Sequitur Poëma ipsum, cuius Liber primus inc.

Terribilem stygiis larvis, qui dura sequutus
Maiorum contempsit opes, mundique caducas
Blanditias, heroa canam. Vos Numina, quorum
Pura ministerio dat pectora volvere castos

Omni-

Digitized by Google

Omnipotens motus, nostro adspirate labori.
Vrbe satus, victor Macedo quam struxit in oris
Niliacis, iam ter senos Antonius annos
Attigerat, quum vota, piis fervoribus actus,
Ardua concepit, sese divellere sensu
Cogitat, & calidae robur fraenare iuventae,
Claudere letiferis sirenum cantibus aures.
Haec volvens, simul auditis, dum forte leguntur,
Ad populum monitis, summi quibus alma Tonantis
Progenies, magnas animas ad fortia misit,
Se statuit ruptis mundo subducere vinclis.
Liber tertius des.
Summe Pater, custos mundi, rerum unicus auctor,
Compositas humilesque tuo qui lumine mentes
Illustras, radiisque tui succendis amoris;
Qui fragilem tanto naturam robore firmas,
Corporis humani das vincere quidquid amicum
Sensibus, & quidquid pulcro nos arcet honesto,
Terrorum nebulis Antoni longius atram
Ossa luem obsessa de virgine nuda fugarunt,
Illius praesta meritis mihi vincere luctas
Hostis, & invisos antiqui obrumpere casses.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XVI. nitide exaratus. Constat foliis scriptis 58.

PANDVLPHINI PIGGELLI POEMA.

Cod. LXXXI. *Fleramone composto per Piggello di Agnolo Pandolfini, et fecelo appunto mezzo, perchè poi si fece Monaco, e non lo volle finire.* Inc.

Quel vero Iddio, che in croce morir volse
Per ricomperar noi con la sua morte,
Et l' anime beate al Limbo sciolse,
Et poi le misse in la superna corte,
Et similmente e sua beati accolse,
Et le dannate in le dolente porte
Misse per sempre al miserabil pianto,
Poi salì in cielo al suo bel regno santo.
Et vive, et regna, e in sempiterno regge,
Et verrà a giudicare i vivi, e morti,
Et tutti e nostri errori vede, et corregge,
E par che la mia mente sol conforti,
El suo pregare benignamente elegge,
E in rima tracti, riduca, e rapporti
Vna famosa storia antica e degna,
Sanza altre muse in mio aiuto vegna,
Nel tempo che regnava Pulinoro
Nel Reame, che detto era Caterne
Con tanta gente e con tanto tesoro,
Quanto altro al mondo mai potessi averne,
Era un Rè magnanimo et decoro,
Ma non credeva in le virtù superne,
Cioè in Cristo, et la sua fede buona,
Che come noi vedrem, non lo abbandona &c.

Constat autem hoc Poëma Cantibus quinque, quorum ultimus, ut videtur imperfectus, des.

La qual per certo aiutato a costoro
Pochè e pagani eron trecento mila,
Et loro sol cento mila, o Pulinoro,
O Re Buterno, o tu da Pantafila,
Or con quanto triunfo alto et decoro
Fieramone a Caterne si difila,
Forse vedrem nella futura Storia,
Così i Cristiani alfin ebbon vittoria.

Memorat hunc eumdem Codicem Iulius Nigrius *Scriptori Fiorentini* pag. 472.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. Saec. XV. pessimae scripturae, in fine mutilus. Constat foliis scriptis 98.

MICHAELIS ANGELI DE VOLATERRIS POEMA.

I. pag. 1. Cod. LXXXII. MIchaëlis Angeli Christophori de Volaterris Poëma italicum de gestis Comitis Hugonis de Avernia. Inc.

Vergine pura, e in effetto umile,
Vergine tralle Vergini pura fonte,
Vergine piatosa, et signorile,
Madonna che nascesti all' ore giante
Della stirpe del Salmista gentile
David, che a Golia ruppe la sua fronte,
Tutti vi preghiamo con la voce piana,
Che preghi el figlio tuo per la gente umana.
Vergine altiera (sic) *io vi va narrare,*
Benchè ignoranza m' abbi a sua bandiera,
Con umiltà io vi vo pregare,
Che ci iscampi, e sia cosa vera,
Quando nostre anime anno a passare
Di questa vita, fa' ch' elle non pera,
Sicchè abbiano parte nella eterna gloria,
Or vo seguire la leggiadra istoria
D' un Duca che Ansuigi fu appellato,
El qual nacque di gesta (sic) *di Chiaramonte,*
Prode, e savio, cortese, et costumato,
Come gli altri nel mondo sentì honte,
Ebbe una donna per moglie el pregiato,
Che fu chiamata Agnese a tale impronte,
E di vertù lodata in ogni stuolo.
Engenerò d' Ansuigi un figliuolo.
Questa Agnese fu di casa di Baviera,
Fu troppo amata lei da un Seracino,
Ardito, e forte fu in ogni schiera,
E fu chiamato el fiero Costantino;
Torno a quella bellissima lumera,
Che partorì el figlio in un giardino,
Presso alla sua città diliberossi,
La qual Valfiera per nome chiamossi.
Des.
Io prego quello immenso eterno Iddio,
Che aiuti me Michelagnolo Trombetto,
E ciascun mio amico a tal disio,
Et io son suo servo suggetto.
Avete udito del Conte Vgo pio,
El qual fu senza nissuno difetto.
Dio vi conduchi alla superna gloria,
Al vostro honore finita è questa istoria.

Tum sequitur subscriptio ipsius auctoris, hoc pacto: *Io Michelagnolo di Cristofano da Volterra Trombetto del magnifico huomo Piero di Lorenzo de' Lenzi, Capitano di Pisa nel* MCCCCLXXXVII. *a dì* 10. *di Marzo ho iscritto* que-

Digitized by Google

to questo Libro, e Storia del Conte Vgo d'Avernia della casata di Carlo Vmano (sic), *cioè di quegli di Chiaramonte, finito a dì 15. d'Aprile* MCCCCLXXXVIII.

II. pag. 166. Sequitur notitia quorumdam Librorum, quos se legisse praedictus Michaël Angelus Trombetta testatur, quae ita se habet: 1488.

Se ti diletti di legger Libri bellissimi di battaglie, leggerai questi, che io Michel Agnolo di Cristofano da Volterra, Trombetto ti dirò, ed arane piacere assai.

El primo a tempo di Carlo Magno Imperadore tutti te li conterò quì di sotto, e tutti io gli ò letti più volte, i quali intenderai; chi non se ne diletta, è uno huomo senza ragione, e bestiale.

El primo si è el Reale di Francia.
El secondo si è l' Aspramonte.
El terzo si è lo innamoramento di Carlo.
El quarto si è lo inamoramento d' Orlando.
El quinto si è Altobello e Troiano.
El sesto siè Mirabello.
El settimo si è Montelione.
El ottavo si è Alfeo del Bastone.
El nono si è Fioreabracia.
El decimo si è Rinaldo.
El lundici si è el Danese.
El dodici si è Malignetto.
El tredici si è la Trebisonda.
El quattordici si è Filomenis....
El quindici si è el Conte Vgone.
El sedici si è el Re Pipino.
El dicisette si è Grifonetto.
El diciotto si è Fortunato.
El dicienove Fioretti di Paladini.
El venti el Nerbonese.
El ventuno la Spagna.
El ventidue si è Lucarano.
El ventitrè si è Persiano.

Questi sono, cioè furono tutti a tempo di Carlo Magno questi soprascritti Libri, e fatti loro, hora, doppo, et prima di Carlo Magno; questi altri quì di sotto diremo tutti bellissimi Libri di battaglie.

El primo si è el Troiano.
El secondo si è la Tavola Rotonda.
El terzo si è la Vita d' Enea.
El quarto si è Alexandro di Macedonia,
El quinto si è la Bibia Vechia.
El sesto si è Lucano in rima.
El settimo si è Arolfo dal Barbicone.
El ottavo si è Carlo Feroce.
El nono si è Cardovino.
El dieci si è Teseo in rima.
El undici Pompeo Romano.
El dodici si è Marco Polo.
El tredici si è Ciriffo Calvaneo.

Questi quì di sotto sono libri piccoli, e grandi d' innamoramenti, che io Michelagnolo Trombetto ò letti, che sono tutti bellissimi, et buoni.

El primo Cento Novelle.
El secondo Florio, el Branziofiore.
El terzo si è el Ninfale, idest Gamaria Pitta.
El quarto si è Troiolo, et Griseida.
El quinto si è Piramo, e Tisbe.
El sesto si è Ipolito, et Dianora.
El settimo la Reina d' Ariente..
El ottavo si è Lucrezia Romana.
El dieci si è Apollonio di Tiro.
El undici si è la Vedova Pratese.
El dodici si è l' innamoramento di Messer Alessandro da Siena.
El tredici si è Rotta del Signor Ruberto.
El quattordici si è del Prete, del Cappellano, et Cherico Sanesi.
El quindici si è la Sala di Malagigi.
El sedici si è Lamento di Negroponte.
El dicesette si è Lamento di Pisa.
El diciotto la Rotta del Duca di Calabria.
El dicenove Guerra di Serezana.
El venti si è Astare di mare.
El ventuno si è..... et Giulia.
El ventidue le Cronache Pisane, che son gran vilume.
Cronache Fiorentine.
El Petrarca.

Questi quì di sotto son libri dall' anima da leggere di Quaresima, et io Michelagnolo Trombetto tutti li ò letti più volte, e sono buoni libri.

Vita di Santi Padri.
Vita di San Girolamo.
Vita di San Francesco.
Fioretti della Bibia.
Fior di Vertù.
Dante Aldigieri.
La Vita di tutti e Papi, e Imperadori, chiamato Papalisto.
Vita di Santa Maria Madalena in rima.
Vangeli disposti.
Confessioni Romane.

E tutti questi sono in vulgare, chi in prosa, et chi in rima.

III. pag. 168. Alii versus eiusdem Michaëlis Angeli, ut infra.

Io Michelagnolo Trombetto
Nacqui nelli anni del nostro Signore
Nel mille quattrocento a tal ricetto,
E con sessantaquattro a tal tenore,
E di Settembre fu questo in effetto,
Cioè el dì della festa d' onore
San Michelangnolo, ch' è a ventinove,
Che col nimico sempre fa gran prove.
E nacqui nella degna Cittade,
Quale è Volterra per nome chiamata,
Che già n' uscì huomini di bontade
Al tempo del Rè Carlo, e sua brigata,
Et ho avuto grande aversitade,
Pur sempre chiamo la Madre beata;
Però el fin fa tutto d' ogni cosa,
Lassa la spina, et piglierai la rosa.
In questi libri è stato el mio piacere,
Per aver dello antico in memoria,
E molte cose ò trovate al mio parere,
Su ciascheduna antica e bella istoria.
A udire ò più piacere, che di vedere,
E pigliomene in me una gran boria,
E infinchè io viverò in questo mondo,
Su ciascuno libro arò piacer giocondo.

E se

Digitized by Google

E se possibil fusse, alla mia morte
Vorrei el capo posar sopra a scritture,
Ma sopra tutto io prego Iddio forte,
Ch' aiuti ognuno nelle sue isciagure,
Massime chi si diletta a tal sorte
Di sapere delli antichi lor venture,
Perochè leggere carte gentile
Chi non se ne diletta, è uomo vile.
E però io me ne son dilettato,
Per passar tempo e anco fantasia,
Io prego Iddio Re glorificato,
E similmente la Madre Maria,
Che chi se ne diletta abbi aiutato,
E guardilo da pena o ricadìa,
Altro non dico per questo mio canto,
Dal mal vi guardi lo Spirito Santo.

Tum alia eiusdem subscriptio sic: *Michelagnolo di Cristofano di Giovanni da Volterra Trombetto ò fatti questi parecchi versi di mia testa per pregare Iddio, che aiuti ciascuno lettore, e anco li altri. Fatto a dì 6. di Giugno 1488. al tempo di Piero di Lutozo Nasi, Capitano et Commissario di Pisa.*

Chi pensa al fine di quel che vuol misura,
Vive contento, et muore senza paura.

Tandem pag. 169. b. haec alia subiungit auctor de suae vitae ratione: *1488. die 19. Ottobre. Io mi sono trovato in molte avversità, delle quali el meglio si può, a tutte ò avuto pazienzia, ringraziando Iddio d' ogni cosa, che già l' uomo non può fare meglio che d' ogni cosa laldare, e ringraziare Iddio, el quale è quello, che ci à creati, et lui aiutandoci noi, per infino alla morte ci aiuterà, e però io mi diletto di leggere, et d' udire tutti e gran fatti antichi per intendere molte cose, et per fuggire ozio, che è quella cosa, che molto nuoce al corpo dell' huomo, et è contrario assai, et però io me ne sono dilettato, et dilletterò per infino alla morte, et maxime questo anno mille quattrocento ottanta otto, che io sono istato, et entrato in uno aberinto molto istrano; non so come io n' abbi a uscire con honore, pure ringratio Iddio d' ogni cosa, et ò isperanza in lui m' aiuterà ad uscirne pure; e leggere cose antiche mi leva qualche poca di pena, però consiglio ciascuno ch' abbi figliuoli, che insegni loro, o facci insegnare lettere, che veramente chi non sa leggere, è in questo mondo come una immagine di marmo, et può dire di non ci essere.*

1488.

A dì 8. di Febbraio io Michelagnolo di Cristofano da Volterra Trombetto dello Illustrissimo Signore Virginio Orsino, et sposai la donna mia in Pisa, cioè la Doratea, figliuola di Nicholò di Filisbergo Calzolaio Pisano.

A dì 18. di Marzo, come è piaciuto allo Altissimo Iddio, m' è venuto uno male chiamato male di punta, del quale male, a Iddio piacerà, n' uscirò a salvamento; pure prego l' Altissimo, et immenso, che facci quello che per il meglio debbe essere, forse è, per li miei peccati, che Iddio prego che me li perdoni.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. *Biblioth. Leopold. Tom. III.* Saec. XV. exeuntis, in cuius primo folio legitur: *a dì 10. di Marzo* 1487. Notandum est in primis duobus foliis, itemque duobus ultimis membranaceis, quae ad Codicis custodiam adsuta fuerunt, ex alio fortasse antiquiori Codice avulsa, contineri fragmenta quaedam Sermonum in festis Sanctorum Emerentii & Celid. S. Georgii Martyris, S. Benedicti Abbatis, S. Ambrosii Confessoris, & in Annunciatione Sanctae Mariae. Constat fol. scriptis 170.

HIERONYMI BORRII POEMA INSCRIPTVM IL BOMBARDIERE.

IL Bombardieri del Capitano Girolamo Borri, al quale dimanda sopra l' Arteglierie, et insegna con il buttafuoco a loro appropriato a pigliare le distanze, larghezze, siccome a sapere il numero di uno esercito, e cavare le radici con brevità, come di battaglie quadre di gente, e di terreno, e sapere l' altezza di un monte, e la profondità di una valle, siccome la larghezza di un fiume, e di uno squadrone di cavalli, la quale invenzione di misurare non è stata mai inventata, avendo fatto un traguardo, che va innanzi indrieto per l' asta dell' istesso buttafuoco con sei finestrelle da banda sinistra, e destra, che si può tirare a sei punti di squadra, siccome a minuti, perchè à diviso il buttafuoco in tre braccia a quarti, cioè 4. il braccio, o volete cinque soldi, e la larghezza di detto buttafuoco è mezzo braccio, e vi si mette la corda accesa, e spenta, per la notte sia accesa, et il giorno spenta, e vi bisogna prima la linea cognita, come con tutti li stromenti ci vole, e con questo si piglia alla prima finestrella per difora, et al primo quarto del primo braccio, o per la linea visuale prendi quest' osso del viso sotto all' occhio destro, o sinistro, come meglio ti tornerà, avendo piantato il detto buttafuoco in terra, o per piano, o per dritto. Che perciò à due bacchette incastrate, come sta quella nella cassa dell' archibuso, come si vedrà in disegno, e dimanda in ottava rima ogni particolare a detto Bombardieri. Cod. LXXXIII.

Praemittitur Operi Praefatio, Invocatio, & Dedicatio, sua unaquaeque ogdoade comprehensa, nimirum:

Spinto son io da generoso ardire
Mostrare il modo da me ritrovato,
Per levar le distanze vengo a dire
Col buttafuoco istesso, il qual è usato
Da ogni Bombardiere, e far sentire
Da me sopra de' pezzi examinato,
Quanto deve sapere in quanto all' arte
Si dègna, mi risponde in queste carte.
Musa gentil, che da' superni giri
Scopri del core i più secreti interni,
E pietosa pietoso il guardo giri
Alle nostre miserie, a nostri inverni,
Invoco te, che somministri, e spiri
Ciò ch' esser uopo al mio cantar discerni;

Digitized by Google

Che se non neghi aita al rozzo carme,
Mostrerò al mondo il misurar con l'arme.
Tu gran Conte, Orso Delci, vanne altero,
Poichè il più saggio il biondo Dio non mira,
Così le palle, l'aquila, e l'impero
In governo di stato in pace, in ira,
Tu sei sola fenice in emispero,
Gradisci il picciol don, guarda, e rimira,
Testimonio verace di gran fede,
Quanto può il mio cor dar, da lui si diede.

Opus inc.

Benissimo si sa da ciascheduno,
Che fa profession di misurare,
Senza la linea cognita, nessuno
Istrumento si pole adoperare,
Col Buttafuoco mio al chiaro, al bruno,
Di notte ogni distanza puoi levare,
Come vedi il disegno, presa prima
Quella cognita linea, in questa rima.

Des.

Al quarto punto tirera' tu ancora
Passi duemila novecento aggiunti
Sessantaquattro più senza dimora,
Al quinto tirera', che questi punti.
Tremila novecento palla fora,
E poi novantaquattro seco assunti,
Al sesto va tremila cento scritto,
Con venti più, tirando diritto.

Hic Hieronymus Borrius, ab alio eiusdem nominis, qui floruit anno MDXL. & commercium habuit Epistolicum cum Petro Arretino, diversus videtur, ut animadvertit diligentissimus Mazuchellius *Scrittori d' Italia* Vol. II. Part. III. pag. 1789. qui ubi de priore Hieronymo loquitur, cuius tria Opuscula Florentiae edita recenset, subiungit: *Nella Libreria del Granduca di Toscana ch' era nel suo Palazzo, si trovano due Opere a penna di un Girolamo Borro, pure Aretino, l' una delle quali era* il Bombardiere *in ottava rima, l' altra* la Storia di Francesco Guicciardini, *pure in ottava rima, traslatata in due assai grossi volumi in foglio, ma osservandosi che nella conclusione dell' Opera il Borro si chiama Capitano, e dice, che aveva fatta professione d' armi, come dall' ultima ottava si ricava, non osiamo di affermare, che non sia diverso dal nostro.*

Codex chartaceus MS. Italicus in folio Saec. XVI. ut videtur, imperfectus. Constat foliis scriptis 41.

FRANCISCI PETRARCHAE CARMINA ITALICA.

Cod. LXXXIV. FRancisci Petrarchae Opus, quod vulgo dicitur *Canzoniere*, continens, Carmina iuxta Codicis numerationem CCCLXVII. Carmen primum, quod est Epigramma Italicum, vulgo *Sonetto*, inc.

Voi ch' ascoltate in rime sparse il suono &c.

Vltimum inc.

Vergine bella che di Sol vestita &c.

ut in aliis Codicibus superioribus. Sequitur in fine index ordine alphabetico dispositus, exhibens initia singulorum Carminum. Haec autem singillatim contulimus cum editione Veneta anni MDCCXLI. curante Lud. Antonio Muratorio, ibique exstare omnia comperimus, licet ordine diverso, praeter ea, quae mox adnotabimus, nimirum:

Epigramma CXIII. quod inc.

Dall' empia Babilonia, ond' è fuggita &c.

Epigramma CXXXV. quod inc.

Fiamma dal ciel sù le tue trecce piova &c.

Epigramma CXXXVI. quod inc.

L' avara Babilonia à colmo il sacco &c.

Epigramma CXXXVII. quod inc.

Fontana di dolor, albergo d' ira &c.

Epigramma CXCVI. quod inc.

L' aura celeste, che in quel verde lauro &c.

Epigramma CXCVII. quod inc.

L' aura soave al sole spiega, e vibra &c.

Praeterea Epigramma, quod inc.

O tempo, o ciel volubil, che fuggendo &c.

in edit. sub num. LXV. bis repetitur in Cod.

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. Saec. XV. nitidissime exaratus, cum ornatu marginali primae paginae, initiali primi Carminis littera aurata, & colorata, ubi quoque depictum erat stemma gentilitium possessoris, quod postea erasum fuit; in membrana autem prima, quae Codicis custodiae inservit, legitur: *Hic Liber est D. Abbatis Iulii Caesaris Grimaldi*. Constat foliis scriptis 146.

FRANCISCI PETRARCHAE, ET DANTIS ALIGHERII CARMINA.

I. pag. 1. *I Trionfi del laureato Poeta, primo dopo gli antichi, Messer Francesco Petrarca Cittadino Fiorentino.* Procedunt eodem ordine, quo leguntur in Codice CLXXV. Biblioth. Strozzianae huius Appendicis Tom. superiore pag. 579. §. I. & seqq., si illud excipias, quod Capita III. & IV. Triumphi primi Amoris transponuntur in nostro Codice. Cod. LXXXV.

II. pag. 45. *Canzone et Sonetti del Christiano Poeta Dante Alighieri Cittadino Fiorentino*, hoc ordine:

I. pag. ead. inc. *Donne ch' avete intellecto d' amore &c.* C.

Exstant inter Epigrammata, & Cantiones italicas variorum veterum Auctorum Etruscorum edit. Florent. apud heredes Philippi Iunctae an. MDXXVII. in 8. pag. 4.

II. pag. 46. *Donna pietosa, et di novella etate &c.* C.

Ibid. pag. 6.

III. pag. 48. *Gli occhi dolenti per pietà del core &c.* C.

Ibid. pag. 8. b.

IV. pag. 49. b. *O voi che per la via d' amor passate &c.* C.

Ibid. pag. 1.

V. pag. 50. *Ballata io vo' che tu ritrovi amore.* C.

Ibid. pag. 4. b.

VI.

Digitized by Google

VI. pag. ead. b. *Spesse fiate vengonmi alla mente*. S.
Ibid. pag. 4.
VII. pag. 51. *Amore, e'l cor gentile sono una cosa*. S.
Ibid. pag. 5.
VIII. pag. ead. b. *Quantunque volte lasso mi rimembra*. C.
Ibid. pag. 10.
IX. pag. 52. *Era venuta nella mente mia*. C.
Ibid. pag. 10. b.
X. pag. ead. *Deh' peregrini, che pensosi andate*. S.
Ibid. pag. 12.
XI. pag. ead. *Oltre la spera, che più larga gira*. S.
Ibid. pag. 12. b.
XII. pag. 53. *Così nel mio parlar voglio esser aspro*. C.
Ibid. pag. 23. b.
XIII. pag. 54. b. *Voi che'ntendendo el terzo ciel movete*. C.
Ibid. pag. 35.
XIV. 55. b. *Amor, che nella mente mi ragiona*. C.
Ibid. pag. 36.
XV. pag. 57. b. *Le dolci rime d' amor, ch' io solea*. C.
Ibid. pag. 37. b.
XVI. pag. 60. b. *Amor che muovi tua virtù dal cielo*. C.
Ibid. pag. 25.
XVII. pag. 62. *Io sento sì d' amor la gran possanza*. C.
Ibid. pag. 26.
XVIII. pag. 63. b. *Al poco giorno, et al gran cerchio d' ombra*. C.
Ibid. pag. 31. b.
XIX. pag. 64. b. *Amor, tu vedi ben che questa donna*. C.
Ibid. pag. 33. b.
XX. pag. 66. *I' son venuto al punto della rota*. C.
Ibid. pag. 32. b.
XXI. pag. 67. b. *E m' incresce di me si malamente*. C.
Ibid. pag. 27. b.
XXII. pag. 69. *Poscia ch' amor del tutto m' à lasciato*. C.
Ibid. pag. 40.
XXIII. pag. 72. *La dispietata mente, che pur mira*. C.
Ibid. pag. 29.
XXIV. pag. 73. b. *Tre donne intorno al cor mi son venute*. C.
Ibid. pag. 44. b.
XXV. pag. 75. b. *Doglia mi reca nello core ardire*. C.
Ibid. pag. 42.
XXVI. pag. 78. *Amor, dacchè convien pur ch' io mi doglia*. C.
Ibid. pag. 30.
XXVII. pag. 80. *I' mi son pargoletta, bella, et nova*. C.
Ibid. pag. 15. b.
XXVIII. pag. 80. b. *Au faux ris prover quoi tray aves*. C.
Ibid. pag. 22. b.

Clauduntur Carmina hac subscriptione: *Fine delle Canzone, et Sonetti del Christiano Poeta Dante Alighieri di Firenze. Deo gratias in omnibus & per omnia.*

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. Saec. XV. nitide, eleganterque exaratus, cum initialibus Triumphorum Petrarchae, & primae Dantis Cantionis litteris aureis, & ornatu marginali primae paginae, ubi videre est cuiusdam familiae stemma gentilitium. Constat foliis scriptis 81.

CELSI CITTADINI DE ANGELIERIS PARTHENODOXA.

Cod. LXXXVI.

OPeris titulus ita habet: *La Partheno-doxa, ovvero la Esposizione della Can zone del Petrarca alla gloriosissima Vergine Madre di Dio, fatta per Celso Cittadini dell' Angiolieri nobil Senese* (1). Sequitur Dedicatio hoc pacto: *Alla Serenissima Madama Christiana Ghisa de' Medici Granduchessa di Toscana Signora, et Padrona sua singolarissima Celso Cittadini dell' Angiolieri. Avendo io, Serenissima Signora, dedicato alla Reina de' Cieli questa mia picciola Operetta, solo per un' eterna testimonianza delle molte grazie, che per ogni tempo ò dalla sua infinita bontà ricevute, et di continuo ricevo, et non mi sentendo gran fatto sufficiente a metterla in stato di poter viver qualche tempo, non che di farsi conoscere in ogni parte per quello, che ella veramente è, et perciò dovendosi per me procacciarle qualche sostegno, et protezione potente a ciò, niun' altra persona del mondo ò dovuta, et voluta eleggere a questo, che V. A. Serenis ima, sì perchè io le sono vassallo, et servidore per dipendenza, et per obbligo, et per volontà; et sì anche molto più, perciochè ella non pure è intendente di simili scritture, ma se ne diletta, secondo donna, oltre ogni immaginare. A lei dunque l' offero con ogni humiltà, et la raccomando quanto posso il più, sicuro, che almen per rispetto, et per amor del subietto di essa, non che V. A. debba gradire essa mia Opera, quanto si conviene, ma vorrà avere anche per raccomandato me suo fattore, come humilmente prego l' A. V. a voler fare, mentre facendole io humilissima riverenza, come devo, le desidero da Dio ogni maggiore, et più compiuta felicitade. Di Siena il dì.....* Succedit deinde Adloquutio ad Sanctissimam Virginem Mariam, quae sequens est: *Ecco pur finalmente, o Sacratissima Imperatrice dell' Universo, che io mi rappresento dinanzi a voi ad offerirvi queste poche primizie, nate dal mio*

(1) Natus est Romae anno MDLIII. Decessit Senis MDCXXVII. annor. LIV. Consule de eius Operibus Apostolum Zenum in Animadversionibus ad Biblioth. Italicam Fontanini, Venet. per Ioan. Bapt. Pasquali MDCCLIII. 4. Tom. I. pag. 47.

Digitized by Google

sterile ingegno in laude sempiterna delle indicibilissime virtudi del nome vostro, non già per parte alcuna di pagamento de' miei infiniti debiti con voi, il che è troppo sopra le deboli forze mie, ma solo per un certo riconoscimento della mia servitù, et per un segno, et testimonio di essi, et anche per cessare in me sospitione d' ingratitudine, la qual fu sempre, et sarà appresso di me abominevolissima cosa, et detestanda. Priegovi adunque humilissimamente a degnarvi d' accettar queste mie povere fatiche in cambio di qualsivoglia più ricca, et più preziosa tavoletta, ch' alla sacra imagine di voi, che nel monte Esquilino, quanto n' è lecito, adoriamo, io potessi giammai offerire, la qual grazia fin da ora io mi rendo certo per mercè vostra, che dalla somma benignità di voi mi sarà, come tante altre conceduta graziosissimamente, e tanto più agevolmente, et volentieri, quanto che un non affatto mezzano volume è viepiù atto a spargere per lo mondo Christiano la testimonianza delle vostre grazie, et della infinitissima bontà del vostro Figliuolo, et Signore, et Dio nostro, et la gloria dell' uno, et dell' altro, che forse, et senza forse non sarebbe per far mai una pura tavoletta di quantunquesivoglia più fini colori, et d' argento, et d' oro adornata, et dipinta. Senza che, se vogliam guardare alla durata dell' uno, et dell' altro, dove questa potrebbe agevolmente fra non molto spazio venir meno, quello all' incontro può ragionevolmente sperare di viver molti, et molti anni, et poi anche rinovellarsi, come dicono, che fa la Fenice. Et con questo faccio fine, raccomandandomi tutto nelle pietose braccia della vostra divina protezione, che siate per sempre laudata, et benedetta oltre tutte le creature insieme col preziosirsimo frutto del vostro petto Christo Gesù. Amen.

Prooemium in expositionem inc. *Io dimostrerei troppo manifestamente me essere oltre ad ogni termine ingrato, e mal conoscente de benefizi grandissimi, et continui, che ò ricevuti sempre, e ricevo da colei, che è viva fontana di misericordia, et madre di grazia, et di pietà &c.* Des. *ma ne verrò a dare inizio all' Opera mia nel graziosissimo nome di quella, e del suo benedetto Figliuolo insieme.*

Exspositio inc.

Vergine bella, che di sol vestita,
Coronata di stelle &c.

Questa Canzone, la quale sicome per avventura dovette esser l' ultima, o delle ultime, che il Petrarca si facesse, così è bellissima sopra quante da lui mai fatte ne furono, si divide in due parti principali, cioè in Prologo, ed in Trattato, il qual Trattato comincia ivi: Vergine s' a mercede. Il Prologo similmente si divide in due parti, cioè in Invocazione, ed in Proposizione. La seconda parte di esso comincia ivi: Amor mi spinge a dir di tre parole. Nella prima parte l' Autore dimostra chi sia la persona, che egli invoca &c. Des. *la qual cosa egli dipoi conferma nella licenza, che dà al detto suo Libretto nel fine di esso, come egli è usato di fare quasi in tutte le sue Opere, così dicendo: E del benefizio da me ricevuto dalla Genitrice della nostra salute, sarai testimonio.*

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. min. Saec. XVI. Constat fol. script. 45.

COLLECTIO CANTIONVM ITALICARVM CVM NOTIS MVSICIS.

Cod. LXXXVII.

HIc eximius Codex, qui fuit olim ad usum Antonii Barptolemaei Ioannis Squarcialupi, Metropolitanae Florentinae maximi nominis Organistae, continet uberrimam collectionem Italicarum Cantionum, cum notis musicis, celebriorum Saeculo XV. Professorum, quorum effigies vivis coloribus depictae, una cum instrumentis musicis, in quibus eorum singuli excelluerunt, prout infra adnotabimus, exhibentur (1).

In prima pagina grandiori littera legitur: *Questo Libro è di Antonio Squarcialupi horganista in Sancta Maria del Fiore*; et in eadem aversa pagina haec alia notata sunt: *Raph. de Bonamicis, Francisci Antonii Squarcialupi, avi mei, grata extitere; non minoris puto fore Librum hunc Iuliano fratri suo optimo. Vade igitur Liber, & in eiusdem Bibliotheca te confer, meque, & meos sibi, & familiae suae commenda.*

In duabus, quae sequuntur paginis, Carmina occurrunt variorum clarissimorum virorum in laudem Antonii Squarcialupi, & quidem hoc ordine.

I. *Laurentii Medices in laudem Magistri Antonii Squarcialupi.*

Farete insieme, o Musici, lamento
Sopra il viro immortale oggi sepolto;

Mor-

(1) Salvinus Salvinius in Additionibus MSS. ad Historiam Florentinorum Scriptorum Iulii Nigrii, ubi de Squarcialupo verba facit pag. 69 haec habet: *Piero di Marco Parenti nelle sue Memorie Originali in Casa Strozzi all' anno 1495. d' Agosto: Sotto l' organo grande di S. Maria del Fiore era di marmo la effigie di Maestro Antonio Organista con epitafio latino factosi per Lorenzo de' Medici in laude della Excellentia di decto Maestro Antonio, il quale lungo tempo, non sanza admiratione et stupore di tutti li auditori, sonato lo avea. Apresso in suo luogo rimasto el figliolo Francesco, herede etiam della virtù del padre, a Lorenzo sopradecto si mantenne amicissimo. Il perchè l' odio de' cittadini verso Lorenzo, destossi etiam verso de' suoi amici; potè in maniera, che giudicatosi indegno di tale luogo, la marmorea testa di Maestro Antonio, una nocte, con ordine però de' Consoli dell' Arte della Lana, in cui protectione è tale Tempio, levata fu, et rappianatosi il muro, non altrimenti, che se mai stata non vi fusse &c.* Addit Salvinus: *Oggi vi è in Duomo l' imagine sua con iscrizione, sotto la quale dice il Migliore, che la fece il Magnifico Lorenzo de' Medici, ma non sò poi, se sia sua questa, o quella, che vi era, o se fu la medesima. Il Marullo Costantinopolitano tra le sue Poesie latine, fa un Epigramma;* De Apolline, & Antonio Squarcialupo. *Ferdinando Leopoldo del Migliore nella Firenze illustrata, parla di lui, e di sua condizione = Le sue Opere,* (idest Antonii Squarcialupi) *le aveva Francesco Nigetti, Organista del Duomo, e le diede alla Libreria di Palazzo.*

Digitized by Google

Morte si scusa, e dice: io ve l' ò tolto,
Per far più lieto il ciel col suo concento.
Oh quanto lume spense un picciol vento
Il dì, che fu dall' uman velo sciolto!
Ma lieto si partì, contento molto,
Che morte, ov' è virtù, non dà spavento.
Dorransi quei, che tardi saran nati
All' età di costui, che in ciel si onora,
Nè forse il meritò la gente antica.
Gloria adunque è di noi, però siam grati,
Ch' e' si dirà dopo mille anni ancora,
Natura a quell' età fù pure amica.

II. *Gentilis* (Becchii Vrbinatis) *Episcopi* (Arretini),

Organa quae resonant te! quam testudo Philippum,
Squarcialupe Antoni, sculperis hoc lapide.

III. *Marsilii Ficini.*

Quisquis exanimem me putas imaginem, falleris; tantum enim adhuc spiritus mihi superest, ut mira haec fistularum structura, quam supra caput loquentem audis, afflatu meo quotidie resonet.

IV. *Angeli Politiani.*

Iure novas talem, Florentia, marmore Civem,
Namque diu templi vox fuit ille tui.
Doctus inaequales digitis, & flamine cannas
In vix credendos paene animare modos.
Quae non diverso gens huc properabat aborbe,
Vt biberet dulcem carminis aure sonum?
Sed licet is numeros omnes impleverit artis,
Sola tamen summum gratia rara facit.

V. *Barptolemaei Scalae.*

Amphion lapides cantu, styga moverat Orpheus,
Incurvos delphinas Arion;
Praedocte Antoni, traxere in carmina cannae,
Sic homines, sic numina Divûm.

VI. *Laurentii Medices.*

MVLTVM PROFECTO DEBET MVSICA ANTONIO SQVARCIALVPO ORGANISTAE. IS ENIM ITA ARTI GRATIAM CONIVNXIT, VT QVARTAM SIBI VIDERENTVR CHARITES MVSICAM ADSCIVISSE SOROREM. FLORENTINA CIVITAS GRATI ANIMI OFFICIVM RATA EIVS MEMORIAM PROPAGARE, CVIVS MANVS SAEPE MORTALES IN DVLCEM ADMIRATIONEM ADDVXERAT, CIVI SVO MONVMENTVM POSVIT (1).

VII. *Michaëlis Marulli* (Tarcaniotae).

Victor Timoli Delius sententia,
Iactabat argutam chelin;
Aurem repente voce perculsus nova,
Quum gemuit ad cannas Lupi.

VIII. *Naldi Naldii.*

Non tot carminibus, cytharaque coëgerat Orpheus
Ad cantum rabidas flectere corda feras,
Antoni, poteras quot delectare virorum,
Organa tam docta sunt tibi pulsa manu.

IX. *Michaëlis Marulli* (Tarcaniotae).

Olim superbus, Pane devicto, Rhodum,
Qui temperat Phoebus suam
Tmoli canebat iudicis sententiam,
Iussumque cedere Arcada;
Quum Squarcelupi voce perculsus nova,
Ingemuit ad cannae sonos,
Vicesque rerum questus: Heu vici Deos,
Nunc cedo, ait, mortalibus.

X. *Barptolemaei Rigo.* (forte Rigolii).

Qui sonitus caelo quondam deduxit ab alto,
Organa qui docuit doctius arte loqui;
Cuius in articulos adeo se gratia fudit,
Gratior ut toto non foret orbe sonus;
Illius hic merito posuit Florentia Civis
Squarcialupi Antoni marmoris effigiem.

XI. *Lippi Brandolini.*

Marmorea spectas nostrum sub imagine vultum,
Nostra magis fuerat suspicienda manus.
Hac ego sidereas parili discrimine voces
Expressi, aethereos aere imitante sonos.
Musarum arcanos Phoebaeo e vertice cantus
Deduxi, atque ipsas in nova templa Deas.
Hac tristes animis potui depellere curas,
Et miris hominum corda tenere modis;
Huc vel ab extremis terrarum finibus aures
Compulit innumeras nostra venire manus.
Quin etiam caelo capti nostra arte relicto
Ad sua consuerunt sacra venire Dei.
Sed quando humanis fato est meta addita rebus,
Vrbs quem audire nequit, grata videre cupit.
Nostrum igitur spectas manuum pro munere vultum,
Saxa animum nequeunt reddere, musa refert.

XII. *Francisci Ghiacceti.*

Qui sim, non refero; plenius exprimit,
Quae supra caput est, fistula multiplex.
Tantum hoc: si careant pectora spiritu,
An canna haec tumidum nubila verberet?

XIII. *Barptolemaei Paccii.*

Mirum est, o lector, quod non ut Memnonis antrum,
Antoni resonent marmora Squarcialupi.
Huius enim digitis lenibant dira furorem,
Sed magis hoc constat complacuisse Deo.
Intonuit caelum, nam quando Iuppitter ardens
Intonuit sacris organa, victor abit.

ANTONIO SQVARCIALVPO
PATRIA MONVMENTVM VIRTVTIS.

XIV. *Marcelli* (Virgilii).

Qui poteram duras calamis Antonius aures
Et mulcere virûm tristia corda meis,
Qui poteram omnigenos animi componere motus,
Hic prope culta mihi est organa in urbe locus.
Quosque his demulsi totiens heic vocibus, heic me
Marmoreum grati constituere patres.
Felix me populus cantante, beatior hoc sed
Ipse loco, auritum si mihi marmor erat.
Vive hospes, cantuque animum nunc pasce superstes;
Obiecta haec nobis invidet Orcus humo.

XV.

(1) Haec eadem Inscriptio legitur in ingressu Ecclesiae Cathedralis a cornu Evangelii.

Digitized by Google

XV. *Michaëlis Divi Roffilli* (forte Rectoris).

Dulcisonae virtus artis quum summa, charisque
Antoni digitis, ingenioque forent,
Orpheus, edocuit quem sese musica, necnon
Dircaeus vates, Zethus, & ipse Linus,
Inventorque lyrae Terpander, Phoebus, & Anon,
Musae, Pan, Damon conticuere diu,
Cedentes, modulis quos hinc tunc arte magistri
Flabam, subter me cuius imago fuit
Marmorea, egregiis post mortem civibus illi
Facta, malis noctu dempta sed inde viris
Invidia; sed restat honos, & vocibus hymnos
Organicis caelo personat aede meis.

XVI. *Eiusdem.*

Musica quidquid habet sonitus, charitosque magistri
Antoni articulis, ingenioque dedit,
Cuius quum vitae rupissent fila sorores,
Organicae vocis mutuit omne melos;
Et iacet ad tumulum Florentia, crine soluto,
Harmonia civis quod caret illa sui;
Sic placitum superis, ut caelo personet hymnos
Musica, sub saxo denique muta gemit.

ANTONIO SQVARCIALVPO
ORGANISTAE CIVES
POSVERE.

His praemissis, sequuntur Cantiones hoc ordine, ac primo occurrit:

I. pag. 1. Magister Ioannes a Cascia, alias dictus *de Florentia*, veste rubra interiori ad vitam praecinctus, cum caputio in capite eiusdem coloris. Vestem exteriorem usque ad talos caeruleam sine manicis habet, manu dextera librum, quem sinistra apertum gerit, indigitans.

Primum Carmen inc.

Agnel son bianco, e vò belando bè,
E per ingiuria di capra superba,
Belar convegne per un boccon d'erba &c.

Ad paginae calcem stat agnus, balantis ad instar, in aperto campo reptans. In margine vero, aureis ornatibus decorato, possessoris Squarcialupi stemma gentilitium, quod pluries repetitum invenies, videre est.

II. pag. VII. b. Magister Iacobus a Bononia, veste rubra interius, exterius vero talari, violacei coloris indutus. Habet in capite biretum caerulei coloris, manu vero sinistra super librum clausum, quem dextera commonstrat, innititur.

Primum Carmen inc.

Sotto l'impero del possente Prince,
Che nel suo nome alle dorate ale
Regna la biscia, al cui morso mi vince,
Sicchè da lei fuggir nulla mi vale,
La mi persegue, e 'l cor mi signoreggia,
Poi, come donna istessa, si vagheggia.

Huiusmodi Cantiuncula Mediolanensem Ducem innuere videtur, posteaquam cum Imperatore arma sua coniunxerat, ideque ad paginae calcem Imperator in throno sedens, coronam regalem in capite gestans, sceptrumque in dextera, & globum aureum tenens in sinistra, repraesentatur.

III. pag. XXV. b. Magister Ghirardellus de Florentia, veste rubra usque ad pedes defluente latis manicis indutus adparet, detecto capite, ac monastico more detonso, volumen oblongum ambabus manibus apertum gestans.

Primum Carmen inc.

Tosto che l' Alba del bel giorno appare,
Isveglia i cacciator, sù, che gliè tempo.

In calce paginae canis levis exhibetur, fugientem insequens cervum, ac ipsum tandem faucibus apprehendens.

IV. pag. XXXV. b. Dominus Vincentius Abbas Ariminensis veste nigra, monastico more, amictus sedet, & volumen oblongum ambabus manibus, ut supra, tenet.

Primum Carmen inc.

Ita se n'era a star nel Paradiso,
Cogliendo fior Proserpina cantava,
Quando per l'amor suo Pluto cercava.
In che meglio di me fece Plutone,
Che la rapì, e poi stette prigione.

Ad paginae calcem nemus in amoena planitie visitur, in quo puella sedet inter campestres flores, & virgulta, ante quam iuvenis quidam in genua provolutus, supplexque se prosternit.

V. pag. XLV. b. Magister Laurentius de Florentia, qui cum caputio rubri coloris ad collum usque devoluto, exteriusque caerulei coloris veste talari circumamictus, instrumentum decem & septem chordarum, Psalterii ad instar efformatum, pulsat. Carmen incipit, ut supra adnotavimus, sed diversis musicis notis instructum. Ad paginae calcem amoeno in viridario femina flores colligens depicta est.

VI. pag. LV. b. Paullus Abbas, qui sub monastica cuculla, laeva manu caput sustentans, dexteram vero super cuiusdam iuvenis Monachi caerulea chlamyde induti humeros ponens, illum in musica arte solerter instituit. Subsequuntur paginae vacuae XVII. in quibus solummodo ductae sunt lineae ad excipiendas cantiones, & notas musicas. Ad paginae vero calcem, depictum est, ut alibi, stemma Antonii Squarcialupi, huiusce Codicis possessoris.

VII. pag. LXXI. b. Domnus Donatus Monachus Benedictinus de Florentia, monastica item cuculla amictus cum caputio in capite, sedens, & ambabus manibus librum quemdam reseratum, ante pectus tenens. Inc.

In bel gir falco sceso alle mie grida
Dell'aria in braccio piombo giù mi venne,
Come amor volle, e 'l disio di sue penne &c.

Ad paginae calcem falco campestris exprimitur, qui unguibus leporem sanguine perfusum laniat.

VIII. pag. LXXXI. Magister Nicolaus Perusinus Praepositus, veste rubra ad talos usque protensa indutus apparet, cum bireto in ca-

Digitized by Google

in capite, alioque vestis segmento humeris imposito (quod vulgo dicunt *batolo*) rubri item coloris; dextera manu librum, quem in sinistra gerit, indicans.
Primum Carmen inc.
Nel mezzo già del mar la navicella
Tra l'Oriente et l'Occidente giunta,
Che mi mena a ferire in scura punta.
Ad paginae calcem navis in medio mari, cum velis vento inflatis, exhibetur.

IX. pag. CI. Magister Frater Bartolinus de Padua, pallio, & caputio cinericii coloris indutus, in aperto libro supra genua posito scribens conspicitur.
Primum carmen inc.
La doucezere di un fier animal
Se poyt intendre per signifians &c.

Prima Cantiuncula provinciali sermone exarata est; aliae vero, quae subsequuntur, italico. Ad paginae calcem venerandus senex exhibetur in cathedra sedens, & dextera baculum tenens, veste rubra interius, pallioque talari caerulei coloris exterius indutus, cui feminae duae, hinc & inde, manibus ante pectus iunctis, adstant venerabundae.

X. pag. CXXI. b. Magister Franciscus Caecus de Florentia, qui portatile organum sinistro genu sustinens, illud pulsat; habitu talari caerulei coloris praecinctus est, pallioque rubro superimposito, quod retro ab humeris defluit, caput eius tegitur caputio primae vesti coniuncto, necnon bireto rubro, corona laurea decorato. Carmen inc.
Musica son che mi dolgo piangendo
Veder gli effetti mia dolci, e perfecti
Lasciar per frottol i vaghi intellecti &c.
Ad paginae calcem puella visitur valde formosa, Musica fortasse, quae organum pulsat, & in marginali ornatu septem diversi generis instrumenta conspiciuntur, in quibus pulsandis praecellebat.

XI. pag. CLXXIII. b. Magistri Fratres Aegidius, & Guillelmus de Francia, nigra veste, qua Divi Augustini Monachi utuntur, induti, ac magna aviditate librum apertum, quem propriis manibus tenent, inspicientes.
Carmen inc.
Piacesse a Dio ch' io non fossi mai nata,
Oh lassa dolorosa,
Fresca son più che rosa,
E veggomi ad un vecchio maritata &c.

Ad paginae calcem in patulo agro videre est mulierem quamdam sedentem cum barbato sene sub nigra veste, caputium in capite gestante, qui inter se mirabundi simul, & irati colloquuntur.

XII. pag. CLXXV. b. Magister Zacharias Domini nostri Papae Cantor, veste rubra talari cum latis manicis, rubrisque calceamentis, amictus est; dextra manu librum apertum tenet, sinistram vero super fasciolam item rubri coloris, quae a collo pendet, reclinat. Erat hic fortasse ea aetate habitus Capellae Pontificiae Musicorum praefecti.
Carmen inc.
Ferito già d' un amoroso dardo
Con piacenti rimiri,
Or sento gran martiri
Vedendomi negar l' usato sguardo &c.

Ad paginae calcem mulier conspicitur pallio rubro, latisque manicis induta, quae telo igneo impetere videtur iuvenem quemdam, qui ante ipsam in genua provolutus, manus ante pectus maerens in modum crucis gerit.

XIII. pag. CLXXXIII. b. Magister Andreas Organista de Florentia, monastico more indutus, biretum nigrum in capite gerit, sedetque parvum organum dextera pulsans, quod laevo genu sustentat.
Carmen inc.
Donna, benchè mi parta dal bel viso
Vostro, tenete poi
L' alma, che volentier riman con voi &c.
In calce paginae videtur femina vulneratum pectus ostendens cuidam iuveni, qui ante ipsam demisso capite, manibusque in crucis modum ante pectus iunctis, in genua provolvitur.

XIV. pag. CXCV. b. Dominus Ioannes Organista de Florentia in subsellio sedet, dexteraque organum pulsat, quod genu sinistro sustentat; habitu talari rubro praecingitur, pallium caeruleum, virideque desuper gerens, quod caput eius etiam contegit. Ad paginae calcem conspicitur amoenus ager, ubi quinque virorum, & mulierum figurae ad duarum tibiarum sonitum choreas ducunt. In marginali vero ornatu appensa videntur varia instrumentorum musicorum genera, fides scilicet, cythara, tres tibiae &c. Heic relictae sunt duae ac viginti chartae sine notis, in quibus absolvitur Codex; quum fortasse Collectori tempus huius ultimi Professoris musica opera transcribendi defuisset.

Nunc aliquid dicendum esset de Musicae Professoribus, quorum nomina recitavimus; sed ne verbum quidem de iis ab huius praeclarissimae artis Scriptoribus factum fuisse comperimus, si Antonium Squarcialupum excipias, ac Franciscum Landinum, de quo in nostro per Clusentinam provinciam Odoeporico plura congessimus. Fuit hic Iacobi Pictoris filius, ac Philosophi simul & Poëtae nomen adeptus est. Ipse enim in Musicae disciplina ita doctus evasit, ut suae aetatis miraculum diceretur, et esset. Haud equidem possum de eo aptius disserere, quam referendo eius vitam a Philippo Villanio (1) exa-

(1) Hic Philippus Villanius non potest esse senior ille Philippus Villanius, qui in charta Tabularii Florentini anni MCCCI. testis adest, quique anno MCCCXXIV. in Dominorum Reip. Florentinae numero erat. Iunior iste fuit, idemque historicus, ac praeterea Iudex, unus nempe ex iis, qui lites per ea tempora diudicarent.

Digitized by Google

exaratam, quaeque a clarissimo Laurentio Mehus in sua ad Epistolas Ambrosii Camaldulensis Praefatione pag. 323. relata est. Huiusmodi enim vita a Codice excerpta fuit Gaddiano, nunc vero Laurentiano, eaque diversa est ab antiqua italica versione in Tom. I. *Speciminis Litteraturae Flor. Saec. XV.* a me typis mandata, & a Comite Ioanne Maria Mazzuchellio inter Vitas Hominum Illustrium a Philippo Villanio descriptas, in lucem edita Venetiis per Io. B. Pasquali MDCCXLVII. pag. 78. Sed audienda sunt ipsa Villanii verba in Capite inscripto: *De Ioanne, Bartolo, & Francisco Musicis* „ Musicae artis disciplinam Florentini multi memorabiles habuere, sed qui aliquid in ea scientia ediderint, pauci exstant, inter quos Bartolus, & Laurentius Masini prae ceteris praestantius, & artificiosius cecinerunt. Quorum primus, quum partim organo, partim modulatis per concentum vocibus in nostra maiori Ecclesia Symbolum caneretur, tam suavi, dulcique sono, artisque diligentia idem intonuit, ut relicta consueta interpositione organi, & magno cum cursu propius naturalem sequentis harmoniam deinceps miris vocibus caneretur, primusque omnium antiquam consuetudinem chori virilis, & organi aboleri coëgit. Nam quum Mastini della Scala Tyranni atria, quaestus gratia frequentaret, & cum Bononiensi Artis Musicae peritissimo de artis excellentia, Tyranno eos inritante muneribus, contenderet, mandrialia, sonosque multos intonuit mirae dulcedinis, & artificiosissimae melodiae, in quibus magnae quam suavis fuerit in arte doctrinae, manifestavit. Sed hos, reliquosque omnes, quos laudabilis tulit antiquitas, vivus adhuc Franciscus excedit, de quo non sine affectatae fabulae timore, scribere ausim. Hunc vix tempus medium infantiae egressum, sors iniqua varioli morbo cacavit. Hunc eumdem ars Musices famae luminibus reformavit. Severior illi occasio corporalia abstulit lumina; sed interioris hominis oculos speculatio lyncea fecit. Argumentum scilicet amoenius, quo illos verberibus adigamus, qui plenis censibus miserrimo torpescunt otio, quibus abuti honestius putarem, quam illos cernere sub ignava desidia obdormire. Hic natus est Florentiae, patre Iacobo Pictore, vitae simplicissimae, rectoque viro, & cui scelera displicerent. Postquam tamen infantiam luminibus orbatam excesserat, caecitatis miseriam intelligens, ut perpetuae noctis horrorem in aliquo levamine solaretur, caeli, ut puto benignitate, quae tantae infelicitati, compatiens, solatia praeparavit, decantare pueriliter caepit. Factus deinde maiusculus, quum melodiae dulcedinem intellexisset, arte, primo, vivis vocibus, deinde fidibus canere caepit, & organo; quumque in arte mire proficeret, omnium stupore Musicae artis instrumenta, quae numquam viderat, tractabat prompte, ac si oculis frueretur, manuque adeo velocissima, quae tamen mensurate tempora observaret, organa tangere caepit arte tanta, tantaque dulcedine, ut incomparabiliter organistas omnes, quorum memoria haberi posset, sine dubio superaret. Et quod referri sine commento fictionis fere non potest musicum instrumentum, Organum, tantis compositum fistulis, tantis interius contextum artificiis, tamque dissimilibus proportionatum servititis, exposiis tenuissimis cannulis, quae facile etiam concentu perminimo laeduntur, & exenteratis visceribus instrumenti, quorum stelis a locis dimovetur suis, per lineae spatium corrumpitur, & intromissum follibus spiritum, stridulis compellit vocibus dissonare, omnibus remotis, quae ad compagem eius, & ordinem pertinerent, temperatum, & consonantiis modulantium restituat in integrum, emendatis, quae dissonantiam obstrepebant. Et quod est amplius, lyra, limbuta, quintaria, ribeba (*sic est textus*) avena, tibiisque, & omni musicorum genere canit egregie; & quae reddunt sonitum continnitum per varias symphonias ore aemulans, humanoque commiscens concentui, tertium quemdam ex utroque commixtum sono, musicae spiritum adinvenit iucunditatis ingenuae. Insuper genus quoddam instrumenti ex limbuto, medioque canone compositum excogitavit, quod appellavit *Serenam*, instrumentum sane, quod reddat verberatis fidibus suavissimam melodiam. Referre quanta, & quam pulcra fuerit in arte molitus, supervacaneum puto, quum huiuscemodi virorum ephemeridas dicere, obnubilare soleat gratiam brevitatis. Scire tamen operae pretium est, neminem organo umquam excellentius cecinisse. Ex quo factum est, Musicorum consensu omnium, eidem artis palmam concedentium, ut Venetiis ab illustriss. & nobiliss. Cyprorum Rege, publice, ut Poëtis, & Caesaribus mos est, laurea donaretur. Praeter haec, ad laudis eius cumulum accedat, quod grammaticam atque dialecticam plene didicerit, artemque poëticam, metro, fictionibusque tractaverit, vulgaribusque rhythmis egregia multa dictaverit, in contumeliam, ut ita dixerim, Florentinae iuventutis effeminatae, quae muliebri studens ornamento, turpi mollicie, virili animo deposito, fatigatur.„ Quapropter organorum magisterio, prope dixerim divino, factum est, ut Franciscus Organistae titulum meritis quaesitum adeptus fuerit. Quantum vero tum dialecticae,

Digitized by Google

tae, tum poëseos latinae, & italicae studio excelluerit, intelligere est ex illo Carmine, quod adservatur in Codice Bibliothecae Riccardianae M. I. N. XXI. 4. Quod si magna fuit in arte musica eius gloria, non equidem minor credenda est illa, quam in poësi, praesertim latina, sibi comparavit. Eiusdem stylus, ut adnotavit eruditissimus Ioannes Lamius in Novellis Litterariis Florentinis Tom. IX. pag. 365. inferiorem haud locum obtinet inter alios suae aetatis poëtas, Coluccium scilicet Salutatum, Boccaccium, ac Petrarcham ipsum. Idem tulit iudicium celebris Hieronymus Tiraboschius in sua Italiae Litteraria Historia Tom. V. pag. 486. Illud certe animadvertendum est, Franciscum hunc Landinum de Prato Veteri, post renatas litteras primum fuisse, qui carminibus latinis Philosophicis pangendis manus admoverit. Et re quidem vera in Codice Riccardiano, ut ex illius Bibliothecae Catalogo innuitur, illius Carmen legitur ita inscriptum: *Incipiunt versus Francisci Organistae de Florentia, missi ad Dominum Antonium Plebanum de Vado, grammaticae, loycae, rhetoricae instructorem* (1), *& facti in laudem loychae Ocham*. Et licet sterile, putidumque hoc videretur argumentum, nihilo tamen minus versuum lenocinio facilius in lectorum animos se insinuat. Exemplum esto eius Carminis initium:

Vix bene dimidium bigis raptata tenebat
Nox obscura polum, longe amplius omnia toto
Sidera dum caelo geminatis ignibus ardent,
Quum (nam forte meos somnus tenuissimus artus
Strinxerat, & nondum completo exterrita somno
Mens vigil iners erat) thalamos intrare latentes
Admiranda mihi, longo & venerabilis aevo
Turba senum visa est.

His autem in carminibus somnium sibi fingit Franciscus, quo venerabilis Fratris Ocham sibi adparet *umbra*, annoso *Patrum* circumfusa *concilio*, quae de obtrectatoribus conquesta suis, & praecipue Monachorum suorum detestata invidiam, quemdam sine nomine ita insectatur:

At novus in nostras idiota novissimus artes &c.
. . . . . rudis hic idiota protervus,
Quam se scire suo toto desperat in aevo,
Acriter impugnat te te, dialectica &c.

Cuius quidem dialecticae laudes ab obtrectatore detritae, latissime prosequitur. Tum subiungit:

Hanc tamen (ecce nefas!) idiota rudissimus unus
Dilacerare audet &c.

Deinde:

Me quoque praecipue lingua sceleratus iniqua
Dilapidat, librosque meos &c.

Tandem obtrectatorem irridens suum, qui laudibus Ciceronis, vulgi oculos in se convertebat, inquit:

. . . . . Divina volumina namque
Adlegat, recitat non intellecta popello,
Nec sibi; percurrit tua cuncta volumina, Marce,
Teque suum appellat Ciceronem, & nomine crebro
Nunc hoc, nunc illud rugosa fronte volumen
Nominat, exterrent ignota vocabula vulgus,
Laudibus immensis Ciceronem ad sidera tollit.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. Saec. XVI. nitidissimus, sed parum correcte exaratus. Constat foliis scriptis 193.

FASCICVLVS CHARTARVM AD IND. MISSION. SPECTANT.

Cod. CXXVIII.

Collectio monumentorum ad Orientales Missiones, & praecipue ad ritus Cinenses spectantium, quae hoc ordine progrediuntur.

1. pag. 1. Apologia Patris Norberti Capuccini Lotharingii pro suis Missionibus

Digitized by Google

in Regno Malabarico contra Patres exstinctae Societatis Iesu,

II. pag. 5. *Copie d' une lettre ecrite au P. Timothée de la Fleche par le P. Michel Ange de Bourges Capucin, Superieur de l' Hospice de Madras. Dat. Madras le 28. Fevrier. 1706.*

III. pag. 14. Donatio Lazzari de Motta facta Missionariis Capuccinis gallis, & Ecclesiae S. Petri, in arce Pondichery commorantibus, die 1. Octobr. MDCLXXXIII. e lusitano idiomate in latinum conversa, cui subiiciuntur Documenta plura quaestionum, quae excitatae fuerunt inter dictos Capuccinos, & Loyolitas coram Patriarcha Antiocheno Carolo Thoma Maillard de Tournon, S. R. E. Cardinale, & Visitatore generali, cum facultate Legati a latere ad Indias Orientales, & Sinas, & eiusdem Decreta ea de re promulgata.

IV. pag. 21. Eiusdem Domini Patriarchae Decreta varia, lata post visitationem Ecclesiae Pondichery XVI. Iunii MDCCIV.

V. pag. 48. *Breve Relazione delle cose più rilevanti seguite nella Cina, e nella Regia stessa di Pekino, dopo la partenza da quella Corte del Legato Apostolico Monsig. Patriarca Mezzabarba in sequela del Diario del Padre Viani.*

VI. pag. 69. *Memoriale del P. Mamiani al Papa.*

VII. pag. ead. Declaratio Reverendiss. P. Michaëlis Angeli Tamburini, Praepositi Generalis Societatis Iesu, super postulato unanimiter sibi facto a RR. PP. Assistentibus Nationum, & Procuratoribus Provinciarum eiusdem Societatis, Romae congregatis, mense Novembris MDCCXI. SS. D. N. D. Clementi XI. Pont. Max. humiliter oblata.

VIII. pag. 72. *Lettera di Monsig. Vescovo de S. Thomè, o Maliapur, Don Francesco Lainez de' 21. Febbraio 1711. al P. Spirito de Tours &c.*

IX. pag. 73. b. *Pastorale del Vescovo di Mailapur sopra i Riti &c. a 22. Febbraio 1711. e autenticata da Mons. le Berton 15. Marzo &c.*

X. pag. 94. *Intimazione degli Ordini di Roma fatta da Monsig. Visdelou alli Padri della Compagnia in mancanza del Vescovo di S. Thomè sopra la pubblicazione del Decreto proibente i Riti Malabarici, tirata dalla copia originale.*

XI. pag. 95. *Protestazione de' Padri Gesuiti di Pondichery contro l' intimazione a Monsig. Visdelou.*

XII. pag. 97. Anonymi Orae Malabaricae descriptio Libris II. Primus ab an. MDC. ad an. MDCC. inc. *Quum ora Malabarica insigne fuerit referendarum theatrum contentionum &c.* Secundus ab anno MDCC. ad an. MDCCIII. des. *Pagoda haec in loco acceptissimo sita est, unde Patribus quoque Societatis omnino accepta, terrenum illud ambiere solliciti.... Haec narratio videtur imperfecta, spatio vacuo octo paginarum ad eam supplendam relicto.*

XIII. pag. 173. Narratio satis prolixa, sine nomine auctoris, de Missionibus Indiae Orientalis, quae repetuntur ab an. MDXXXIII. gubernante illas regiones pro Portugalliae Rege Hunno de Acugna.

XIV. pag. 175. Sequuntur anonymi Epistolae plures datae in civitate Macai, annis MDCCVIII. & MDCCIX. de Ritibus Sinensibus, deque quorumdam perversorum hominum malis artibus in iis propugnandis, ad Cardinalem Paulucium Secretarium Status, ad Abbatem Fatinellium, ad Card. Sacripantem, sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefectum, inter quas adferuntur pag. 260. *Calumniae contra Eminentiss. Cardinalem de Tournon cum commissione Gubernatoris Cantonensis, seu Ci-fu, pro illis examinandis.*

XV. pag. 225. Adnectuntur plura anecdota satis curiosa ad easdem Missiones, & praecipue ad Cardinalem Tournonium supramemoratum pertinentia contra ritus Malabaricos.

XVI. pag. 243. *Lettre aux RR. PP. & Venerables Freres dans le Seigneur les RR. PP. Provinciaux, & Religieux de notre Ordre des Min. Capucins fr. Bonaventure de Ferrare Ministre general. Rome le 26. May 1739.*

XVII. pag. 245. Sequuntur narrationes duae, quarum prima est de ultima aegritudine Cardinalis de Tournon, altera de eius funere, & cadaveris recognitione. Prima ita habet: *In Civitate Macai hodierno die sancto Dominico Pentecostes, octavo mensis Iunii, anni Domini millesimi septingentesimi decimi, indictione tertia, Pontificatus autem sanctissimi Domini nostri D. Clementis divina providentia Papae XI. anno eius decimo, cunctis pateat, & evidenter notum sit, qualiter Eminentissimus & Reverendiss. Dominus D. Carolus Thomas S. R. E. Presbyter Cardinalis Maillard de Tournon, Commissarius, & Visitator Generalis Apostolicus, in hoc Sinarum Imperio, aliisque Indiarum Orientalium Regnis, cum potestate Legati de latere, a tribus mensibus, & praesertim usque de die vigesima quinta Aprilis circiter, graviter aegrotavit, viribus brachiorum, & fere totius corporis destitutus, demum a quinta circiter die currentis mensis adeo fuit gravitate morbi correptus, ut pluries in die vertiginibus laboraverit; hodie vero praesenti die octavo mensis Iunii supradicto, hora circiter quarta matutina, iuxta horologium astronomicum, surrexit e lecto, & praemissa Confessione Sacramentali, positus super solita sede magna, audivit Missam per me celebratam, fuitque Sacro Viatico refectus, atque adstantibus deinde infrascriptis Reverendis Dominis Missionariis Apostolicis, gravi apoplexia fuit adeo, hora octava itidem matutina, eiusdem diei correptus, ut opus fuerit Extrema Vnctione illum communire, & paullo post animam*

Deo

Digitized by Google

Deo reddidit, quum esset aetatis annorum quadraginta unius cum dimidio, factisque diligentiis, exspirasse, & mortuus fuisse repertus fuit; utque de supradicti Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinalis Maillard de Tournon obitu, hodierno die, praeviis iuxta morem S. R. E. precibus sequuto, certe constet, ego infrascriptus Notarius a praedictis Dominis rogatus, ut Dominum Eminentissimum D. Cardinalem vocarem, & ter illum alta voce, proprioque nomine vocatum, mortuum esse adinveni; prout unusquisque, ac omnes adstantes, illum exspirasse, & mortuum esse viderunt, & experti fuerunt. Vt autem de praemissis certo appareat,

Ego Notarius infrascriptus praesens publicum instrumentum rogatus scripsi, & meo signo munivi &c. pro quibus &c. Actum Macai die, & anno praedictis, & praesentibus infrascriptis.

Ego Ioseph Cerru Missionarius Apostolicus fui praesens ut supra.

Ego Dominicus Peroni Missionarius Apostolicus praesens fui.

Sabinus Marianus fui praesens.

Ianuarius Amedei Missionarius Apostolicus praesens fui.

Frater Ioseph Franciscus de Langasco fui praesens ut supra.

Ego Frater Thomas a Diva Ioseph fui praesens &c.

Ego Frater Petrus de Amarat fui praesens &c.

Ego Ioannes Franciscus Martin de la Balvere, Sacerdos, Missionarius Apostolicus fui praesens &c.

Ego Theodericus Pedrinus Missionarius Apostolicus praesens fui morti supradicti Eminentissimi Domini, & huic eius mortis publico instrumento.

Ego Frater Ioannes Baptista ab Niceto Missionarius ex Ordine Fratrum Minorum de Observantia fui praesens ad omnia suprascripta.

Ego Marcellus Angelita, non tantum adfui, sed & testor super mea brachia exspirasse praedicta die & hora.

Ego Ioseph Ignatius Cordeiro vidi mortuum, & fui praesens, quando confectum fuit hoc instrumentum.

Ego Dominicus Antonius Marchini fui praesens ad omnia supradicta, ac testor.

In quorum hanc praesentem copiam extraxi, & mea subscriptione, ac signo munivi.

Ego Andreas Candela publicus Apostolica auctoritate Notarius, & Missionarius Apostolicus.

Alteram, quae eiusdem Cardinalis funebres caeremonias refert, omittimus, relatis tantum nominibus eorum, qui cadaveris recognitioni interfuerunt, ita expressis: *Praesentibus, praeter admodum Reverendum Fratrem Petrum de Amarat, Vicarium Conventus Ordinis sancti Dominici huius Civitatis, & Reverendum Patrem Thomam a S. Ioseph Ordinis sancti Francisci, sequentibus Missionariis Apostolicis, videlicet, Reverendissimo Domino Sabino Mariano Protonotario Apostolico, ac admodum Reverendis Domino Ioanne Francisco de la Balvere, ex Seminario Parisiensi, & Patribus Ioanne Baptista ab Niceto, & Ioseph de Langasco, Ordinis S. Francisci, necnon Illustriss. Domino Theodorico Pedrini ex Congregatione Missionis, & admodum Reverendis Patre Iosepho Cerru ex Clericis Regularibus Minoribus, Patre Dominico Perroni ex Congregatione Matris Dei, Domino Matthaeo Ripa, & Ianuario Amedei, item Domino Marcello Angelita Secretario dicti Eminentissimi Domini, & Domino Dominico Antonio Marchini Aromatario, aliisque domesticis. Dicta autem arca remansit per modum depositi in iisdem aedibus solitae habitationis Eminentissimi Domini. Pro quibus &c. praesens publicum instrumentum confeci rogatus. Actum in aedibus praedictis, die, & anno quibus supra. In quorum &c.*

Hanc praesentem copiam extraxi, meaque subscriptione, ac signo munivi ego Andreas Candela publicus Apostolica auctoritate Notarius, & Missionarius Apostolicus.

XVIII. pag. 249. Accedit libellus supplex typis impressus Iesuitarum Generalis Francisci Retz ad Summum Pontificem Clementem XII. dat. XII. Aug. an. MDCCXXXIX, in quo reprobatur Opus, cui titulus: *Descrizione geografica, storica, cronologica, politica, e fisica dell' Impero della Cina, e della Tartaria Cinese.*

XIX. pag. 250. Subiunguntur alia anecdota satis curiosa ad quaestiones rituum Sinensium magis magisque illustrandas pertinentia.

XX. pag. 262. *Istruzione a Mess. Girolamo Vecchietti per la sua missione al Patriarca d'Alessandria.* Inc. *Poichè gli due Oratori del Patriarca d' Alessandria anno fatto quì avanti la Santità di nostro Signore, & in publico conspetto di tutta la Corte Romana a nome di detto Patriarca la Professione della fede Cattolica per l' unione della Chiesa Alessandrina a questa santa Apostolica, Romana, resta ora, che il Patriarca con scritture autentiche approvi, e confermi tutto quello, che anno fatto gli sopradetti Oratori, e per questo effetto sua Santità vi rimanda in quelle bande, sapendo, che con la medesima prudenza, e destrezza, che avete usata in condurre il negozio sino al termine, in che ora si trova, con quella istessa lo condurrete alla perfezione &c.* Des. *il resto si rimette alla prudenza vostra, ed alla cognizione, che avete delle persone, e paesi di là. E Dio Nostro Signore vi conduca, e riduca sano con felice spedizione del negozio.*

In Roma alli 20 di Giugno 1595.

Copia = Cintio Cardinale S. Giorgio.

Il loco del Sigillo.

XXI. pag. 263. *Istruzione a Mess. Girolamo Vecchietti in questa sua Missione al Patriarca d' Alessandria della nazione de' Cofti.* Inc. *Il negozio, per il quale Nostro Signore*

Digitized by Google

gnore vi manda al Patriarca d' Alessandria della Nazione de' Cofti fu principiato fin dal tempo di Papa Gregorio XIII. dal Signor Giovan Batista vostro fratello, e continuato al tempo di Sisto: ed è negozio semplicissimo, che à un capo solo, cioè quello della Religione, o per dir meglio, dell' unione di quella Cattedra d' Alessandria a quella di Roma; conciossiacosachè essendo la santa Chiesa Cattolica Apostolica una sola, la quale per tutto dee essere uniforme, senza avere in se divisione, o differenza alcuna essenziale, non può, nè dee sua Santità per l' ofizio che tiene di Padre e Pastore universale, tralasciar d' ammonire tutti quelli, che o per la lontananza del paese, o per altro accidente sono caduti in qualche errore, e perciò vengono ad essere disgiunti, come con gran dolor nostro vediamo essere occorso alla Chiesa Alessandrina &c. Des. *cercate spedirvi quanto prima, perchè sono questi negozi tali, e que' paesi sì fatti, che l' indugio non è buono, ed intanto per più vi è dato avviso di quanto segue, acciò si possa pigliar quelli espedienti, che converrà, ed andate tentando tutte quelle vie lecite, ed onorate, che vi possono condurre al fine desiderato; e nascendo difficoltà, cercate di rinvenirne le cagioni, ed essendo superabili in qualche maniera, pigliate i rimedi possibili a superarle, o se fossero insuperabili, o di lunga speranza, tornatevene in quà, portandone diligente informazione. E nostro Signore Dio vi conduca sano, e vi assista, acciò possiate fare il suo santo servizio.*

A di 17. di Marzo 1593. in Roma.

Cintio Aldobrandini.

Codex chartaceus MS. Latinus, Gallicus, & Italicus in fol. Saec. XVI. XVII. & XVIII. diversis manibus exaratus. Constat foliis scriptis 265.

ANONYMI DE VITANDO INTERDICTO &c.

Cod. CXXIX. I. pag. 1. *Trattagemma per schernire i pregiudizi del moderno Interdetto, e scansar l' occasione di altri Interdetti per l' avvenire.* Inc. *Grande è stata la providenza della natura allo humano servizio, render medicinale la carne della vipera in modo, che di questo animale, che ha il veleno per sangue, si ricavi il rimedio più efficace per sanare il veleno che uccide.* Des. *e così vorrebbero, che i secolari havessero orecchie per udire i loro comandi, ma non occhi per vedere i loro costumi.*

II. pag. 28. *Manifesto del Principe di Monaco con lettera scritta al Pontefice, supplicandolo dell' assoluzione.* Inc. *Honorato secondo per gratia di Dio Prencipe di Monaco &c. Havendo noi tolto da questa nostra Fortezza di Monaco il presidio de' Spagnuoli, cognosciamo esser ragionevole sottoponere al dispassionato giudicio del mondo la cognitione della giustitia, e della precisa necessità di tal risoluzione.* Des. *che ben siamo sicuri, che alcuno dispassionato non restarà ambiguo sotto l' approvatione di sì glorioso Monarca, unica e somma gloria del nostro secolo. Dato in Monaco li 18. Novembre* 1641. Inde subiunguntur haec:

I. pag. 45. *Copia di lettera scritta dal Prencipe di Monaco al Conte di Siruela Governator di Milano in occasion di rimandarli la Collana dell' Ordine del Tosone d' oro. Data 18. Novembre* 1641.

II. pag. 46. b. *Copia di lettera scritta dal Prencipe di Monaco a nostro Signore, supplicandolo dell' assolutione. Data Monaco a dì 20. Novembre* 1641.

Cod. chartac. MS. Italicus in fol. Saec. XVII. Constat foliis scriptis 50.

IACOBI GHERARDI VOLATER. DIARIVM.

Cod. CXXX. IAcobi Gherardi Volaterrani Secretarii Apostolici Diariorum, sive rerum gestarum Commentariorum Libri VI. (1) ab obitu Cardinalis Papiensis, usque ad finem Pontificatus Sixti IV. Papae, & quidem hoc ordine. Pag. 3. *Liber primus. Anno salutis* MCCCCLXXIX. *Pontificatus Sixti Papae IV. anno nono.* Pag. 17. *Secundus Liber, & annus decimus Pontificatus Sixti Papae IV.* MCCCCLXXX. *& primum mors Antonii Bassi Nepotis Papae.* Pag. 71. *Liber tertius. Anno salutis* MCCCCLXXXI. *Pontificatus Sixti Papae IV. anno* XI. Pag. 99. *Liber quartus. Annus salutis* MCCCCLXXXII. *& primum Missa Circumcisionis, Papa praesente.* Pag. 139. *Liber quintus. Annus salutis* MCCCCLXXXIII. *& primum Circumcisionis Missa, Papa absente.* Pag. 159. *Liber sextus. Annus salutis* MCCCCLXXXIV. *& primum Vesperae, & Missa Circumcisionis, Domino Papa presente.*

Praecedit Iacobi Amanati Lucensis, Episcopi, Cardinalis Tusculani, *Papiensis* vulgo vocati, brevis Vita (2). Inc. *Cardinalis Papiensis, cuius non tam vitam, quam vitae illius cursum describimus, Iacobi nomen, patris nomen, adeptus, Lucae, clara Etruriae Civitate Ammannatorum familia non ignobili, in oppido Pisciae, Lucensis Dioeceseos, honestis parentibus genitus, prima litterarum rudimenta puer in oppido ipso didicit.* Des. *ita eiusdem scripta tam pluribus, gravibus, & eruditis viris nota, in dies celebriora erunt, nec ullo umquam tempore interibunt.* Haec Vita legitur in fronte Libri, cui titulus: *Epistolae, & Commentarii Iacobi Piccolomini Cardinalis Papiensis. Impressum Medio-*

(1) In editione Muratoriana haec Commentaria in duos dividuntur Libros, & undique lacunis scatent.

(2) Eius vitam postero tempore litteris consignavit P. Sebastianus de Paulis Lucensis, cum titulo: *Disquisizione istorica della patria, e compendio della vita di Giacomo Ammannati Piccolomini. Lucca per Pellegrin Frediani* MDCCXII. 4.

Digitized by Google

diolani apud Alexandrum Minutianum. Anno Domini MDVI. *die* XXVIII. *Martii fol.* Tum sequuntur Commentaria ipsa in Capita divisa, quorum primum inscriptum: *Anno salutis* MCCCCLXXIX. *Pontificatus Sixti Papae IV. anno nono*, inc. *Enarratis breviter, quae existimavi pertinere ad notitiam vitae, & obitus Cardinalis Papiensis* (1), *addam deinceps, quae per singulos fere dies acciderint, aliqua memoria digna, non tam ut alii ea lecturi sint, quam ut mihi ipsi satisfaciam, qui ne otio langueam, id mihi laboris assumpsi, solitus in eiusdem Cardinalis famulatu scribendo, & legendo aliquid semper operari, quum certo scirem magis mihi otium, quam laborem scribendi obfuturum.* Caput ultimum inscriptum: *Sixti IV. obitus*, des. *septem vero mediis diebus unus semper e Cardinalibus rem divinam egit, postquam pro more circa thalamum responsoria sunt cantata, thure, & aqua conspersa.* Pro specimine huius Diarii excerpta duo damus. Primum ex pagina 117. b. quod est sequens (in editione infra citanda pag. 171.) *Platinae Anniversarium solemne. Platinae Anniversarium celebratum est die Iovis* XVIII. *praedicti mensis* (Aprilis) *in Basilica S. Mariae Maioris, ex ordine Demetrii Lucensis, Platinae ipsius alumni, a quo plerique viri eruditi vocati, illuc lubentissime convenere, inter quos Praesules fuere nonnulli, tam Platinae studiosi, quam Demetrio obsequi cupientes. Sacris operatus fuit eruditissimus Pater Vintimiliensis Episcopus ex Augustinensium Ordine, quibus peractis, & finita caeremonia, quae ad tumulum defuncti agi consuevit, vaporato thure, & aqua benedicta conspersa, ac nigra veste deposita, Pompeius Romanus, Princeps Sodalitatis Litterariae, vir doctissimus, pulpitum adscendit Basilicae, atque Orationem habuit funebrem in laudem, & commendationem defuncti. Orationem elegantius scriptam edidit, quam recitavit. Post eum ex eodem pulpito oravit Astraeus Perusinus Poëta, versu elego, actione plurimum commendata; Carmen quoque elegantissimum habitum est. Id dumtaxat non probatum intelligo, quod in sanctissima Aede, beatissimae Virgini Matri Domini nostri dicata, saecularis homo, qui neque habitum, neque signum Religionis aliquod haberet, repente, post divinum ministerium, versiculos decantare praesumpserit, quamvis elegantes, ut dixi, tamen a nostra Catholica professione alienos, & loco illo sacratissimo valde indignos. Pomponii Oratio religiosa fuit, & gravitate sententiarum referta, tanto magis commendata, quanto soluta oratio versu gravior existimatur. Ventum est deinde in convivium, quod idem Demetrius mirifice, & opipare praeparaverat illis omnibus, qui vocati, sacris interfuerant. Id autem paratum fuit in Exquiliis, iisdem in aedibus, quas Platina a fundamentis exstruxerat. Eas nunc possidet amplissimus Pater Hieronymus, sancti Chrysogoni Cardinalis Recanatensis, Pontificis nepos, ab heredibus Platinae ab eodem emptas. Inter epulas, versus quamplurimi ab eruditis convivis recitati fuere; quisquis pro ingenio suo aliquid in medium attulit, quod ad laudem Platinae pertineret. Eos omnes in volumen redegit Demetrius; & quem viventem coluerat, mortuum quoque hoc pietatis officio prosequebatur. Librum si quis leget, auctores Carminum noscet, & nostrae huius aetatis ingenia commendatione, & laude digna existimabit.* Alterum pag. 145. (edit. 185.) ita habet: *Litteratorum sodalium Anniversarium. In Exquiliis, prope Pomponii* (Laeti) *domum die Dominico, qui sequutus est, a Sodalitate Litteraria celebratum est Romanae Vrbis natale. Sacra solemniter acta, Demetrio Lucensi Bibliothecae Pontificiae Praefecto operante; Paullus Marsus Orationem habuit. Pransum est apud Salvatoris Sacellum, ubi Sodalitas litteratis viris, & studiosis elegans convivium paraverat; sex Antistites convivio interfuere, & eruditi, ac nobiles adolescentes quamplures. Recitatum est ad mensam Federici III. Privilegium Sodalitati concessum, & a diversis iuvenibus eruditis versus quamplures etiam memoriter recitati. Actum est de laurea danda Fausto Foroliviensi, quae non tam ei negata est, quam in aliud tempus dilata. Caeremoniae in privato Senatu diei ultimi Aprilis confirmatae fuere litteris Apostolicis sub plumbeo signo, quae paullo ante decretae fuerant in Concilio Cremonensi. Diplomata a Patribus subscripta propriis manibus, referuntur. Veneti tamen Cardinales, sanctae Mariae in Portico, & sancti Angeli aegre impetraverunt ad subscriptionem non cogi; adducta in exemplum Pii tempora, quibus in decreto contra Andegavenses bello, Cardinales Rothomagensis, & Avenionensis, ad subscribendum non sunt coacti.*

Cl. Ludovicus Antonius Muratorius ex manuscripto Codice Bibliothecae Estensis in lucem primum dedit hoc Diarium, in quo, quae Romae palam gesta sunt sub Sixto IV. ac praesertim publica Curiae Pontificiae Acta, eleganti stylo referuntur. Auctorem habet Iacobum Volaterranum, quem & inter historicos latinos recensuit Gerardus Vossius Lib. III. Cap. VII. pag. 594. de Historicis Lat. Verum hunc egregium virum vix de nomine Vossius novit, & quaecumque de eo refert, indigent emendatione, uti iam animadvertit cl. Apostolus Zenus in Additamentis ad Vossium, Venetiis recusis cum titulo: *Dissertazioni Vossiane &c. In Venezia per Gio. Batista Albrizzi* MDCCLII. 4. *Tom. III. pag.* 353. *seqq. Iacobus*, sunt verba Vossii, *cognomine quidem Ticinensis, verum*

(1) Haec verba, quae sunt prima huius Diarii in nostro Codice, incidunt in editionis pag. 99. quum prius per tres ferme paginas nonnulla enarrentur, quae annis MCCCCLXXII. & MCCCCLXXIII. contigerunt.

Digitized by Google

rum patria Volaterranus, obscuro loco natus erat, sed virtutis ergo, a Papa Pio in Cardinalium Ordinem adlectus fuit. Hic praeter Epistolarum Libros, etiam suorum temporum Commentarios edidit. Confundit heic Vossius duos diversos viros, nempe Iacobum Volaterranum, huius Diarii auctorem, & Iacobum de Ammannatis, Lucensem patria, virum celeberrimum, S. R. E. Cardinalem, & Episcopum Papiensem, cuius revera Epistolas, & Commentarios rerum sui temporis elegantissime scriptos habemus, & qui anno MCCCCLXXIX. vitam cum morte commutavit. Illud certum est, quod Iacobus noster eidem Cardinali Papiensi a secretis, atque inter paucos charus, ac familiaris fuit, ipsiusque Volaterrani cura, cum Epistolae, tum Commentarii Cardinalis Papiensis ad nos pervenerunt. Immo ipsius Cardinalis Vita brevis, quam supra innuimus, a Iacobo nostro conscripta est. Sublato e vivis Papiensi, ipse in Curia Romana substitit, ubi a Sixto IV. Pont. Max. VI. Kal. Decembris in Palatinam Aulam adscitus fuit. *Cooptatus sum*, ita ille scripsit, *in ordinem Secretariorum Pontificis, & Apostolicae Sedis de numero senario Participantium.* Atque ea occasione post enarratos collegas suos, haec alia de se habet: *Sextus ego reliquus sum, qui operor his scribendis, Iacobus Volaterranus, Nicolai filius, & Ecclesiae Volaterranae Archidiaconus.* Fuit autem non ex familia Maphaea, ut nonnulli perperam adfirmarunt, sed ex Gherarda, ut luce clarius ostendit Apostolus Zenus, & Muratorius, qui consulendi. Tandem, quum etiam sub Leone decimo in expediendis negotiis dexteritas sua probata esset, ab ipso Aquinatum Pontifex est renunciatus, ac tandem Romae decessit, dum eum nonagesimus annus gravaret, mense Septembri MDXVI. Quod vero ad ipsum Diarium, quod cl. Muratorius Tomo XXIII. Rerum Italicarum Scriptorum inseruit, attinet, sciendum est, incitatum fuisse Iacobum ad illud litteris consignandum a Cardinali Papiensi hero suo. Eiusdem Cardinalis Epistola DCXXV. inscripta est *Papiensi Volaterrano*, sed inscribenda est *Papiensis Volaterrano Secretario suo.* Ibi Cardinalis, post commendatas *Adnotationes diurnas anni superioris* a Iacobo factas, ita scribere pergit: *Moneo ergo, ut perseveres, ne gravet te labor. Vrbana quoque, quum erimus Romae, etiam adnotare poteris, sed publica tantum. Nos vero Senatoria nonnulla, quod aliquando fecimus &c.* Haec scripta a Papiensi anno MCCCCLXXV. Itaque vides iam tum Iacobum caepisse quaedam suorum temporum codicillis commendare. Illius autem Commentarios ab an. MCCCCLXXIX. ad MCCCCLXXXIV. deductos censuit cl. Zenus, titulum Codicis Vaticani, ex quo noster profluxit, sequutus. Et sane in Codice quoque Estensi ab anno MCCCCLXXIX. exordium quoddam sumi videtur istius Diarii. Verum ex ipso quoque Codice habemus, nonnulla caepta scribi anno MCCCCLXXII. & per subsequentes annos continuata, quae tamen fragmenta potius dicenda sunt, quam perennis historia. Plura alia litteris mandasse Iacobum constat ex litteris editis Cardinalis Papiensis; & fortasse ad plures annos hos Commentarios perduxit, sed reliqua prorsus excidisse videntur.

Codex chartaceus MS. Latinus in folio, Saec. XVI. ex archetypo in Bibliotheca Vaticana adservato, mendosissime exscriptus. Constat foliis scriptis 168.

MONVMENTA AD HISTORIAM ORDINVM EQVESTRIVM CONSCRIBENDAM.

Cod. CXXXI.

PRomptuarium uberrimum omnis generis monumentorum ad universalem Equestrium Ordinum Historiam contexendam, Diplomata, Chartas, Inscriptiones, Stemmata, Numismata, Insignia &c. complectens, in quatuor Volumina in folio distributum; Opus summo studio, ut videtur, ab Ioanne Iacobo Chifletio, viro clarissimo, collectum. Inseruntur in tertio Volumine italice, & latine Statuta Ordinis Stephaniani a Cosmo I. Magno Etruriae Duce instituti. Volumini quarto praemittitur sequens titulus: *De Equestri Dignitate Libri III. auctore Ioanne Iac. Chiffletio, Equite, Philippi IV. Regis Catholici, & Sereniss. Hispaniarum Infantis Isabellae Clarae Eugeniae Medico a cubiculis Ordinario.*

Hic Ioannes Iac. Chifletius, Vir Patricius, & Consularis, Archiater Vesontinus, Civis Romanus, Ioannis itidem Archiatri filius, in patria Gubernatoris quoque munere diu functus, Isabellae tandem Clarae Eugeniae a consiliis Medicis fuit. Ortus est die XXI. Ian. MDLXXXVIII. Obiit an. MDCLX. In lucem emisit multa ingenii sui monumenta, quae accuratissime recensentur a Niceronio *Memoires pour servir à l'Histoire des hommes illustres dans la Republique des lettres. Paris chez Briasson* MDCCXXXIV. 8. Tom. XXV. pag. 255. seqq. Edidit prae reliquis *Insignia gentilitia Equitum Ordinis Velleris Aurei, Fecialium verbis enunciata. Le Blason des Armoiries des Chevaliers de l'Ordre de la Toison d'Or, depuis la premiere institution jusqu'à present, en latin, & en françois. Anvers* MDCXXXII. 4. *Stemma Austriacum, millenis ab hinc annis. Hieronymus Vignier, Congr. Oratorii Presbyter, priores novem gradus elucubravit. Ioannes Iacobus Chiffletius asseruit, atque illustravit. Antuerpiae* MDCL. *fol.* (1).

Ad hoc Opus fortasse respicit Arbor Genealogica familiae Austriacae, quam supra sub num. CXXIV. recensuimus.

Horum autem quatuor Voluminum, quae sunt

(1) De eo consulendus est etiam Swertius in Athenis Belgicis.

Digitized by Google

sunt chartacea, & in idiomate conscripta partim italico, partim gallico, partim latino, primum constat foliis 343. secundum 255. tertium 202. & quartum 181.

VIGLII ZVICHEMI MEMORABILIA AD ORDINEM VELLERIS AVREI SPECTANTIA.

Cod. CXXXII. I. pag. 1. *CErtains Memoires dressez par Messire Viglius de Zuichem*(1) *Prevost de saint Bavon à Gand, & Chancelier de l'Ordre de la Thoison d'Or*(2) *sur tout ce qui seroit à prevoir pour un Chapitre General, sur lettres a luy escrites par le Roy Philippe II. en l'an* 1573. *par les quelles il donnoit à entendre vouloir assembler un tel Chapitre.* Praecedit Epistola Dedicatoria dicti Equitis Viglii ad Regem Philippum, quae inc. *Sire. M' estant tousiours employe avec toute humilite au mieulx que m' a este possible en tout ce que durant le service, que j'ay rendu a Votre Majeste &c.*

II. pag. 116. b. *Les ceremonies du dit Ordre reglees au Chapitre tenu à Vtrecht l'an* 1545. *soubs l'Empereur Charles V. Chef & Souverain d'iceluy.* Constat autem Capitibus LXVIII. quorum primum inscribitur: *Comment, quand, & par qui se doibt convocquer le Chapitre de l'Ordre.* Vltimum: *La Messe de Requiem.*

III. pag. 163. *Statuts du dit Ordre ordonnez par Philippe le Bon Duc de Bourgogne fondateur d'iceluy.* Constant autem haec Statuta Capitibus LXVI. in quorum calce legitur: *Donne en notre Ville de Lille le* XXVII. *jour de Novembre, l'an de grace mil quatrecent trente ung.*

Tum sequitur pag. 206. tabula exhibens Summaria dictorum Statutorum.

IV. pag. 213. *Additions, & changemens arrivez aux dits Statuts.* Harum vero Additionum Capita sunt XXI. quorum subsequuntur Summaria.

V. pag. 237. *Statuts, & Ordonnances concernans les quatre Officiers du dit Ordre, à savoir Chancelier, Tresorier, Greffier, & Roy d'armes.* Et haec Capita continent XXVIII.

VI. pag. 247. *Advis donné par Messire Olivier de la Marche pour celebrer la feste & solemnité de l'Orde.*

In fine Codicis lingua item gallica habetur Epitaphium Ducis Philippi fundatoris dicti Ordinis.

Codex chartaceus MS. Gallicus in 4. Saec. XVI. Constat foliis scriptis 282. ex utraque parte numeratis.

Biblioth. Leopold. T. III.

(1) Viglius Zuichemus, Iurisconsultus in Belgio celebris, Carolo V. a Consiliis, Alciati auditor fuit, deinde Canonicus, Praepositusque Ecclesiae Gandavensis, atque Cancellarius, demum aurei Velleris Eques creatus. Obiit an. Chr. MDLXXVII. aetatis LXX. Vid. Guidum Panzirolum de Cl. Legum Interpr. Lib. II. Cap. CLXXIV. Plura de eo invenies in Biblioth. Belgica, cura & studio Io. Francisci Foppens, Bruxellis per Petrum Foppens MDCCXXXIX. 4. Tom. I. pag. 1152. seqq.

ORDO EQVITVM LVNAE CRESCENTIS.

Cod. CXXXIII. *L'Ordre des Chevaliers du Croissant, Patron Saint Maurice* 1448. (3) Inc. *Au nom du Pere, et du Filz, & du Saint Esprit, ung Dieu en trois personnes, seul & omnipotent, avec l'ayde de Dieu, la tresbenoiste & glorieuse mere, la Vierge Marie aujourdhuy unziesme jour du mois d' Aoust, l' an* MCCCCXLVIII. *tenant en sa sainte Eglise le Siege Apostolicque Nicolas Pape V. a este commencé & mis sus un ordre pour perpetuellement & a jamais durer, au plaisire de Dieu, par chevalier, & eschuyere qui seront, & pourront estre insignée au nombre de cinquante. Le quel Ordre sera appellé, & nommé l'ordre du Croissant, pour ce que les dits Chevaliers & Eschuyers, porteront de soubs le bras dextre un croissant d' armes camaillé, sur le quel sera escrit en lettres bleues LOS EN CROISSANT; du quel Ordre est prins pour chef, patron, conducteur, & deffenseur, Monseigneur Saint Maurice, Chevalier, & tres glorieux Martir, & de la quelle fraternelle union & compagnie des susdits, les poincts & la reigle a garder, & observer sensuivent icy apres par articles. S' en suivent les Articles. Premierement nul ne pourra estre receu, ne porter le dit Ordre, sinon qu' il soit Duc, Prince, Marquis, Comte, Vicomte, ou issu d' ancienne Chevalierie & Gentilhommie de ses quatre lignees, & que sa personne soit sans vilain cas de reproche, etc.* Des. *Messire Gerard de Ligniville Gouverneur du Duc de Lorraine fut creé le* XXIX. *en dit Ordre le* XXIII. *iour du mois d' Octobre l'an que dessus* (MCCCCLII.) *Fin de l'Ordre des Chevalieres & Escuyeres du Croissant.*

Codex chartaceus MS. Gallicus in folio Saec. XV. Constat foliis scriptis 15.

STATVTA ORDINIS VELLERIS AVREI.

Cod CXXXIV I. pag. 1. *C*Onstitutiones Ordinis Velleris Aurei e gallico in latinum conversae. Praecedit exactissima tabula argumentorum, de quibus agitur in unoquoque Capite huius Statutorum Collectionis. Sunt autem Capita LXVI. Sequitur deinde Diploma Ducis Philippi Institutoris, cuius initium: *Philippus Dei gratia Dux Burgundiae = notum universis esse volumus, pro eximio affectu nostro, benevolentiaque singulari erga Equestrem Ordinem &c.*

(2) De origine huius Ordinis Aurei Velleris consule Iacobum Wilhelmum Imhofium in *Notitia Sacri Romani Germanici Imperii Procerum. Tubingae per Io. Georgium Cottam* MDCCXXXII. fol. pag. 25.

(3) De hoc Equestri Ordine a Renato Rege Siciliae cognomine *Bono*, Duce Andegavense etc. instituto, consule Morerium in Lexico Vniversali Historico, verbo *Croissant*.

Digitized by Google

Finis: *quemadmodum & per has ipsas litteras nostras instituimus, idque pro modo, ac ratione Constitutionum, atque Conditionum subsequentium*. Caput I. inscriptum: *Numerus Militum huius Ordinis, & quales esse eos oporteat*, inc. *Principio volumus, atque constituimus, ut Ordo hic constet triginta & uno viris Equestris dignitatis, qui nomine pariter, & familiae insignibus nobiles, & quidem citra omnem legitimam reprehensionem censeantur &c.* Caput LXVI. cui titulus: *De omnimoda Iurisdictione Ordinis huius in Milites*, des. *ut alibi iuri stent, adigi posse (nimirum propter liberam submissionem, & sponte, ut diximus, datum iusiurandum) edicimus, atque testamur*. Sequitur aliud Caput sine numero, in cuius fine legitur: *Datum Insulis Vrbe nostra die* XXVII. *mensis Novembris anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo*.

II. pag. 75. Addita, vel immutata in Constitutionibus Ordinis Velleris Aurei, partim a Philippo Bono, primo eiusdem Ordinis auctore, partim ab eius successoribus supremis pro temporum ratione, ac rerum varietate, & de fratrum Commilitonum consilio, atque sententia, praevio indice argumentorum cuiuscumque Capitis, quorum numerus est XXI. Caput I. cui titulus: *Nuntiata in comitiis morte alicuius ex Confratribus huius Ordinis, alium continuo eligendum*, inc. *Dux Philippus Bonus, huius Ordinis auctor, atque institutor, in iis comitiis, quae Hagae apud Hollandos habuit &c.* Caput XXI. inscriptum: *Quod vestes, mantella, & caputia per supremum Ordinis, ipsosque Equites & Magistratus gestari solita in Vesperis, & Missa pro defunctis, conficientur ex velluto nigro*, des. *Magistratus vero, suorum quisque curam habiturus, sicut de ornamentis ex cramoysino, aliisque alibi est constitutum*.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XVI. elegantissimo charactere exaratus, cum initialibus litteris singulorum Capitum auro inlitis, aliisque ornatibus calamo, miro prorsus artificio elaboratis, praevio stemmate gentilitio Institutoris, eodem opere depicto. Constat foliis scriptis 105. ex utraque parte numeratis, excepto indice Constitutionum.

STATVTA ORDINIS VELLERIS AVREI.

Cod. CXXXV. TItulus in fronte Codicis appositus sequens est: *Les Institutions, Ordonnances, Festes, & Chapitres de l'Ordre de la Thoyson d'Or*. Et paullo infra: *Phelippe Duc de Bourgogne instituteur de l'Ordre de la Thoyson d'Or*. Post tabulam eorum, quae in Volumine continentur, primis septem foliis comprehensam, occurrunt primo Statuta ipsius Ordinis, a Philippo praedicto institutore praescripta, & Articulis LXVI. digesta. Deinde succedunt pag. 27. alia Ordinamenta circa primarias quatuor Ordinis Dignitates, quae appellantur *Chancellier, Tresorier, Greffier, & Roy d'armes*, Articulis XXIX. contenta. Tandem pag. 35. descriptio Festorum, & Capitulorum Ordinis, quae variis in locis celebrata fuerunt ab anno MCCCCXXIX. usque ad annum MDLVIII. una cum stemmatibus gentilitiis, ac nominibus singulorum Principum virorum, qui huiusce Ordinis insignibus fuerunt decorati.

Codex chartaceus MS. Gallicus in folio min. Saec. XVI. Constat foliis script. 91.

SERIES EQVITVM VELLERIS AVREI.

Cod. CXXXVI. COntinet hic Codex descriptionem chronologicam Equitum Ordinis S. Andreae, vulgo dicti *del Toson d'Oro*, a prima ipsius institutione, quae incidit in annum MCCCCXXIX. diem X. Ianuarii usque ad annum MDXVIII. ubi singillatim recensentur nomina, & depicta exhibentur stemmata gentilitia eorum, qui in eum Ordinem cooptati fuerunt in XXIV. Capitulis infra praedicti temporis spatium celebratis.

Codex chartaceus MS. Italicus in folio min. Saec. XVI. Constat foliis scriptis 42.

CONSTITVTIONES ORDINIS VELLERIS AVREI.

Cod. CXXXVII. ALiud exemplar Constitutionum Ordinis Velleris Aurei, & Additionum, tam ab ipso institutore Philippo Bono, quam ab eius successoribus factarum, gallica lingua, ut in Codice CXXXV. In hoc autem succedunt Constitutionibus praedictis stemmata gentilitia singulorum Principum, qui insignibus dicti Ordinis decorati fuerunt, incipiendo a primo ipsius institutore, cuius imago vivis coloribus depicta exhibetur, & desinendo in Nicolao Comite de Hesterhasi, Palatino Regni Hungariae. Equites autem, ad quos pertinent praedicta stemmata gentilitia, sunt numero CCCLXXVIII.

Codex chartaceus MS. Gallicus in fol. Saec. XVII. Constat foliis scriptis 463.

STATVTA EQESTR. ORD. S. STEPHANI.

Cod. CXXXVIII. STatuta Equestris Ordinis S. Stephani a Cosma I. Magno Etruriae Duce instituti, in hispanicam linguam conversa ab Iuliano de Strada, & Sandobal, ita inscripta: *Estatutos, y Capitulos, y Constituziones dela Horden de los Caballeros de Sant Esteban, fundada, y dotada por Illustrissimo, y Sereniss. Sennor Cosme de Medizis, Duque segundo de Florentia, y de Sena, reformada por el Sereniss. Don Fernando de Medizis, terzero Gran-Duque de Toscana, y Gran Maestre dela dicha Horden, aprobados, y publicados, e nel*

Digitized by Google

e nel Capitolo General della dicha Horden, e nel anno de mil y quinientos y noventa annos, con las facultades, yndultos, y previlesios conzedidos de su Santidad del Papa Pio quarto, y del dicho fundada, con la tabla copiosisima de lo que contiene cada Capitulo, traduzido de lengua Toscana en Castellana por Iulian de Strada Sandobal, Caballero del'avito dela dicha Horden y su Rezividor en Espana, y dirizida al Sereniss. Sennor Don Fernando de Medizis, terzero Granduque de Toscana, y nuestro Gran Maestre y Sennor. Sequitur Epistola interpretis nuncupatoria ad Magnum Etruriae Ducem, cuius initium est: *Por desear quela Relijion de sant Esteban, de quel VS. Altezza Sereniss. es Gran Maestre sea acrezentada, y estimada en Espanna, como lo mereze, equerido traduzir el Libro delos Estatutos de la lengua Toscana en Castellana etc.*

Cod. chartac. MS. Hispanicus in 4. Saec. XVI. autographus. Constat fol. script. 141.

FR. BARPTOLEMAEI DE PISIS OPERVM TOMVS I.

Cod. CXXXIX. OPera venerabilis Fratris Barptolemaei de Rinonico de Pisis, Ordinis Fratrum Minorum, continentia Arborem declarantem per fructus vitam B. Virginis Mariae in duos Tomos distributa. Tomus primus, post titulum supra relatum, praefert sequentem admonitionem recentiore manu exaratam: *In Operibus venerabilis Fratris Barptolemaei de Rinonico de Pisis reperiuntur sequentia verba, videlicet, hoc in primo Tomo.*

Pagina tertia in medio circiter Prologi particularis, columna prima, et secunda „ Ego Frater Barptolemaeus de Rinonico de Pisis, sacrae Theologiae Magister indignus, Ordinis Minorum Professor, ut pro innumeris mihi beneficiis ab ipsa Dei Genitrice Maria impensis, gratus in aliquo apparerem, et me ad suam, eiusque Filii quondam gloriam deducat, Arborem, Vitam ipsius Virginis figuraliter exprimentem composui per ramos varios distinguendo. Verum, quia parum est figuras inspicere, nisi quae per talia importentur, quis agnoscere valeat, Opus istud breve edidi, ut de contentis in Arbore typice exaratis, intelligentia detur, & intentio demonstretur. Dicta omnia cunctis stupenda verbis, quantum quivi, brevibus explicando &c.

Pagina duodecima in medio quasi columnae primae „ Dicamus ergo assumpta parabola beatae Mariae, quam pulcra sunt tabernacula, o Virgo Maria, & virtutes, & gratiae, quibus Christus requievit in tabernaculo tuo. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus, & qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Scribitur num. 24. Possum ergo dicere Domino Iesu Christo: ad mandatum tuum, & iuxta verbum tuum proposui aenigma, idest Arborem praedictam de Vita tuae Matris, te ordinante, dictante, & revelante composui, & proposui parabolam ad domum Israël &c.

Eadem pagina duodecima, columna secunda in medio, quasi charateristicae rubrae„ Ego Magister Barptolemaeus de Pisis, de Rinonico de Pisis, huius Operis compositor, revoco, & habeo pro non dicto, correctioni Dominicae Ecclesiae submittendo me toto corde &c.

Praecedunt Operi varia Prolegomena, nimirum Prologi duo, generalis alter, alter particularis. Primus inc. *Quoniam ad oblectamentum legentium, profectum, & utilitatem, ac ad memoriae iuvamen est cuiuscumque Operis, in quacumque fuerit facultate editi, distinctio, sive per Libros, sive per Capitula; hinc est, quod Opus sequens, quod de Vita beatae Mariae, ipsa auxiliante, edidi, utique magnum, & prolixum, decrevi, ne taedium ingerat legentibus, per Libros distinguere. Et ut divisio Librorum sit hic tota, sicut est & Opus, ad Virginis laudem, & praeconium, determinavi ipsum Opus iuxta nominis beatae Mariae interpretationis distinctionem dividere, & separare. Maria enim, teste Hieronymo, in Libro interpretationis nominum hebraicorum, interpretatur Illuminata, Illuminatrix, Stella maris, Mare amorum, Illuminans, & Domina, iuxta sextuplicem huius beati nominis interpretationem, totum Opus sequens in sex Libros partitur &c.* Secundus Prologus inc. *Omnium rationabilium, & intellectualium spirituum appetitus, studium, sollicitudo, & cura, etsi ad summi boni plenitudinem obtinendam veluti imperfecti ad perfectum, effectus ad caussam, inquieti ad quietem, & quae sunt, finis ad finem, tendat, incitetur, & pergat &c.* Sequitur deinde pag. 3. b. Sermo continens Arborem declarantem per fructus suos Vitam Virginis Mariae sub brevi expositione ipsorum, cuius initium: *Ab arbore discite parabolam. Matth. XXIV. C. Pro succincta evidentia totius Operis sequentis de Vita, & laudibus Virginis gloriosae Mariae verbum exponendum occurrit praefatum, scilicet ab arbore discite parabolam &c.* Des. *ad ipsorum notitiam, ultra praedicta tractandam, vel tradendam accedo, confidens de gratia Iesu Christi, & suae Matris beatae Mariae.* Liber primus pag. 12. b. post verba *voluntas divina in esse immensa* rubrica conscripta, inc. *In virtute efficacissima, quae teste Doctorum egregio beato Augustino III. de Trinitate Cap. IV. & recitat Magister I. Dist. XLV. Cap. VI. prima & summa caussa est omnium specierum atque motionum &c.* Liber tertius des. *lumen ad videndum, via ad incedendum, veritas ad recte exsequendum, & vita ad perpetuo ipso fruendum, & cum eo gaudendum. Amen.* Tum sequuntur alii quatuor versus prorsus evanidi.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. maiori, Saec. XIV. binis columnis exaratus. Constat foliis scriptis 238.

Digitized by Google

EIVSDEM OPERVM TOMVS II.

Cod. CXL. SEcundus Tomus incipit a Libro quarto, cui pariter, ut in primo Tomo, praemittitur admonitio quaedam eiusdem recentioris manus, quae ita habet: *In Operibus Venerabilis Fr. Barptolemaei de Rinonico de Pisis reperiuntur sequentia verba, videlicet. Hoc in secundo Tomo. Pagina centesima sexagesima tertia, columna prima post principium „ Veritates praefatae a me Magistro Barptolemaeo de Rinonico de Pisis, de Ordine Fratrum Minorum in sacra Theologia Doctore sub compendio positae, & reseratae de beata, & gloriosa Dei Genitrice Maria, quia tali forma, & modo a nullo tradita reperiuntur Doctore, quibus fundentur dictis. Etsi in expositione dictorum fructuum sit dictum: quia nonnulli possent de hoc inquirere, in hoc penultimo huius Operis Capitulo breviter declarare curabo. Sed antequam ad id accedam, posset merito quaeri: Quum per me sint tot, & tanta de Virgine Maria dicta, scripta, & monstrata, cur &c.*

Pagina centesima septuagesima prima in medio quasi columnae primae „ Qua in re ego Frater Barptolemaeus de Pisis, sacrae Theologiae Magister indignus, qui superiora ad Virginis laudem, gloriam, & honorem descripsi &c.

Liber itaque quartus inc. *Iesu Redemptore nostro in templum praesentato a Matre, & a senibus, scilicet Simeone, & Anna devotissime collaudato, ac rite, quae secundum legem erant fienda, peractis, Lucas Evangelista testatur, ipsos in Galilaeam, in civitatem suam Nazaret reversos &c.* Liber sextus des. *multa alia dicta sanctorum possunt adduci ad ostendendam rationalem praefatorum fructuum ordinationem, & uniuscuiusque per se positionem, quae brevitatis caussa omitto, quia ad ostendendum iam dicta praefata sufficiunt, & sic in hoc huius Capituli sententia terminetur.* Tum repetitur Prologus ille, qui initio Operis primo loco erat praemissus, cuius initium iam retulimus. Claditur autem hisce versiculis:

Facto fine, pia laudetur Virgo Maria.
Vivat in caelis Bernardinus nomine felix.

Deinde sequitur Officium de Vita Virginis Mariae, itemque de septem eiusdem Gaudiis, in cuius calce legitur: *Explicit Opus de Vita beatae Mariae Virginis editum a Fratre Barptolemaeo de Rinonico de Pisis, sacrae Theologiae Magistro, de Ordine Fratrum Minorum, & completum* MCCCLXXXII. *die* IX. *mensis Maii.* Tandem occurrit Arbor fructuum de Vita eiusdem Virginis, cum sua explicatione, & tabula, ordine alphabetico disposita, rerum notabilium, quae in Opere pertractantur.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. maiori, Saec XIV. binis columnis exaratus, & cum figuris aliquantum rudibus ad ea, de quibus agitur, sub oculos ponenda adcommodatis. Constat fol. scriptis 198.

VITAE SANCTORVM.

Cod. CXLI. VItae, & Acta Sanctorum per totius anni circulum, incipiendo a Vita sancti Andreae Apostoli, & desinendo in Vita sancti Pelagii Papae, in duos Tomos distributa, una cum indice primo Volumini praemisso, & indicatione paginarum, in quibus unaquaeque ex narrationibus incidit. Praecedit etiam Introductio quaedam satis longa, in qua agitur de Ecclesiastica institutione dividendi Adventum in quatuor hebdomadas, ubi etiam de Antichristo sermo fit. In fine secundi Voluminis legitur haec subscriptio: *Sachent tout cil qui ceste legende liront, quele fu parescript le* XIV. *jour du mois d' Auoust, nuit de le Assomption le benoite Verge Marie l' an de grace* MCCCIC. *Et le scripsi Iehans liescohiers, demourans Arras, en le rue de labeye, entre l' Ospital S. Iuliien, & le rue du pre.* In ultimis foliis a manu recentiore descripta est Tabula Paschalis, incipiens ab anno MCCCCXXVI., & desinens in anno MCCCCIC.

Codices duo membranacei MSS. Gallici in fol. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exarati, cum titulis singularum Vitarum rubricatis, & initialibus litteris aureis, & coloratis, & sanctorum quorumdam imagunculis, auro, variisque coloribus depictis, passim exornati, necnon ornatu marginali in principio primi Voluminis; sub unica autem numeratione comprehenduntur, & constant foliis scriptis 330.

VITA SANCTI HIERONYMI &c.

Cod. CXLII. I. pag. 1. VIta S. Hieronymi scripta per Eusebium eius discipulum, & missa Damaso Portuensi Episcopo, praevia Epistola nuncupatoria, cuius initium: *Patri Reverendissimo Damaso Portuensi Episcopo, & Christianissimo Theodorio* (sic) *Romanorum Senatori Eusebius, olim Hieronymi sanctissimi discipulus, nunc vero eodem orbatus lumine, pium dolorem & suavissimum gaudium. Multifariam, multisque modis olim loquutus est Deus omnibus nobis per suum dilectissimum sanctum Hieronymum de Scripturis sanctis, in virtutibus, & prodigiis multis, quae per illum fecit ipse Dominus in medio nostri, sicut vos scitis, de quo etiam nos testes sumus, qui eum vidimus, & oculis nostris eius sanctitatem perspeximus &c.* Finis: *quapropter non modica relinquens difficilia, & ardua tanti viri, ineffabilis eius laudis plena est terra, cuius splendor est sicut lumen, & cornua sunt in manibus eius. Ad praesens sui exitus gloriosi aliqua brevissime cupio reserare.* Vita inc. *Deus enim omnipotens, cuius misericordia praeit ante faciem suam, qui & iustus est, & rectum iudicium*

Digitized by Google

dicium suum, reddens mercedem laborum sanctorum suorum, pastor bonus, & verus &c. Desinit in narratione miraculorum eiusdem sancti viri, & in verbis: *multa alia miracula brevitatis caussa sunt dimissa.*

II. pag. 51. Liber, qui intitulatur *Stella Clericorum*, extractus de Compendio Theologicae Veritatis. Inc. *Quasi stella matutina in medio nebulae, idest peccatorum. Proprietas huius stellae matutinae potest transferri ad quemlibet Doctorem fidei, idest Sacerdotem, & continetur in his versibus:*
Lucis splendorem fert secum, fert quoque rorem &c.
Des. *& si aliqui indigni sunt inter eos, tamen propter officium sacerdotale honorandi sunt, quia ipse Deus in ipsis honoratur, cuius commissarii, & ministri sunt. Finis. Amen.* Constat autem Capitibus XIX.

III. pag. 62. Sancti Anselmi Liber ad terrorem hominum, & de tremendo iudicio. Inc. *Redi, redi praevaricator homo ad cor, quia loquitur Deus omnipotens pacem eius, qui convertitur ad cor &c.* Des. *admitte ergo, desideratissime Iesu, admitte me inter numerum electorum tuorum, ut cum illis te laudem, te perfruar, & in te glorier inter omnes, qui diligunt nomen tuum, qui cum Patre altissimo, & Spiritu Sancto Domino vivis, & regnas Deus verus, & gloriosus in sempiternas aeternitates aeternorum saeculorum, & in aeternum, & ultra. Amen.* Exstat inter Opera S. Anselmi Cantuar. Arch. labore, & studio Gabrielis Gerberon, Venetiis apud Iosephum Coronam MDCCXLIV. fol. Tom. I. pag. 293. ubi initium differt a Codice.

IV. pag. 68. Lamentatio B. Mariae Virginis de Iesu Filio suo. Inc. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, ut possim flere per diem & noctem &c.* Des. *sicut possibile fuit Deum per assumptum hominem mori, ita possibile fuit Angelos beatos in morte Dei sui dolere.* Tum sequuntur narrationes de sepultura Corporis Domini nostri Iesu Christi, quarum finis est: *Tu sis benedicta in aeternum, & ultra cum Iesu Filio tuo, qui cum Deo Patre, & Sancto Flamine vivit, & regnat Deus benedictus per omnia saecula saeculorum. Amen.*

V. pag. 75. Orationes diversae de S. Michaële Archangelo, de S. Maria, & aliae recitandae ad singulas Horas Canonicas.

VI. pag. 77. Cantiones variae italicae in laudem beatae Virginis Mariae, & Domini nostri Iesu Christi.

VII. pag. 94. Orationes quaedam latinae valde devotae, quarum prima hunc titulum praefert: *Hanc Orationem composuit sanctus Ambrosius, quam devote dicebat, quando ibat ad celebrandum.* Vltima est, quae dicitur a Sacerdote post sumptionem Corporis Christi.

VIII. pag. 96. b. Alia Cantio italica, cui titulus: *Qualiter appetitus naturales corrumpunt mentem, nisi refraenentur, & faciunt animam devenire in servitutem septem vitiorum capitalium.*

Codex chartaceus MS. partim Latinus, partim Italicus in 8. maiori, Saec. XV. ineuntis. Constat foliis scriptis 98.

VITA SANCTI ANTONII ABB.

Cod. CXLIII.

re &c. Finis: attamen (si ad occupationes, quibus vix non opprimor, attendas) arduum sane laborem aggredior. In duas autem partes dividitur, in quarum prima enarrantur *Praeteritorum annorum impedimenta, quae in Sinarum Imperio libere praedicandae Christi Legi, & propagandae Romano-Catholicae Fidei adversabantur.* Caput primum inscriptum: *Difficultates mox sub Missionis Sinensis initia exortae, & quantopere eas attemperare adnixi sint Missionarii nostri ad ann. usque* MDCLXIV. inc. *Quum primum Evangelici praecones, Sinarum subintrare ausi Imperium, cum innumeris propemodum adversitatibus, continuo illis decertandum fuit.* Caput quartum des. *ita Christiana Religio ab impacta, & deinceps forte impingendis calumniis vindicata fuit, suis tamen, ut antea, permansit constricta terminis.* Partis secundae, in qua exponitur: *Facultas Legem Divinam libere praedicandi per universum Sinarum Imperium concessa, anno Domini* MDCXCII. Caput primum inscriptum: *Nonnullae dispositiones Divinae Legis libertatem praecedentes,* inc. *Paullo post ultimum Imperatoris decretum venerabilis senex P. Ferdinandus Verbiestus, plenus meritis e mortalium convictu, summo omnium Christianorum maerore demigravit, an. Dom.* MDCLXXXVIII. *&c.* Caput sextum, & ultimum des. *quod tandem aliquando futurum, qui hic residemus, speramus, unice tamen confisi pretiosissimis Domini nostri Iesu Christi meritis, intercessione sanctissimae Virginis, Servatoris gentium Matris, & gloriosissimi Sinarum Patroni D. Iosephi, atque ferventissimis precibus fidelium omnium, qui animarum salutem, eo, quo par est studio, desiderant. Amen.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. Saec. XVII. exeuntis. Constat foliis script. 42.

MARTINI MARTINII HISTORIA TARTARORVM.

Cod. CCXVII. *HIstoria della guerra de' Tartari, nella quale si racconta, come i Tartari habbino invaso, e quasi in tutto occupato la China, dove si descrivono brevemente i loro costumi, del Padre Martino Martini da Trento, mandato dalla Compagnia di Gesù fin là dalla China Procuratore a Roma.* Praecedit Operi Epistola auctoris nuncupatoria ad Ioannem Casimirum, Poloniae, ac Sveciae Regem, quae inc. *Considerando io i tanti, e così gran benefizzi conferiti dalla Augustissima sua Famiglia alla nostra Compagnia, in particolare a quella, che ha fortuna di godere codesto cielo di Pollonia &c.* Des. *Iddio Ottimo Massimo mantenga per utilità della Chiesa, e del suo Regno la Maestà Vostra con tutta l' Augusta sua Prosapia. Così con humiltà profondissima, insieme con tutta la nostra Compagnia, gli vo augurando alla M. V. perpetuo servitore Martino Martini.* Sequitur deinde Praefatio ad Lectorem, cuius initium: *E' solito, o candido Lettore, che quelli, che doppo haver camminati, e visti molti paesi ritornano in patria, sono da tutti cercati, e desiderati &c.* Finis: *e con tutto quello che s' appartiene all' humana, e naturale historia, geografia, & astrologia, l' ho riserbate al mio Libro intitolato* Atlante Chinese, *acciocchè non paia, che con affettata, & immatura ostentazione vogliamo quì inserire quel che si conviene a volume più amplo.* Historia inc. *I Tartari (nazione antichissima dell' Asia, origine, e principio di molte altre nazioni, già da quattro mila anni nemica all' Imperio della China) ben spesso fecero guerre crudeli con i Chinesi &c.* Des. *ma queste, et altre cose simili da trattarsi più diffusamente, si riserbano a volume più amplo, il quale conterrà tutte quelle cose, che cominciando dal 1610. (nel qual anno il R. P. Niccolò Trigauzio conchiude il suo Libro della Christiana Spedizione intrapresa dalla Compagnia di Gesù per la China) sono accadute fino a questi tempi.*

Cod. chartaceus MS. Italicus in 8. maiori, Saec. XVII. Constat foliis scriptis 153.

FR. BERNARDINI DE SAHAGVN HISTOR. MEXIC. LIBRIS XII. PARS I.

Cod. CCXVIII. FRatris Bernardini de Sahagun, Ordinis S. Francisci strictioris Observantiae Historia Mexicana Libris XII. lingua hispanica, & mexicana exaratis, tribus Voluminibus comprehensa, & innumeris figuris, rudi penicillo, in singulis ferme paginis delineatis exornata, quae ad mores, vivendi rationem, religionem, artes, naturae foetus illarum regionum attinent. Praecedit Prologus, qui inc. *El medico no puede acertadamente aplicar las medecinas al enfermo.* Des. *cierto parece, que enestos nostros tiempos, y en estas tierras, y co' esta gente, a querido nostro Sennor Dios, restituyr alla Yglesia, lo que el demonio la a robado en Inglaterra, Alemania, y Francia, en Asia, y Palestina. De lo qual quedamos muy obligados de dar gracias a nostro Sennor, y trabajar fielmente en esta su nueva Espanna.* Ita autem auctor se prodit initio Prologi: *Yo Frai Bernardino de Sahagun, fraile Professo de la Orden de nostro Seraphico Padre San Francisco de la Observancia, natural de la Villa de Sahagun en Campos, por mandado del muy Rev. P. el P. Frai Francisco Toral, Provincial desta Provincia del Santo Evangelio, y despues Obispo de Canpech, Yucatan, escrevido ze libros de las cosas divinas &c.* & inferius annum, in quo Opus hoc conscribebat, indicat MDLXIX. Tum sequitur Monitum ad Lectorem, & elenchus Librorum, & Capitum, ea quae in unoquoque Volumine pertractantur, exhibentium. Initium ita se habet: *Libro primero, en que se tratta de los dioses, que adoravan los naturales desta tierra, que es la nueva Espanna. Capitulo primero, que habla del principal Dios, que adoravan, y aquien sacrificavan los Mexicanos, llamado Vitzilubuchtli. Este Dios, llamado Vitzilubuchtli, fue otro Hercules, el qual fue robustissimo, de gran-*

Digitized by Google

des fuerças, y muy belicoso. Desinit in Appendice Libri IV. & in tabulis duabus divinatoriis, in quibus figurae quaedam animalium monstruosae repraesentantur.

Tum pag. 323. adiicitur eiusdem Operis *Libro quinto, que trata de los agueros, y prenosticos, que estos naturales tomavan de algunas aves, animales, y savandixas, para a divinar las cosas futuras*. Post brevem Prologum, Caput primum inscriptum: *Del aguero que tomavan quando alguno oya de noche aullar a alguna bestia fiera, o llorar, como vieja, y de lo que dezian los agureros en este caso*, inc. *En los tiempos passados, antes que vinjessen los Espannoles a esta tierra &c.* Caput XXXVII. & ultimum, cui titulus: *De quando los muchachos mudan los dientes*, des. *y que se quedaria destentado*. Tandem claditur Liber brevissimo Monito ad praedicantes, ut contra has fabulas verba faciant.

Codex chartaceus MS. Hispanus, & Mexicanus in fol. figuratus, Saec. XVI. Constat foliis scriptis 345.

EIVSDEM OPERIS PARS II.

Cod. CCXIX. *Libro sesto de la Rethorica, y Philosophia moral, y Theologia de la gente Mexicana, donde ay cosas muy curiosas tocantes a los primores de su lengua, y cosas muy delicadas tocantes a las virtudes morales*. Post Prologum, & summarium eorum, quae pertractantur, occurrit haec brevis Epistola nuncupatoria: *Integerrimo Patri Fratri Roderico de Sequera, generali Commissario omnium Occidentalis orbis terrarum, uno dempto Perù. Frater Bernardinus de Sahagun utramque felicitatem optat.*

Habes hic, admodum observande Pater, Opus regio conspectu dignum, quod quidem acerrimo, ac diutino marte comparatum est, cuius sextus Liber hic est. Sunt & alii sex post hunc, qui omnes duodenarium numerum complent, in quatuor Volumina congesti. Hic sextus omnium maior, cum corpore, tum [illegible] di tripudio iubilat, te sibi, ac fratribus suis, tantum invenisse patrem, utpote nullo non dubitans, tuis auspiciis ad summam felicitatem, una cum fratribus pervenisse. Vale, & ubique prosperrime agas, vehementer affecto. Libri VI. Caput primum inscriptum: *Del lenguaje, y afectos, que usavan, quando oravan al principal Dios llamado Fezcatlipuca, o Fitlacaoa, o Yautl en tiempo de pestilencia, paraque se la quitasse; es oracion de los Sacerdotes, en la qual le confiessan por todo poderoso, no visible, ni palpable; usan de muy hermosas methaforas, y maneras de hablar*, inc. *O valeroso Sennor nuestro de baxo, de cuyas alas nos amparamos, y defendemos, y hallamos abrigo*. Libri IX. Caput XXI. inscriptum: *De la manera que tienen en hazer su obra estos officiales*, des. *intlachi chioa amanteca. Fin del Libro nono.*

Cod. chartac. MS. in folio, ut supra, binis columnis, ubique figuratus. Constat foliis scriptis 372.

EIVSDEM OPERIS PARS III.

Cod. CCXX. *Libro decimo de los vicios, y virtudes destas gente Indiana, y de los miembros de todo el cuerpo interiores, y esteriores, y de las enfermedades, y medicinas contrarias, y de las nationes, que a esta tierra an venido a poblar*, Post Prologum, & summarium Librorum, & Capitum, Libri X. cui titulus: *De la general historia, en que se trata de los vicios, y virtudes, ansi espirituales, como corporales, de toda manera de personas*, Caput I. *Delas calidades, y condiciones de las personas conjuntas, por parentesco*; inc. *El padre es la primera rayz, y cepa del parentesco*. Libri XII. *De la conquista Mexicana* Caput XLI. & ultimum: *De la platica que hizo el Capitan Don Hernando Cortes, a los Sennores de Mexico Teizcucu, y Tlacuba, despues de la victoria, procurando por el oro, que se auja perdido, quando salieron huyendo de Mexico*, des. *y trayan su tributo de oro, y de piedras preciosas, y de plumajes ricos, y todo lo davan a Motecuçoma, todo el oro venja a su poder.*

Cod. chartac. MS. ut supra figuratus, in folio, binis columnis. Constat fol. script. 492.

IOANNIS PETRI MAFFEII HISTORIA INDICA.

Cod. CCXXI. IOannis Petri Maffeii Bergomatis (1) e Societate Iesu Historiarum Indicarum Libri XVI. quorum primus inc. *Aeternae mentis numen, atque consilium, quo ab ipsis mundi primordiis universa pariter, & singula gubernantur, fide potius, & silentio venerandum, quam argumentis, ac disputationibus indagandum, iure praecipiunt sapientes viri.* Liber ultimus des. *quod imperii moderatione, cultuque bonarum artium, & studio Religionis amplificandae, formam, speciemque benefici, & mitis, ac vere Christiani Regis expresserit.*

Ex hoc autem exemplari, ut videtur autographo, vel saltem ab auctore castigato, perspicuo, nitidoque charactere exarato, profluxit editio Florentina apud Philippum Iuntam an. MDLXXXVIII., in qua habetur Epistola nuncupatoria ad Philippum Regem Catholicum, quae in nostro Codice desideratur. Ea vero inc. *Superioribus annis, quum ad componendas Lusitaniae res, Vlyssiponem ipse venisses, Catholice Rex, hortata me tua est Maiestas, ut inchoatam Henrici Regis nomine avunculi tui rerum Indicarum historiam pari alacritate, studioque prosequerer. Feci quod iusseras, totumque contextum narrationis, a primo navigationum exordio ad usque soceri tui Ioannis, eo nomine tertii Regis obitum, pro mea tenuitate perduxi.*

Quod

(1) Ortus est Bergomi anno circiter MDXXXVI. Decessit Tiburi die XX. Octobr. MDCIII. Vid. Niceronium *Mem. pour servir à l'Hist. des Hommes Illustr.* Tom. V. pag. 324.

Digitized by Google

Quod autem noster hic Codex dictae editioni inservierit, patet ex autographa Superiorum adprobatione, ac permissione, in ipsius calce adposita, hoc pacto: *Hanc Indicam Historiam, non minus docte, quam pie conscriptam, testor a me perlectam esse, & per singulas partes consideratam, nihil in se continere, quod a fide Catholica recedat, in cuius rei fidem propria manu subscripsi. Florentiae pridie Idus Martii* MDLXXXVIII. *Ber. Medices.*

Imprimatur, accedente consensu Reverendi Patris Inquisitoris, die XIV. *Martii* MDLXXXVIII. *Antonius Benivenius Vicarius Generalis Florentinus.*

Nos Fr. Dionysius Constacciarius, haereticae pravitatis Inquisitor Generalis Florentiae, & Florentini Dominii, facultatem imprimendi concedimus die XVI. *Martii* MDLXXXVIII.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XVI. exeuntis, optime servatus. Constat foliis scriptis 788. ex utraque parte numeratis.

THEODORI DAMAIDENI MAGNITVDO STEM. GAL. ET BAV.

Cod. CCXXII. TItulus huius Operis, cubitalibus litteris exaratus hic est: *Magnitudo Augustissimorum Stemmatum Gallici, ac Bavarici in eodem communi stipite, Pharamundo primo Galliae Rege fundata, per primam Merovingiam, & secundam Carolingiam Galliae Regum lineas, de patre in filium utrimque deducta, exinde Regia, ac Caesarea Maiestate disiuncta, tandem gloriosissimo connubii foedere Serenissimorum Principum D. Ludovici Galliae Delphini, & D. Mariae Annae Victoriae, Bav. Princ. denuo coniuncta. Historia, Genealogia, & Chronologia, ac propriis gentilitiis armorum tesseris adumbrata per Theodorum Damaidenum, Nobil. Belg. S. Mariae de Castro Carimo, & S. Marthae Lignicens. Abbat. Venetiis anno salutis* MDCLXXXIII.

Ante relatum titulum, adsuta est alia manu, forte eiusdem auctoris, Epistola: *Serenissimo Cosmo tertio D. G. Magno Etruriae Duci sexto*, ex dictis veterum Scriptorum, quorum nomina adnotantur in margine, contexta; mox occurrit Regale Mediceum stemma, auro, variisque coloribus praefulgidum, trophaeisque militaribus exornatum, & alia Operis nuncupatio: *Serenissimo, ac potentissimo Principi D. Cosmo III. Magno Duci Etruriae &c.* quae ita habet:

„ Serenissime, ac potentissime Magne „ Dux. Vndique magna profero, dum magnos Reges, magnos Duces, magnos Principes in Gallo-Bavara magnitudine sisto „ illustratos, ex uno communi stipite ortos, Merovingo, Childebrandino, & Carolingo, trium Regum, Regnique linearum utrimque diffuso sanguine, propagatos, per suos inde Reges, ac Caesares divisos, ac tandem per Augustissimum connubium, Galliae ac Bavariae Principum, pristino restitutos sanguini, inveterato redditos splendori, & Regiae, ac Caesareae denuo unitos Maiestati. Magnitudinem sane Gallis, Bavarisque Principibus, communem, aliis communicatam, communem dico, in qua maiores undique concurrunt; communicatam vero, in qua alii Principes celebrantur, sanguine proximi, & conspicui. Numquid Magni Etruriae Duces, adeo Galliae Regibus, tam Valesiis, quam Borboniis (omnes per Ludovicum sanctum Regem, ex Childebrandinis, ex Carolingis, & Merovingis Regibus descendunt), sanguine Regio innectuntur, ut eodem, iisdemque procreati exhibeantur? Quid de Serenissima Celsitudine sua, quid de Serenissima coniuge, Gallici sanguinis Regii Principe, Magnis Etruriae Ducibus; quid de Serenissimo Ferdinando II. Magno Duce, patre; quid de Serenissimo Cosmo II. Magno Duce, avo; quid de Ferdinando I. eiusque uxore, Christina, Serenissima Lotharingiae Principe nata, Magnis Etruriae Ducibus; quid inde de Serenissimo Ferdinando III. Magno Etruriae Principe; quid de Serenissima coniuge Violanta, Bavariae Principe edicendum? Singuli examinandi. Profecto celsitudo sua, Ferdinando II. patre, & Victoria Friderici Vbaldi, Vrbini Principis filia, Magnis Etruriae Ducibus procreata, vitalem auram, ac Gallo-Bavaram magnitudinem spirare caepit. Hic enim Princeps; Francisco Maria II., & Lucretia, Herculis II. Ferrariae Ducis filia, Vrbini Ducibus ortum sumpsit; Lucretia vero ex Renata, matre Ludovici XII. Galliae Regis filia, Regium sanguinem traxit, & nativitatem suam Carolo Duci Aurelianensi, Patri, Ludovico Duci Aurelianensi, ac Engolismensi avo, & Carolo V. cognomento sapienti, Galliae Regi proavo debebat acceptam. Ferdinandus autem II. Cosmo II. & Maria Magdalena Austriaca, Magnis Ducibus editus, maternum genus ad Carolum Archiducem Austriae, Mariae Magdalenae patrem, ad Ferdinandum I. Imperatorem, Hungariae, ac Bohemiae Regem avum, ad Philippum I. Hispaniae Regem proavum, & ad Mariam Burgundam, Caesareo Maximiliani I. iunctam connubio, & per eam, ac plures maiores Burgundiae Duces, ad Ioannem Galliae Regem referebat. Cosmus vero II. Ferdinando I. & Christina, Caroli Lotharingiae Ducis filia, Magnis Ducibus parentibus ortus, Claudiam, Henrici II. Galliae Regis filiam, ex Catharina Medicea Principe, Laurentii Vrbini Principis filia prognatam, veneratus est. Transeo Isabellam, Bavariae Principem, Stephani Bavariae Ducis filiam, Ludo-

„ vici

Digitized by Google

„ vici Imperatoris neptem, Caroli VI. Gal-
„ liae Regis thori Regnique sociam, Bava-
„ rum sanguinem per posteros Regios trans-
„ misisse, & Mediceis Principum venis
„ immisisse. Quid de Serenissimo Magno
„ Principe Ferdinando III. producendum?
„ Ille sane Celsitudine sua Serenissima; & Se-
„ renissima Margareta Ludovica, Ioanne
„ Baptista Gastone, Aureliae Duce, & Mar-
„ gareta, Francisci Lotharingiae Ducis fi-
„ lia nata, saepius, & vario modo, Galliae
„ Regum, & Borbonio, & Valesio sanguine
„ procreatus celebratur. Hinc & ipsa Re-
„ gia Princeps, Galliae Regum sanguinis
„ magnitudine, Magnum Etruriae Princi-
„ pem decoravit. Ipse vero, ut omne sup-
„ plementum daret, totamque magnitudi-
„ nem Gallo-Bavaram in se concluderet,
„ prudentissima dispositione Serenissimae
„ paternae Celsitudinis suae, Violantam,
„ Bavariae Principem, Mariae Annae Victo-
„ riae, Galliae Principis, Delphinae so-
„ rorem, honori, thoroque induxit Etru-
„ riae magnitudinis. Quas ob caussas, &
„ Celsitudo sua Serenissima, & Serenissimi
„ Principes posteri sui, communicata (im-
„ mo liceat dicere communi) magnitudine
„ Gallo-Bavara, in orbe resplendent, quum
„ tot, tantosque Reges, & Principes, qui
„ eam formarunt, progenitores suos nume-
„ rent; immo, quod mirandum, per tot olim
„ Valesios Francorum Reges, a Borboniis
„ Regibus linea divisos, sanguine, & vita
„ progressi, atque procreati agnoscantur.
„ Quid de Magnis Etruriae Principibus, Gal-
„ liae Reginis proferam? & illae Gallo-Ba-
„ varam magnitudinem dilatarunt, Magno-
„ rum Etruriae Ducum magnitudinem, &
„ proprio, & reflexo honoris lumine auxe-
„ runt. Catharinam Mediceam Principem,
„ Laurentii Vrbini Ducis filiam, Henrico
„ II. Galliae Regi diademate sociatam,
„ iamtum maiestate cooperantem intro-
„ duxi. Mariam alteram, Magnam Etruriae
„ Principem, Francisco Magno Duce, &
„ Ioanna Austriaca, Ferdinandi I. Imperatoris filia natam, Henrico IV. Magno,
„ Galliae Regi connubio iunctam, Reginam
„ exstitisse maximam introducam, vel hoc
„ solo intuitu, quod trium Regum gloriosa
„ generatione matrem, alibi illustratam
„ profero, matrem, inquam, inter ceteros
„ Ludovici XIII. Iusti Galliae Regis, insu-
„ per & fratris sui Principis Ioannis Bapti-
„ stae Gastonis, Aureliae Ducis; sed ultra
„ progredior, avia illa fuit Ludovici XIV.
„ Magni Galliae Regis, & Philippi fratris,
„ Aureliae Ducis, proavia vero Ludovici
„ XV. Galliae Principis Delphini, & tan-
„ dem abavia Ludovici XVI. Burgundiae
„ Ducis. Haec de Magnitudine Gallica.
„ Quid de Bavarica? & ipsa Mariae Etru-
„ riae Magnae Principi, Galliae Reginae,
„ debetur; etenim Maria Anna Victoria,
„ ex Bavara Principe, ad Galliae, & Del-
„ phinatus Principatum electa, & assumpta,
„ Ferdinando Maria, & Henrietta Adelei-
„ de, Sabaudiae Principe, Ducibus Bava-
„ riae, & S. R. I. Principibus Electoribus
„ nata, maternam prosapiam ad Victorem
„ Amedaeum, Sabaudiae Ducem, & Chri-
„ stinam, Henrici IV. Galliae Regis, & prae-
„ fatae Mariae Mediceae Reginae filiam
„ ducebat acceptam. Sic Maria, Magna
„ Etruriae Princeps, & Regina magna, quasi
„ maria, in quibus magnitudo Gallo-Ba-
„ vara secure navigaret, & inde illustra-
„ ret orbem terrarum, efformaverit. Sic,
„ ut magnitudo Gallo-Bavara ad Magno-
„ rum Etruriae Ducum magnitudinem, a
„ qua per Mariam Principem, & Reginam
„ magna ex parte utrimque generatione
„ procedit, magnum splendorem suum, quo
„ hisce temporibus admirandum in modum
„ refulget, referre cogatur. Hac ego com-
„ motus ratione, hac stimulatus veritate,
„ ad Serenissimam Celsitudinem suam ocyus
„ accurro, & ad magnorum Etruriae Du-
„ cum solium Gallo-Bavarae magnitudinis
„ onus, quod iampridem onustus fero, li-
„ bens depono, ut ipsa eo magnitudo re-
„ vertatur, a quo magna ex parte praestan-
„ tiam suam sumpsisse gloriatur. Accipe
„ igitur, Princeps Serenissime, magnitudi-
„ nem Gallo-Bavaram, non ut alienam,
„ sed ut propriam; non ut aliorum, sed ut
„ tuam, non ut alienam, inquam, quia
„ a tuis provenit, ut propriam, quia per
„ Mariam Reginam, ad alios Reges, &
„ Principes pervenit, iisque accrevit;
„ non ut aliorum, dico, sed ut tuam; a-
„ liorum, prima origine, & generationis
„ serie, sed disiunctam; tuam, summo aug-
„ mento honoris, & miro incremento glo-
„ riae denuo unitam. Accipe ergo, Sere-
„ nissime Princeps, & te ipsum Magnum
„ Etruriae Principem, saepius ut enarra-
„ vi, Imperatorum, Regum, Ducum, Gallo-
„ Bavaro sanguine procreatos. Maxima
„ munera profero, dum utramque Serenis-
„ simam Celsitudinem in Caesarei ac Regii
„ sanguinis dona fero. Si Caesares, si Re-
„ ges maiores placent, etiam dona pla-
„ ceant. Accipe tandem Librum meum, ut
„ in Gallo-Bavara magnitudine protectus,
„ persistat. Ita exoptat, & precatur Serenissi-
„ mae Celsitudinis Suae, Venetiis hac prima
„ Iul. MDCXCII. humillimus, & obsequiosissi-
„ mus famulus Theodorus Damaidenus. „

Epistolam nuncupatoriam excipit Praefatio ad Lectorem, in qua ideam suam clarius auctor ostendit, ideoque ipsam duximus proferendam.

„ Quum Augustissimum Gallo-Bavarum
„ connubium inter Ludovicum Galliae
„ Principem Delphinum, & Mariam-An-
„ nam Victoriam, Bavariae Principem ce-
„ lebratum iampridem, Ludovici magni Re-
„ gis prudentia fuisset auspicatum, eoque
„ deductum fundamento, ut quod antiquis
„ maxi-

Digitized by Google

„ maxime erat commendatum, *si vis nubere, nube pari*, universi orbis applausu „ comprobaretur, mentem illico, animumque adieci ad investigandos utriusque „ Principis Maiores, ut & ego, eodem innixus fundamento Regiae prudentiae encomiastes accederem. Hodiernam Borboniam Regiam prosapiam per Galliae „ Reges, & ante per Borbonios Duces, eorumque auctorem Robertum Comitem „ Claramontanum, S. Lodovico Galliae Rege natum, ad Hugonem Capetum, Childebrandinae lineae Galliae Regem adductam inveni, perque patrem eius Hugonem dictum Magnum, Franciae, Aquitaniae, & Burgundiae Ducem, filium „ Roberti III. dicti Fortis, Galliae Regis, & sic ad Childebrandum, Sveviae Ducem, filium Pipini Herstalli, Francorum Ducis, Franciae, & Austrasiae Regnorum, Praefecti Palatii, nepotem Sancti Arnulphi, per quem ad Merovingios, & ad ipsum Pharamundum primum Galliae Regem ascendi, & ubique splendentis offendi magnitudinem Maiestatis. Ex alia vero parte ab ipso Rege Pharamundo, per Reges Merovingios, ad S. Arnulphum praefatum perveni, abeius, ex Ansegise filio, nepote, Pipino Duce praedicto, per Carolum Martellum, ex Alpaide, secunda Pipini uxore filium primogenitum, Principem Francorum, & Brabantiae Ducem, a praenominatis Regibus Merovingiis, recta linea ad Carolingios Reges transii, ut Bavariae Duces ex utrisque natos, Mundus cognosceret universus. Illico enim Caroli Martelli Principis filius Pipinus Brevis, Rex Galliae, occurrebat, quem Carolus, factorum gloria magnus, Rex Galliae, & a restituto in Occidente Imperio, Romanorum Imperator, genetatione sequebatur. Hic Ludovicum I. Pium, Regem, & Imperatorem filium, Ludovicum cognomento Germanicum, Germaniae Regem, nepotem; Carlomannum, Regem Germaniae, & Italiae, pronepotem; Arnulphum Regem Germaniae, & Burgundiae, ac Romanorum Imperatorem, abnepotem; Arnulphum cognomento Malum, Bavariae Regem atnepotem. Ab hoc Arnulpho, Bavariae Rege, per Arnulphum filium Regem, eiusque posteros, Praefectos Praetorio Bavariae, & Comites Schyrenses, hodierni Bavariae Reges producuntur, quorum primus fuit Otho V. dictus Maior, qui, proscripto Henrico Leone, in Comitiis Ratisbonensibus, anno Christi 1180. a Friderico I. Imperatore, Bavariam cum Ducatus titulo (quasi postliminio reversam) sibi asseruit. Huius filius Lodovicus Dux, mortuo Henrico Leone Duce, & Electore, Bavariae Ducatui S. R. I. Electoratum, ab Henrico VI. Imperatore obtentum, adiecit; in quo Otho, cognomento Bonus & Illustris, nepos fuit solidatus; Ludovicus II. pronepos, Dux & Elector confirmatus; Ludovicus V. abnepos Romanum in Occidente Imperium sibi vindicavit, & ab hoc Imperatore omnes Bavariae Duces (inde restituto Guilielminae lineae Electoratu) usque ad viventes Imperii Principes, de patre in filium descendunt. Sic demum ab uno communi stipite, Pharamundo primo Galliae Rege, sic ab eius posteris Merovingiis, primae lineae, Galliae Regibus, haec magnitudo Gallo Bavara, utrimque deducitur, & per hos Reges in S. Arnulpho radicata, per Pipinum Herstallum nepotem, communem denuo, in quo maiores undique concurrunt, & propinquiorem (ab hoc posteri dividuntur) utriusque Gallo Bavarae lineae Patrem est progressa. Sic ab uno est deducta & ad unum adducta, ab uno, inquam, omnes, uno Regale sanguine procreati, oriuntur, & in uno connubialis foederis fructa concluduntur: Serenissimus ille fructus Ludovicus Dux Burgundiae admiratur, qui hanc Gallo-Bavaram Magnitudinem utrique parenti, utrimque communem, in se mire splendentem gloriatur, quia tantam solus recepit, quantam omnes contulerunt. Haec de sanguine, de dignitate, de maiestate, quae, ut solidiore, ac lucidiore procederent fundamento, genesium lineas, linearumque Principes ex probatissimis, purgatissimisque Auctoribus desumpsi, quas proinde, non minore fide, quam ipsam historiae seriem comprobavi. Hinc, ut in omnibus, & ubique exactum Chronologum agerem, omnibus utriusque sexus Principibus annum, mensem, & mensis diem nativitatis, connubii, & transitus adieci. Antiquissimas armorum tesseras gentilitias (de iis, quas effiguratas primi Galliae Reges exposuisse creduntur, iudicium formavi) omnibus apposui, quas etiam, pro dignitate, insignibus exornavi, propriisque coronis, pro temporis usu, moreque Regio, condecoravi. Interim arma Regum ac Principum eorum adnata stirpibus, ut invenire potui, collocavi. Plures subinde coniuges, Reginas, aut Principes, pro multiplicato connubii voto introduxi, armisque solidavi. Quum plures subinde ductas exponerem; qua coniuge natum filium, filiamve, qui lineam formavit, indicavi. Vt autem illustriori Magnitudo haec refulgeret splendore, utriusque Principis probationes τῶν πρωγόνων, seu pronologicas sexaginta-quatuor progenitorum connubiales assertiones, propriis gentilitiis familiarum tesseris corroboratas adieci. His utere, & fruere, & studiis fave. „

Tandem sequitur de antiquissimis Galliae Regum armis gentilitiis auctoris iudicium.

Digitized by Google

dicium, cui subiungitur ordine retrogrado in totidem tabulis mirifice depictis, series Galliae Regum, ac Bavariae Ducum a primis usque temporibus repetita, & uberrimo commentario illustrata, cuius initium est: „ Antiquissimos Galliae Reges usque „ ad Clodoveum Regem, qui primus Chri„ sti nomen, & Christum Francis in Gal„ lia dedit, figuris, signisque armorum va„ cuos posui, non, quod arma, aut armo„ rum insignia minime exposuerint, sed „ quod vetustatis incertitudine adactus, „ quae ea certa fuerint, edicere nequeam. „ Desinit in Ludovico XVI. Francorum Rege, & in verbis: „ Concurrunt in uno Ludovi„ co, Gallicae, & Bavaricae magnitudinis „ splendores, qui iamtum utrimque Regio „ Caesareo sanguine fundati & dilatati, „ omnia Europae Regna illustrarunt ma„ iestate, ut longiori a Pharamundo primo „ Galliae Rege itinere excurrentes, per tot „ tantasque utriusque lineae Caesarum, „ Regum, ac Principum virtutes heroicas „ accurrentes, singulis, omnibusque avitis „ natalium donis, Ludovicum Principem „ cumularunt. „ Accedit in fine Catalogus personarum, & rerum totius Operis.

Codex chartaceus MS. Latinus in folio atlantico, Saec. XVII. mire exornatus, ac grandiori littera exaratus, pluribus tabulis genealogicis egregie depictis insignitus. Constat foliis scriptis ex utraque parte numeratis 290.

CATALOGVS NVMISMATVM.

Cod. CCXXIII. CAtalogus Numismatum Imperatorum & Regum, cum declaratione inscriptionum, & figurarum, quae in exergis occurrunt, quaeque videtur possedisse Salustius Piccolomineus apud Illustrissimum, & excellentissimum Ferrariae Ducem, Serenissimi Cosmi I. M. D. E. Orator, cuius nomen adnotatur in prima pagina.

Codex chartaceus MS. Latinus in folio, Saec. XVI. Constat foliis scriptis 38.

ANONYMI SERIES VIRORVM IN ARTE EQVESTRI INSIGNIVM.

Cod. CCXXIV. PRaemittitur Epistola nuncupatoria auctoris, cuius nomen in ipsius calce appositum, sequiori tempore abrasum omnino fuit, ad Archiducem Austriae Ferdinandum, Ducem Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae, & Wittembergi, & Comitem Hasburgi, & Tiroli, in qua eius res praeclare gestas in omni torneamentorum, & equestrium exercitationum genere maximis extollit laudibus, seque ab eo comitem adlectum fuisse, ubicumque suae virtutis specimina dare voluisset, gloriatur. Addit praeterea ab eodem Ferdinando Duce demandatam sibi fuisse provinciam viros Principes, equitesque in hac arte instituendi, quibus bis in hebdomada praesto erat. Eorum igitur, qui in hisce institutionibus maiores progressus fecerunt effigies equo insidentes, & stemmata gentilitia, ut in hoc Libro vivis coloribus exprimerentur, impetravit. Hi autem sunt.

I. Maximilianus Archidux, praedicti Ferdinandi nepos, & Maximiliani I. Imperatoris filius, qui anno MDXEV. Theutonici Ordinis Princeps creatus, tandem anno MDCXVIII. diem clausit supremum.

II. Carolus I. vulgo dictus *ab Austria*, Burgoviae Margravius, Archiducis Ferdinandi, Tiroli Comitis filius secundo-genitus. Obiit MDCXVIII.

III. Otho Henricus Brunswicensis, & Luneburgensis Dux. Decessit MDXCI.

IV. Villhelmus Zimbernensis Comes, Archiducis Ferdinandi supremus Dux, suae familiae ultimus, cuius mortis annus minime adparet.

V. Sigismundus Welsbergensis Dominus, Cubicularius eiusdem Ducis. Documenta testantur, hanc familiam Florentia in Tirolum circa annum MCXL. transmigrasse. Eadem a Leopoldo I. Imperatore, *Comitum* titulo decorata, in Tirolo, & Austria inferiore adhuc floret.

VI. Hippolytus Zigliolius.....Haec familia ignota adhuc remanet.

VII. Balthassar Schrattembach Hoggenbergensis, cuius familia *Comitum* titulo insignita, partim in Stiria, partim in Moravia floruit, & ex ea, dum hic Codex adornaretur, ultimus Archiepiscopus Salisburgensis descendebat.

VIII. Ioannes Claudius de Tulliers, Friburgensis Dominus. Haec familia, quod sciam, est Helvetica.

IX. Ioannes Libstenski Koloswratensis Dominus, ex Bohema familia oriundus; hodie vero *Comitum* titulo gaudet. Ex his unus Boiohemiae, & Austriae supremo Cancellarii munere Vindobonae, tunc temporis decorabatur.

X. Maximilianus Botsh.

XI. Comes Ludovicus Biglia.

XII. Iterandus Walkestein Dominus. Hic ex Tiroli familia originem traxit, quae hodie *Comitum* titulo decorata, Oeniponti superstes remanet.

XIII. Felix Kastaler de Landorff, ignotus.

XIV. Carolus Kurtz de Senfftnau. Hic ex familia, *Comitum* titulo aucta, progenitus, Archiducis Ferdinandi Consiliarius, & Dapifer exstitit.

XV. Marquardus de Stain in Reissenspurg, ex Sveva familia, hodie *Baronum* titulo clara, quae in plures regiones divisa, admodum illustris, ob Feuda, quae possidet, habetur.

XVI. Ludovicus de Bardogna de Tassis, e familia, quae in Tirolo commoratur, *Baronum* item titulo insignita.

XVII. Christophorus Bardogna de Tassis.

XVIII. Ioannes Otho Gorkga de Gotkay

in

Digitized by Google

in Churnhale, ex familia fortasse Helvetica.

XIX. Nicolaus Welsbergensis ex eadem familia, de qua supra num. V.

XX. Ioseph Artmanus de Erffa de Thuringia, ex illustri admodum, & vetustissima familia natus, quae ab Hungaria in Thuringiam saeculo V. transmigrasse fertur.

XXI. Fridericus Dominus de Schtenberg in Hugenberg de Klanau, ex illustri Boiohemiae familia.

XXII. Fridericus Dominus de Khynsekh.

XXIII. Comes Flaminius ex Comitibus *Guidi e Bagno*.

XXIV. Georgius Dominus de Welsperg, de quo pariter supra num. V.

XXV. Petrus de Molart, Dominus Reisnegg, & Drosentorff. Haec familia *Comitum* titulo decorata, e Burgundia primum originem duxit; postea in Austriae Archiducatu substitit, at nunc penitus exstincta est.

XXVI. Christophorus de Welsperg ex eadem item familia, de qua supra num. V.

XXVII. Franciscus Gerhaud de Keschan. Haec familia prorsus ignota mihi est.

XXVIII. Ignotus.

XXIX. Ignotus.

XXX. Georgius Sigismundus Losch de Gilgershausen in Singenbach, ex Bavara familia oriundus.

XXXI. Ignotus.

XXXII. Iaroslavius Libstenski, Dominus de Kollowrat, Ducis Cubicularius. De hac familia vide supra num. IX.

Codex membranaceus MS. Theutonicus in folio forma quadrata, Saec. XVI. mirifice in singulis paginis exornatus. Constat foliis egregie depictis 38.

LEONIS X. PROMOT. CARDINAL.

Cod. CCXXV. PRomotio Cardinalium habita a Leone X. Pont. Max. In prima pagina in aperto campo arboribus consito videre est SS. Cosmam, & Damianum, Mediceae familiae Patronos, eleganti admodum pennicillo depictos, in capite gerentes biretum rubri coloris cum diademate, & veste pariter rubra exteriori indutos, quorum unus atramentarium cum calamo, alter vero volumen clausum in manu gestat. Tum sequitur praefatio inscripta: *Petrus Cattacius Aurifex Leoni Pontifici Maximo*, quae ita se habet: *Lustrando colla mente, Beatissimo Padre, molti et varii beni, che per heredità a' posteri si lasciano, non ne veggo alcuno più iocundo, & grato pervenire a quelli, dell' illustre memoria degli antichi sua, nè cosa che con maggiore efficacia incenda e petti nostri alla virtù, della effigie, o lectura degli egregii facti de' nostri progenitori. = Ond' io girando gli occhi, non ai beni della fortuna, che ne sono nudo, ma di mia industria, pensai dovere essere a VS. non ingrato, se non secondo l' uso Egiptio, o Romano, ma costume Fiorentino, riducessi in brieve sotto un aspetto l' albero, vocabulo nostro, ovvero la discendenza degli illustri genitori di V. S. repetito di più alto, che sia a mia notitia venuto, et dedutto di grado in grado di huomini sempre di grande governo, et di somma auctorità per loro singulare sapientia illustri, infino all' altissima sublimità di V. B. del fastigio delle cose humane, coniuncta colla divina potentia, et di Iuliano fratello di quella, et di Lorenzo, nipote di fratello, unico splendore del secolo nostro, Iuliano clarissimo, Duca di Namors, Capitano di S. Chiesa, sposo di Madonna Philiberta, figliuola del Duca di Savoia, zia del Cristianissimo Re di Francia, et Lorenzo Illustrissimo Duca di Vrbino, Capitano de' Fiorentini, et di S. Chiesa, et di Iulio, fratello cugino, Reverendissimo Cardinale di Sancto Lorenzo in Damais* (sic). *Aggiunti a questi alcuni di molti altri Principi, elevati di basso in alto, per beneficio di V. Sublimità, dono in se piccolo, ma equale ad ogni altro grande, quando maxime il buono affecto si pareggia colla possa, et è di sorte, che porta alla posterità qualche luce di vera splendidissima famiglia; benchè conosco recare la lucerna al sole, perchè il lume di V. S. da più virtù celeste acceso, lucerà in terra, quanto in celo la superna luce. Vive longum, et felix Christiano nomini, et Patriae.* Praefationem hanc excipit Arbor Genealogica praeclarissimae familiae Mediceae eleganti manu depicta, in cuius culmine exhibetur Averardus Medices, huius familiae primum caput, qui veste superiori rubri coloris cum latis manicis amictus est, & in capite gerit biretum quoddam eiusdem coloris. Ex utroque ipsius latere protenduntur rami, a quibus pendent circuli rubri, in quorum medio litteris aureis describuntur singulorum descendentium nomina, & insigniorum ex ipsis, etiam effigies exhibentur, inter quos videre est in parte dextera Cosmum Patriae Patrem, rubrum biretum in capite gestantem, & e regione ipsius Laurentium, *Magnificum* nuncupatum, eiusdem Cosmi nepotem. Post haec in sequenti pagina repraesentatur Leo X. Pont. Maximus in throno residens, pontificiis insignibus decoratus, & pluviali quodam, & stola ad pectus praecinctus, dextera ad benedicendum extensa, in cuius capite praefulget triregnum, auro, gemmisque contextum. Ornatus marginalis huius paginae in varia loculamenta distinctus est, ubi in totidem circulis exhibentur quatuor Virtutes Cardinales; superne vero aureis maioribus litteris inscriptio legitur: *Ingressus sine macula, iustitiam operatus, adscendentem in montem Domini.* In calce eiusdem paginae conspicienda sunt tria stemmata gentilitia, eleganter depicta, auro, variisque coloribus insignita, quorum medium est familiae Mediceae; quibus splendorem addunt duae feminae eleganter admodum expressae, altera Copiam, vel

Digitized by Google

Abundantiam, altera vero Constantiam indicantes. In sequenti pagina leguntur duo Epigrammata italica in laudem Leonis X. Primum inc,

Dicesi che'l Leon, quando altri è in terra &c.

Alterum inc.

Pria che ascendeste al grado, ove sei gionto &c.

Tandem succedunt stemmata gentilitia Cardinalium, qui a Leone X. promoti sunt, eleganter depicta, ex auro, variisque coloribus efformata, & quibusdam veluti nexibus inter se coniuncta. Singula autem stemmata, pileo Cardinalitio, aliisque insignibus distincta, corona quadam laurea sunt redimita; nec deest pulcherrimus ornatus, qui uniuscuiusque paginae marginem implet. Nomina vero Cardinalium, aureis exarata litteris, sunt ista;

I. Laurentius tit. Sanctorum Quatuor Coronatorum de Pucciis, Florentinus.

II. Hadrianus tit. SS. Petri, & Marcellini, Constantiensis.

III. Thomas tit. S. Caeciliae, Eboracensis, Anglicus.

IV. Antonius tit. S. Anastasiae, Bituricensis, Gallicus.

V. Iulius tit. S. Laurentii in Damaso, de Medicis, Florentinus.

VI. Franciscus tit. S. Vitalis, de Comitibus, Romanus.

VII. Ioannes tit. S. Priscae, de Picolominibus, Senensis.

VIII. Ioannes Dominicus tit. S. Ioannis ante Portam Latinam, Tranensis, Romanus.

IX. Nicolaus tit. S. Caesarii, Pistoriensis, Florentinus.

X. Raphaël tit. S. Susannae, Grosetanus, Senensis.

XI. Andreas tit. S. Balbinae de Valle, Romanus.

XII. Bonifacius tit. SS. Nerei, & Achillei, Hipporegiensis.

XIII. Ioannes Baptista tit. S. Apollinaris, Cavallicensis, Ianuensis.

XIV. Scaramucia tit. S. Cyriaci in Thermis, Comensis, Mediolanensis.

XV. Pompeius tit. SS. XII. Apostolorum, de Columna, Romanus.

XVI. Dominicus tit. S. Barptolemaei in Insula, de Iacobatiis, Romanus.

XVII. Laurentius tit. S. Thomae in Parione, de Campegio, Bononiensis.

XVIII. Franciscus tit. S. Silvestri, Laudunensis, Gallus.

XIX. Hadrianus tit SS. Ioannis & Pauli, Dertusensis, Flamingus.

XX. Ferdinandus tit. S. Pancratii, Melphitensis, Neapolitanus.

XXI. Aloysius tit. S. Clementis, de Rubeis, Florentinus.

XXII. Silvius tit. S. Laurentii in Lucina, Cortonensis.

XXIII. Franciscus tit. S. Caelii, de Armellinis, Perusinus.

XXIV. Thomas tit. S. Sixti, Caietanus.

XXV. Aegidius tit. S. Matthaei, Viterbiensis.

XXVI. Christophorus tit. S. Mariae in Aracaeli, Foroliviensis.

XXVII. Bernardus tit. S. Mariae in Porticu, de Bibiena, Florentinus.

XXVIII. Innocentius tit. S. Mariae in Dominica, Cibo, Ianuensis.

XXIX. Iacobus tit. S. Mariae in Aquiro, Cameracensis, Flamingus.

XXX. G. Ramundus tit. S. Marcelli, de Vich, Hispanus.

XXXI. Franciottus tit. S. Mariae in Cosmedin, de Vrsinis, Romanus.

XXXII. Paullus tit. S. Nicolai inter Imagines, de Caesis, Romanus.

XXXIII. Alexander tit. SS. Sergii, & Bacchi, de Caesarinis, Romanus.

XXXIV. Ioannes tit. SS. Cosmae, & Damiani, de Salviatis, Florentinus.

XXXV. Nicolaus tit. S. Viti in Macello Martyrum, de Rodulphis, Florentinus.

XXXVI. Hercules tit. S. Agathae, de Rangonibus, Bononiensis.

XXXVII. Augustinus tit. S. Hadriani, de Trivultiis, Mediolanensis.

XXXVIII. Franciscus tit. S. Honuphrii, Metensis, Gallus.

XXXIX. Alphonsus tit. S. Luciae in Septisolio, Portugalliensis.

XL. Albertus tit. S. Chrysogoni, Moguntinus, Alamannus.

Subsequuntur alia quinque stemmata Cardinalitia, omissis tamen nominibus eorum, ad quos pertinere debuerant.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XVI. optime servatus, perpulcro charactere exaratus, & variis picturis eleganter expressis decoratus. Constat fol. scriptis 10.

INSTRVCTIO DE MODO DIGNOSCENDI STEMMATA GENTILITIA.

Cod. CCXXVI.

MOdus dignoscendi, & conficiendi Stemmata Gentilitia, in Capita XII. distributus. Caput primum inscriptum: *Le premier Chapitre fera mention de ceux, qui premiers trouverent armes*, inc. *Le tres-vaillant, victorieux Roy Alexandre de Macedonie, le tres-prudent Empereur Iules Cesar, & plusieurs autres nobles Princes desirans savoir, comme leurs vassaulx, & subiectz se portoient vaillaument en fait d'armes &c.* Vltimum, cui titulus: *Le XII.e Chapitre remonstre la façon, & maniere de blazonner XXII. escus difficilles pour estre plus expert a blazonner aultres escuz*, des. *Il n'est armes que de bestes, de tymbres, que de testes.*

Codex membranaceus MS. Gallicus in 8. plurimis emblematibus, auro, variisque coloribus egregie depictis exornatus. Constat foliis scriptis 23.

LIBER

Digitized by Google

LIBER DE AVREO VELLERE.

Cod. CCXXVII. IN prima pagina occurrit sequens titulus: *Livre de la noble Thoison d'or, institué par le bon Duc Philippe de Bourgoigne l'an de grace* MCCCCXXIX. In secunda alter, hoc pacto: *L'Ordre de la Thoison d'or fust crée & institué par treshault, tresexcellent, & trespuissant Prince, Monseigneur le Duc Philippe Duc de Bourgoigne &c. Conte de Flandres, d'Arthois &c. en la Ville de Bruges le* X.e *jour de Janvier l'an mil* IIII.e *vingtnoeuff, a la solempnité du mariage de mon dict Seigneur, le Duc, & de Madame Ysabelle, fille du Roy de Portugal sa tresnoble compaigne, & fut le dict Ordre institué, & ordonnée de trent ung Chevalliers, y comprins mon dict Seigneur le Duc, premier fondateur, Chieff, & Souverain d'icelluy, tous gentilz hommes de nom, & d'armes, & sans reproche, dont il nomma, & institua lors* XXIIII. *des quelz les noms, surnoms, tiltres, & blasons cy apres s'ensuyvent.*

Tertiam paginam implet stemma gentilitium fundatoris egregie depictum, adscripto inferius in tabella emblemate AVTRE N' AVRAY. Primum Equitum Velleris aurei stemma ita inscribitur: *Messire Guillaume de Vienne, Seigneur de sainct George, & de sainct Croix.* Vltimum in promotione anni MDLXXXVI. *Messire Guillaume Baron de Rosenberge, Viceroy hereditaire de Boheme.*

In primo folio recenti manu hoc monumentum legitur: *A. Callot herault d' Arme de Lorraine, & Barrois* 1613.

Codex chartaceus MS. Gallicus in folio maiori, Saec. XVII. in quo stemmata gentilitia singulorum Equitum Velleris aurei ab an. MCCCCXXIX. ad an. MDLXXXVI. variis coloribus eleganter depicta conspiciuntur, in quorum numero anno MDXLV. occurrunt, Cosmus I. Florentinorum Dux, & anno MDLXXXVI. Ferdinandus I. Magnus Dux Etruriae. Constat foliis scriptis 59.

IO. BOCCACCIVS DE CASIBVS VIRORVM ILLVSTRIVM.

Cod. CCXXVIII. I. pag. 1. IOannis Bochacii de Critaldo (*lege Boccaccii de Certaldo*) de Casibus Virorum Illustrium Libri IX. cum Praefatione, cuius initium: *Exquirenti mihi &c.* Finis: *ipse conservet.* Libri primi Caput primum, inscriptum: *De Adam, & Eva,* inc. *Maiorum nostrorum dum flebiles casus mente discurro &c.* Caput ultimum Libri noni, cui titulus: *Pauci flentes, & Libri conclusio,* des. *ut vos dignos adepta sublimitate monstretis, & si contingat deiici, non vestro crimine factum appareat, sed protervia potius fortunae cuncta vertentis. Finitum* XVI. *die mensis Decembris anno Domini* M. CCC. *nonagesimo nono.* Praemittitur Operi diligentissimus index rerum notabilium, & nominum virorum illustrium, quorum casus in ipso referuntur, ordine alphabetico dispositus, adscripta indicatione Capitum, & Librorum, in quibus incidunt. Concordat cum alio Exemplari, quod habetur in Codice XXIX. Plut. LII. Biblioth. Laurent. Catal. nostri Tom. II. pag. 568. §. I. praeterquam in fine Libri IX. ubi pauca alia in ipso subiunguntur.

II. pag. 109. Sequitur eiusdem Epistola nuncupatoria, recensito Operi praemittenda, cum hoc titulo: *Generoso Militi Domino Maghinardo de Cavalcantibus de Florentia, praeclaro Regni Siciliae Marescallo, Ioannes Bocacius de Certaldo pro Prologo in Librum de Casibus Virorum, & Mulierum illustrium.* Epistola inc. *Diu, strenue miles, emunctum ex ingenio meo Opusculum, in quo Virorum illustrium tractantur casus &c.* Des. *ut ipse pro viribus celebre nomen tuum, meumque, aliquali fulgore per ora virûm discurrens, illustres. Vale.* Occurrit in dicto Codice XXIX. loc. cit. pag. 569. §. V.

III. pag. 110. Carmen latinum versibus XXIX. in laudem eiusdem, cum hoc titulo: *Ioannis Bocacii de Certaldo Tusci Oratoris facundi, qui Genealogiae Deorum Gentilium* (sic) *primo, de Montibus, Silvis, & Fluminibus secundo, de Casibus Virorum, & Mulierum Illustrium tertio, de Claris Mulieribus quarto & latine, de Constantia Griseldis Marchionissae Salutiorum quinto, de Centum Novellis sexto vulgariter, & sub rhythmo Libros composuit, laudes incipit in carmine.*

Vatum terra parens, sacris adamata Camoenis
Itala, rhetoribus praedives, carmina Phoebo
Tot divina canens, nuper gemuisse Ioannem
Boccacium, media gaudet de plebe creatum,
Artibus ingenuis, quod clarae stirpis origo
Abstulerat redimens, hunc fusum matris ab alvo
Facta retro memorans, alvo suscepit alendum,
Illi Castalio tribuens de fonte liquores.
Sed tibi Phoebe nefas, nisi relligione vetarer,
Descripsisse vacat, quod nusquam plectra Ioannis
Flexeris ad numeros amoeni carminis usus.
Ille Deûm sobolem triplici rimatus in orbe,
Ordine composuit, montes, quibus invidet astris
Terra parens hominum, silvas, lucosque virentes,
Quos fecere sibi pecudes, volucresque cubile,
Et quae gramineas humectant flumina terras.
Hic quascumque loco summo fortuna locarat,
Rettulit excussas fatali turbine gentes,
Insignes dominas, & earum facta renarrans.
Sed virtus animi, quae tot complectitur actus
Quanta manet! nil sit populares versibus aures,
Quos tulerit casus animo constante Griseldis,
Sub fragili sexu mores imitata viriles,
Descripsitque pari centum sermone fabellas.
Quid moror? ille quidem insignis virtutibus, actis

Digitized by Google

Inclytus, ingenio pollens, facundus & ore,
In Veneris ludos connubia sacra sequutus,
Quam meruit vivens laurum, post fata recepit,
Si qua Deis pietas, & merces aequa labori.
Vicens Laurentius Pinus fac.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XIV. exeuntis, cum litteris initialibus Capitum, & Librorum, partim caeruleis, partim rubeis, & titulis rubricatis, in cuius initio legitur: *Ex Libris Harduini de Rouscel de Medavy, Abbatis de Grancey*, Constat foliis scriptis 110.

LEONIS PAPAE X. VITA.

Cod. CCXXIX. VIta Leonis X. Pontificis Maximi a Paullo Iovio Episcopo Nucerino conscripta. Praecedunt duae Epistolae nuncupatoriae eiusdem auctoris, quarum prima est ad Alexandrum Medicem, Reipublicae Florentinae Ducem magnanimum, cuius initium: *Quum Vitam Leonis X. patrui tui, efflagitante Hippolyto Cardinale (is enim ad id munus suscipiendum liberaliter invitarat), ac demum cohortante ipso, & cuncta ordine docente Clemente Pontifice, quatuor Libris absolvissem, utrumque magna fortunae acerbitate hora fatalis eripuit &c.* Finis: *speramus enim te procreaturum liberos, Augusto socero, & maioribus tuis virtute persimiles. Vale.* Altera vero Epistola, quae inscribitur *Praefatio*, est ad Hippolytum Medicem, Cardinalem amplissimum, cuius initium: *Laurentium Medicem avum tuum magnanimum, Hippolyte, qui domum vestram in hanc, quam iusta religione veneramur, augustissimae dignitatis amplitudinem felici virtute provexit &c.* Finis: *in cuius tutela omnis iam Italia, divino eius consilio parta pace, conquiescit, Vale.* Vita inc. *Medicae gentis nomen, tametsi multis ante annis in Etruria admodum illustre fuerit, certam tamen, ac stabilem Magni Cosmi virtute claritatem cepit &c.* Des. *litterae in primis, eximiaeque artes, & rerum omnium copia, communis item salus, & publica hilaritas, & denique bona omnia, tamquam eodem sepulcro, cum Leone condita lugerentur.* Haec Paulli Iovii Leonis X. Vita, cum aliis Viror. Illustr. Basileae impressa fuit typis Petri Pernae MDLXXVII. in fol. Tom. II. a pag. 1. ad pag. 96. Tandem claudit Volumen breve Epitaphium, ab Angelo Constantio Neapolitano exaratum, quod etiam legitur in cit. edit.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. max. Saec. XVI. nitidissimus, optime servatus, & charactere perpulcro exaratus. Constat foliis scriptis 72.

VITA D. MARIAE COLVMNAE MANCINIAE.

Cod. CCXXX. *VIta di Madama Maria Colonna Mancini Gran Constabilessa del Regno di Napoli, scritta da lei medesima a Monsieur N. N.* Inc. *L'ozio, che per lo più regna ne' Chiostri, e che addormenta quei spiriti, che son tutti di fuoco per la loro attività, havendomi voluto abbattere col suo vigore, fa che io mi armi con molta applicazione per ributtare li suoi attentati, e per mettermi in stato di sodisfare a tutto ciò, che voi desiderate così instantemente da me. E' qualche tempo, che per un effetto della vostra bontà, ho riceuto un libro, che contiene la vita della Duchessa Mazzarini mia sorella, e perchè ho compreso dalla lettera, che voi v' havete aggiunto, che è stato riceuto con applauso da tutto il Mondo, per trovarvisi le giustificazioni dell' azioni di mia sorella, che erano state condannate dal Signor Duca Mazzarino, e da' suoi amici, mi da occasione di persuadermi a far l'istesso, per confondere qualche indiscreto, che altro scopo non avendo ne' loro* (sic) *discorsi, che la maladicenza, mi biasimano di leggerezza, per le resoluzioni, alle quali mi sono lasciata trasportare per più buone, e forti ragioni. Se voi non vi foste servito, Monsieur, che di questo solo motivo, per persuadermi ad intraprendere un opera così dannosa, benchè di gran sollievo alla mia reputazione, io non haverei giammai dato di mano alla penna &c.* Des. *Io non so, se vi devo comunicare il mio segreto. Io penso ad ogni momento, come potessi fare per scappare di questo Convento. Le muraglie son grosse, e la situazione difficilissima per tale effetto. Frattanto io disegno di seguir l'esempio del Conte di Lauzon, che scavò due anni interi a Pinarolo per salvarsi. E' vero, che egli fu si disgraziato, che fu scoperto, ma ciò forse non avverrà a me. Sia pure quel che si vuole. Io ho una camera, che è la più propria del mondo per scavare, e questo è, che mi da gran voglia di tentar mia fortuna, se io posso venire a fine di questo disegno, come lo spero, ne saprete il successo. Eccovi, Monsieur, raccontato quello, che avete desiderato da me, e ciò che devo fare per obbedirvi, che sono.*

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. Saec. XVII. exeuntis. Constat foliis scriptis 30.

COLAE RENTII VITA.

I. pag. 1. Cod. CCXXXI. COlae Rentii Tribuni Romani Vita. Inc. *Cola de Rienzi fu de Linaio vasso, lo patre fu tavernaro habe nome Rienzi, la matre habe nome Matalena, la quale visse de lavare panni, e acqua portare &c.* Des. *iace solo in habito de povertate renchiusa in soa tomma, nè soie richezze vaizero che uno vile homo se faticasse a destennere quello cuorpo secunno debitam figuram supino.*

II. pag. 155. Anonymi Chronicon Saeculi XIV. praevio Capitum indice. Caput primum, quod Prologi vicem gerit, & inscribitur: *Prologo, e primo Capitolo, dove se demostra la rascione, per la quale questa Opera,*

Digitized by Google

ra, fatta fù, inc. *Dice lo glorioso missore Santo Isidoro nello Libro delle Etimologie, che lo primo homo de Grecia, che trovassi lettera fu uno Greco, lo quale habbe nome Cadmo; 'nnanti lo tiempo de questo, non era lettera &c.* Caput ultimum, quod est XVI., sub titulo: *Della Galea Sorrenata, e derobbata in Piatia Romana*, des., *e fu homo de masnata, & deventao virtuosissimo Capitania, e fecese homo de granne fatto, & de granne valore, e fu capo della granne compagnia; all' ultimo gli fu tagliata la testa 'n Roma, come se dicerao.* Opus est imperfectum, quum Capitibus XXVIII. ut ex praemisso indice apparet, constare debuisset. Fuit autem ab analphabeto amanuense ex antiquo Codice descriptum, unde mendis scatet plurimis, & lacunis undequaque relictis, interrumpitur lectio. Pro specimine huius Chronici proferimus Caput VI. inscriptum: *Come Frate Venturino venne a Roma colle Palommelle, e dello campanile di S. Pietro, la quale fu arso. Correvano anni Domini* MCCCXXXIII. *del mese..... in Quaresima. Vn Frate Predicatore, lo quale havea nome Frate Venturino de Bergamo de Lommardia dell' Ordine de S. Domenico commosse co' soi predicationi devote la maiure parte de Lommardia a divotione, e penitenza, e connusse questa iente 'n Roma allo perdono; erano Bergamaschi, Bresciani, Comani, Milanesi, Mantoani, una parte fuoro ientili, e buoni, ma le diece parte fuoro delle Vescovata. Questa iente, la quale venne co' Frate Venturino fu 'nnumerabile, e tanto fu più cosa maravigliosa, quanto arrecavano habito. L' abito lo quale questo Frate Venturino li havea dato, era, che questi portavano una gonnella bianca longa, passata mesa gamma, sopra la gonnella portavano uno tabarretto de biado corto fino allo ienuocchio, 'n gamme portavano caize de bianco, sopra le caize portavano calzaroni de corame fino a mezza gamma, in capo portavano una cappelluzza de panno de lino bianca, e de sopra portavano una cappelluzza de panno de lana biada, nella quale dalla fronte portavano uno tau, la parte de sopra era bianca, la parte de mieso era roscia, 'n pietto portavano una palomma bianca, la quale teneva 'n vocca uno ramo de oliva 'n segno de pace, nella mano ritta portavano lo bordone, nella manca li pater nuostri. Con questa iente Frate Venturino devenne per Lommardia predicanno; moita iente lo seguitava, venne in Fiorenza. Fiorentini gratiosamente recepiero cotale iente, fuoro divisi per le case caritativamente, e dato alloro da mangnare, buono lietto, lavati piedi, fatta moita caritate per tre dì, senza premio; puoi se muossero li moiti Fiorentini, e presero quello medesimo habito, e seguitano Frate Venturino, viengo a Vitervo, da Vitervo entraro 'n Roma. Hora la fama de Frate Venturino forte ventava a Roma, dicevase, che voleva convertire Romani. Quanno fu ionto, fù receputo 'n santo Sisto. Là predicao; soa iente moito pareva ordinata e bona, la sera cantavano le laode, bene ivano ad ordine, uno Confallone de zannato arrecavano, lo quale donao alla Minerva; allo die de presente penne nella volta della Minerva sopra la Cappella de Missore Latino, ene de zannato verde, longo, e ampio, drento stao penta là figura de Santa Maria, de là, e de chà staco penti Angili, li quali sonano viole, santo Domenico, e santo Pietro martire, e aitri Propheta; quello segnale lassao, puoi predicao 'n santa Maria Minerva lo die della Annuntiatione, poi predicao 'n Campituoglio nello parlatorio; tutta Roma trasse per odire sua predica forte tenaono mente Romani, queti stavano, ponevano cura, se peccava 'n faizo latino, allora predicao, et disse, cha sciogliessino le calzamenta delli piedi loro, cha la terra, dove stavano era santa, & disse, cha Roma era terra de moita santitate per le corpora, le quali 'n essa iaccio, ma Romani so mala iente: allora li Romani se ne risero; puoi se demannao una gratia, e uno dono a Romani davero, chello gioco de navoni non era fatto, disse Frate Venturino: Signori voi dovete fare una vostra festa, la quale gusta moita moneta, non uno nè per Dio, nè per Santi, ancho se fao per idolatria 'n servitio de Demonio, questa pecunia datela a me, io la dispenzaraio per Dio alli huomini necessitosi, li quali non puoco fornire lo tiempo fi allo sudario; vedi allhora li Romani se comenzaro a fare gabbe de esso, e dissero cha era pascio, così dicenno, non più demoraro, ancho se levaro 'n piedi e partierose, e lassarolo solo; puoi predicao in santo Ianni, Romani non lo volevano odire, ancho ne facevano la caccia, allhora se desperava dell' ira, e silli maledisse, e disse, cha mai non vidde più perverza iente. Non comparze più, ancho se partio de secreto, e ione fora de Roma, ione 'n Avignone; lo Papa lo privao dello predicare; 'n questo tiempo uno folgoro feriò lo campanile de Santo Pietro, e tutto lo cucurullò, arze, le campane non toccao. Ancho 'n questo tiempo morio Papa Ianni, dello quale ditto ene, quanno approssimao a morte, revocao lo errore de chi diceva, chalia anime delli Beati non veggo Dio de faccia, e disse cha ciò che havea ditto, havea ditto per disputatione fare.*

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. maiori, Saec. XVII. Constat foliis script. 257.

P. PIGNHER VITA COSMI I.

I. pag. 1 COsmi. I. Magni Etruriae Ducis vita, a Petro Pignher Lusitano conscripta. Praecedit Epistola nuncupatoria auctoris ad Serenissimum D. Franciscum Medicem, Magnum Etruriae Ducem, quae inc. *Ciaro si vede, Serenissimo Signore, Anacharse Filosofo, figliuolo di Re, benchè barbaro, e molti altri in tale professione, e in varie lingue, esaminar li ingeni loro &c.* Des. *solo che Iddio nostro Signore influia grazia a V. A. a che Scrittori gustino manifestar* Cod. CCXXXI.

sue

tue dignissime opere, ad imitazione di un tanto Padre. De V. Serenissima Altezza humil creato Pietro Pignher Lusitano. Tum Praefatio ita inscripta: *Ao muito alto, emvito, poderoso Sennor, Dom Sebastiano Rei de Portugal, Pedro Pigneiro humilde vassalo.* Inc. *Vniversal cousa è, Real Magestade, os Reis, Principes, e grandes Sennores, deseiare sempre emtender cousas altas e grandes, segumdo ao seu grado convem &c.* Des. *e V. Real Magestade tamben tera umbon spello.* Vita inc. *A Casa de Medices è notoria e manifesta a todo o mundo ser afordunatissima, e favorecida de Dios, e dos hommes &c.* Des. *doque eu posso dar con pura rzão, aver oque diguo visto .....* Videtur haec Vita imperfecta.

II. pag. 21. Monumenta quaedam ad historiam politicam, & litterariam pertinentia, inter quae nonnullae sunt Epistolae mutuae Cosmi Medices, & Episcopi Paulli Iovii, praevio Prooemio allegorico, cuius initium: *E pera tratar das cousas deste mundo, que muitos chamano misero, desconsolado, cheo de calamidades &c.*

III. pag. 33. *Descrition dela pompa funeral hecha en las ossequias del Serenissimo Sennor Cosme de Medices Gran Duque de Toscana, enel alma Ciudad suia de Florençia el dia* XVII. *de Maio del anno* MDLXXIV. *de orijinal Toscano tresladado en esta lengua.* Inc. *Siendo el Serenissimo Sennor Cosme de Medices Gran Duque de Toscana despues luenga e fastidiosa enfermedad espirado a mejor vida &c.* Des. *aquistò el Stado de Sena el anno 1557. i despues fue coronado Gran Duque de Toscana a dias 5. de Março 1570. Reinò entodo el tiempo annos 37. meses 3. dias 12. El fin.*

IV. pag. 51. b. *Oraçion hecha en latin alas ossequias del Serenissimo Cosme de Medices Gran Duque de Toscana, enel palaçio publico, alos* XVII. *de Maio* MDLXXIV. *i tresladada de Toscano en esta lengua.* Inc. *Grave cosa de grande esemplo, i de gran maravilla, por mandado de V. Altezza, Serenissimo Gran Duque, este dia de hazer entiendo &c.* Des. *la qual aora vencido del dolor del muerto padre, e del planto, se reposa solamente en la benignidad, e iustiçia de Vuestra Altezza. El fin.* MDLXXIV. Inter titulum, & initium huius Orationis in quadam tabella quadrata legitur litteris maiusculis exaratum monumentum hoc: *Pius V. Pont. Max. obeximiam dilectionem, & Catholicae Religionis zelum, praecipuumque iustitiae studium donavit.*

V. pag. 80. *Origen dela Ilustrissima Casa de Toledo i sus grandes proezzas.* Inc. *La Casa de Toledo manifiesta, i conoçida es por todo el mundo, i affortunadissima por el valor de bravissimos Capitanes, i hombres segnalados, que della an salido &c.* Des. *lo fuesse tambien para mandar tal fruto a um tanto Stado, como es el de Florençia, para bien, y aumento fellice de linea y estado, como fue Donna Leonor de Toledo fellice memoria, Duquesa de Florençia. El fiin.*

Codex chartaceus MS. Lusitanus in 4. Saec. XVII. Constat foliis scriptis 86.

ALDI MANVTII VITA COSMI I.

Vita di Cosimo de' Medici, primo Granduca di Toscana discritta da Aldo Mannuccio. Cod. CCXXXIII.

Inc. *Io incomincio a scrivere la vita di Cosimo de' Medici, primo Gran Duca di Toscana, la quale, sicome è per se degna, così per me confesso essere malagevole impresa a fornire.* Desinit imperfecte in verbis: *la quale* (idest Resp. Florentina) (1) *gli consegnerebbe ogn' anno un entrata, con cui insieme con il suo patrimonio intrattenendosi, potrebbe mantenersi in istato di magnifico Cittadino; gli ricordò la morte del Duca Alessandro, da cui sicur....* quae verba incidunt in editione, cui titulus: *Vita di Cosimo de' Medici primo Granduca di Toscana descritta da Aldo Mannucci. In Bologna* MDLXXXVI. fol. pag. 64. lin. 21.

Cod. chartac. MS. Italicus in fol. max. forte manu ipsius auctoris eleganter exaratus, in fine mutilus. Constat fol. script. 70.

BENVENVTI CELLINI VITA AB IPSOMET EXARATA.

Vita di Benvenuto Cellini scultor Fiorentino scritta da lui medesimo l' anno MDLIIX. Cod. CCXXXIV.

Praemittitur rerum omnium, quae in hoc Volumine continentur, locupletissimus index, & Epigramma italicum, ab eodem auctore compositum, quod inc.

Questa mia Vita travagliata io scrivo &c.

Vita inc. *Tutti gli uomini d' ogni sorte, che hanno fatto qualche cosa, che sia virtuosa, o sia veramente che le virtù somigli, doverieno, essendo veritieri, e dabbene, di lor propria mano descrivere la lor vita &c.* Des. *questo si era l' occhio diritto del Duca; questo si era bello e buono, e ne fu grandissimo danno. Io lasciai passar parecchi giorni, tanto che io pensai, che fussino rasciutte le lagrime, dappoi me n' andai a Pisa.* Concordat cum editione Florentina, quae curante Antonio Cocchio, ut mihi videtur, ex hoc descripta Codice, prodiit cum hoc titulo: *Vita di Benvenuto Cellini Orefice, e Scultor Fiorentino da lui medesimo scritta, nella quale molte curiose particolarità si toccano appartenenti alle arti, ed all' istoria del suo tempo, tratta da un ottimo manoscritto, dedicata all' Eccell di Mylord Riccardo Boyle &c. In Colonia per Pietro Martello* 4.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. Saec. XVII. nitidissimus. Constat foliis scriptis 740. ex utraque parte numeratis.

OCTA-

(1) Est adloquutio quaedam Cardinalis Ioannis Salviati ad Cosmum I.

Digitized by Google

OCTAVII DE STRADA HISTOR. IMPP. PARS PRIMA.

Cod. CCXXXV. a

CONtinuata Series, & Historia omnium Romanorum, Graecorum Imperatorum, necnon Tyrannorum, qui Imperium Romanum occupare conati sunt, una cum eorum uxoribus, liberis, & consanguineis, a Caio Iulio Caesare Dictatore, usque ad Constantinum XV. Imperatorem semper Augustum, additis ipsorum effigiebus, qui delineati sunt ex veris antiquis marmoreis statuis, tum Romae, tum in aliis Italiae, & Graeciae urbibus exstantibus, partim ex numismatibus aeneis, argenteis, & aureis ex ipsis archetypis fidelissime delineatis, per Octavium de Strada a Rosberg, Sacrae Caesareae Maiestatis Rodulphi Nobilem Aulicum, Antiquarium, & Civem Romanum, in quatuor Libros, seu Partes distributa, quarum tertia desideratur. Praemittitur locupletissimus index auctorum omnium, quibus in hac compingenda Historia usus est auctor. Tum sequitur Operis Dedicatio inscripta *Serenissimo Principi, Domino, Domino Ferdinando Medices Magno Duci Etruriae III. Domino suo clementissimo*, quae ita se habet: *Omnes, qui se artibus, & scientiis applicant, si quid in eis profecerint, illud in primis procurare debent, ut eorum labores, & studia aliis prodesse possint; aliter enim sibi ipsis, & non aliis, nati esse iudicantur. Quod quum ego animo revolverem, meamque erga Tuam Serenitatem devotionem ostenderem, laboravi diutius, ut aliquod munus, quod ei gratum esset, mitterem, qualis, ni fallor, praesens, Liber erit, quod nullus ante me, ni fallor, copiosius est consequutus, ut ex titulo apparet, est repletus* (sic). *Quem Tua Serenitas hilari animo accipiat, ut si quid in eis utile, & delectabile repertum fuerit, id totum Tuae erga me liberalitati, & animi clementiae adscribatur.* Liber primus incipit a Caio Iulio Caesare, & quidem ita: *Caius Iulius Caesar natus est Romae IV. Idus Quintiles &c.* Desinit in Caesare Romulo Momyllo, & in verbis: *Cum hoc Augustulo Imperium Romanum in Occidente concidit, Gothis illud obtinentibus, anno ab Augusti Imperio, & pugna ad Actium DV. minus diebus* X. *a Iulio Caesare* DXXII. *Fuit autem Occidens sine Imperatore annos* CCCXXIIII. *menses* IV. *videlicet usque ad Imperium Caroli Magni.*

Codex chartaceus MS. Latinus in folio, Saec. XVI. exeuntis, nitidissimus, & perpulcro charactere exaratus, & cum effigiebus singulorum Imperatorum diligenter delineatis. Constat foliis scriptis 90.

EIVSDEM HISTORIAE PARS SECVNDA.

Cod. CCXXXV. b

SEcunda pars de Vitis Imperatorum, & Caesarum Orientalium, necnon Tyrannorum, qui Imperium Romanum occupare conati sunt, una cum eorum uxoribus, liberis, & consanguineis, a Marciano I. Imperatore usque ad Constantinum XV. Imperatorem, additis ipsorum effigiebus fidelissime delineatis, per Octavium de Strada a Rosberg, Civem Romanum, Rodulphi Imperatoris Nobilem Aulicum, & Antiquarium. Inc. *Marcianus Imperator natus est in Illyrico; imperare caepit Constantinopoli ex Tribuno, post mortem Theodosii iunioris Augusti anno Christi* CDLX. *&c.* Des. *Constantini XV. Palaeologi Imperatoris uxor secunda, filia Principis Lesbii; cum ea ipse adhuc Peloponnesi Princeps exsistens, nuptias celebravit Gortinae, ubi & deinde cum ipso ab Amuratis classe obsessa est, sed non expugnata.* Tum sequitur auctoris effigies aere incisa, cum epigraphe: *In labore meo requies. Anno Christi* MDC. *aetatis* L. Vltimo tandem loco succedunt indices duo Imperatorum, seu Principum &c. quorum vitae continentur, tam in hoc, quam in superiori Tomo, primus eo ordine, quo sibi invicem successerunt, alter ordine alphabetico dispositus.

Codex chartaceus MS. Latinus in folio, Saec. XVI. exeuntis, ab eadem manu, qua superior, exaratus, iisdemque effigiebus decoratus. Constat foliis scriptis 102.

EIVSDEM HISTORIAE PARS QVARTA.

Cod. CCXXXV. c

QVarta pars a Flavio Valerio Constantino Magno Imperatore usque ad Placidium Valentinianum III. Imperatorem semper Augustum, una cum eorum uxoribus, liberis, & consanguineis, cum ipsorum numisimatibus fidelissime delineatis, per Octavium Strada, Sacrae Caesareae Maiestatis Aulicum, Civem Romanum, & Antiquarium. Liber inc. *Constantinus Magnus, in Britanniis, patre Constantio Pio, matre Helena genitus, anno urbis conditae* MXXIV. *Christi* CCLXXII. *&c.* Des. *Placidia, filia Valentiniani III. Imperatoris ex Eudoxia Augusta, neptis Theodosii iunioris ex filia, & Constantii Caesaris ex filio, soror; Eudoxiae Honorichi Vandali uxoris, ipsa vero cum matre, & sorore abducta captiva a Genserico Vandalorum Rege, postea Olybrio Imperatori nupsit.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XVI. optime servatus, & nitidissimo charactere exaratus, variisque numismatibus decoratus. Constat foliis scriptis 108.

OCTAVII DE STRADA SYMBOLA ROMM. IMPP.

Cod. CCXXXVI.

SYmbola Romanorum Imperatorum Occidentis, & Orientis, Regumque Hispaniarum, Galliarum, Anglorum, Scotorum, Lusitanorum, utriusque Siciliae, Hierusalemitarum, Polonorum, Hungarorum, Bohemo-

Digitized by Google

hemorum, Svevorum, Daniarum, Navarrorum, Austriarum, Burgundiorum, Sicambrorum, Cypriorum, Metensium &c. Nec non Principum Electorum, Archiducum, Ducum, Principum, Marchionum, totius Regni Germaniae, Galliae, Angliae, Hispaniae, & Hungariae, per Octavium de Strada, Sacrae Caesareae Maiestatis Nobilem Aulicum, Civem Romanum, & Antiquarium. Hunc titulum sequitur Epistola nuncupatoria inscripta *Serenissimo Principi, Domino, Domino Friderico Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariae, Sacri Romani Imperii Archidapifero, & Principi Electori, Domino suo clementissimo*, quae ita habet: *Omnibus ferme mortalibus, Serenissime Princeps, innata est libido sciendi, & in primis antiquorum Historias, quibus adeo delectamur, ut earum lectione, vel narratione, quamvis fictae essent, saepius taedium temporis fallamus, & animi aegritudines curemus, atque obliviscamur, sicuti patet in potentissimo illo Persarum Rege Ahasueros, marito Esther, de quo legimus in sacris Litteris, quod, quum nocte quiescere non posset, sibi Chronica legi iusserit. Antiquitus etiam mos fuit Graecis (Homero teste) in conviviis Regum, & Principum, ad exhilarandos animos heroum laudes decantare. Id autem non solum historiis, sed etiam fabulis acceptum ferre solemus. Quod considerantes plerique doctissimi viri, multum olei & operis in scribendis, ac transferendis historiis, atque fabulis insumpserunt. Praeterea natura insita est nobis cupido, nostri memoriam apud posteros propagandi, quod etiam summi Imperatores exoptarunt, qui non solum res a maioribus gestas, sed victorias propria industria partas in lucem ediderunt. Cuius rei, ut alios silentio praeteream, exemplo nobis esse possunt, cum Caius Iulius Caesar primus Romanorum Monarcha, cuius commentarii de Bello Gallico, & Civili, in omnium doctorum manibus teruntur, tum Lucius Septimius Severus Imperator, qui non solum sua facta & vitam, sed & adversariorum suorum, quos bello devicit, res gestas, moresque litteris, & memoriae mandavit, ut veteres historici testantur, quamvis huius scripta iniuria temporis interierint. Dum haec animo mecum reputarem, etiam mihi aliquid antiquitatis conscribere in mentem venit. Quidnam autem potissimum memoriae traderem consideranti, quum animadverterem iam plurimos, vitam, & res gestas summorum Pontificum, ac Imperatorum in lucem edidisse, paucos vero de Symbolis illustrium virorum tractasse, eamdem ipse elegi talem materiam, quam & maiores mei aliquando non sine laude tractarunt, & quae ad me quasi hereditario iure pervenit. Delineavi igitur Symbola, atque significata illustrium virorum, ac mulierum omnium gentium, despectumque a ceteris ordinem colui, atque multo labore ac temporis impendio, partim ex monetis ac picturis antiquis desumpsi, quae Symbolis adnexui, ac oculis conspicienda subieci. Quum autem iam a multis saeculis receptum sit, ut illi, qui aliquid librorum edunt, & in lucem emittunt, id Illustrissimis Principibus, & Magnificis Viris, tamquam patronis, & bonarum artium assertoribus, & defensoribus dedicent; ego quoque antiquorum morem violare non debui. Porro animo mecum evolvens, cuinam potissimum hosce meos exiguos labores offerrem & dedicarem, deligere, post longas tandem consultationes, nullum magis idoneum inveni, quam Serenissimam Celsitudinem Tuam, quam antiquitatibus, & liberalibus artibus ac earum sectatoribus & studiosis deditam & addictam esse a plurimis fide dignis percepi. Itaque Serenissimam Celsitudinem tuam maiorem in modum rogo, & obtestor, ut hasce qualescumque ingenii mei primitias pro innata tua erga antiquitatum studiosos clementia, & humanitate suscipere, aequi bonique consulere velis, neque dignitatem illarum, (quae nulla est), sed potius humillimam & promptissimam dantis voluntatem spectare digneris. Sic quae sub nominis tui auspicio tractare caepimus, tuo favore prosequemur. Vt autem dicendi finem faciam, Tuam Serenissimam Celsitudinem Dei optimi maximi, & filii eius Domini nostri Iesu Christi curae, & tutelae commendo, ipsum summis precibus indesinenter orans, ut Tuam Serenissimam Celsitudinem ad Sacrosanctae Ecclesiae suae incrementum, & salutem, subditorumque emolumentum servet incolumem.*

Tum sequuntur emblemata Imperatorum calamo pereleganti depicta. Emblema primum sequens est: *Rodulphus I. Romanorum Imperator, Comes Habspurgi*. Vltimum est: *Stanislaus Laski, Comes Palatinus, Sieradiensis, Dux in Casmar*. Notandum interim est plerisque horum emblematum praemissum fuisse lingua gallica breve compendium vitae illorum Imperatorum, & Regum &c. ad quos dicta emblemata pertinent.

Clauditur Volumen indice alphabetico nominum Romanorum Imperatorum, Regumque &c. quorum referuntur emblemata.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XVI. nitidissimus cum emblematibus eleganter depictis. Constat foliis scriptis 146.

EIVSDEM SYMBOLA ROMM. PONT. &c.

SYmbola Romanorum Pontificum, Imperatorum Occidentis, & Orientis, Regumque Hispaniarum, Galliarum, Anglorum, Scotorum, Lusitanorum, utriusque Siciliae Hierusalem, Sicambrorum, Metensium, Hungarorum, Bohemorum, Polonorum, Daniarum, Svevorum, Navarrorum, Austriarum Burgundiorum &c. necnon Cardinalium, Principum Electorum, Archiducum, Magnorum Ducum, Ducum, Principum, Marchionum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Comitum, atque aliorum illustrium

Cod. CCXXXVII. a.

Digitized by Google

lustrium omnium nationum, virorum, ac mulierum, per Octavium Strada, sacratissimae Caesareae Maiestatis Aulicum, & Civem Romanum. Praemittitur Operi Epistola nuncupatoria inscripta *Serenissimo Principi Domino D. Francisco Medices Magno Duci Etruriae II. Domino suo clementissimo*, quae eadem est, ac illa, quae legitur in Codice superiore CCXXXVI. pag. 478. mutato tantum titulo. Primum emblema est Innocentii VIII. & ita habet: *Innocentius VIII. Genuensis, antea Ioannes Baptista Cibo, Pontifex maximus.* Vltimum est Ioannis Marchionis &c. & est sequens: *Ioannes Marchio Brandeburgensis, Sacri Romani Imperii Elector, Dux in Kistrin, Burgravius Norimbergensis.* Denique claudit Volumen exactissimus index ordine alphabetico dispositus, omnium Pontificum, atque Imperatorum, de quibus in hoc Volumine ab auctore pertractatur.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XVI. exeuntis, optime servatus, nitideque exaratus, & cum variis emblematibus calamo pereleganter depictis. Constat foliis scriptis 108.

EIVSDEM OPERIS PARS ALTERA.

Cod. CCXXXVII. b

SYmbola secundi Tomi Archiducum, Magnorum Ducum, Principum, Marchionum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Comitum, atque aliorum illustrium omnium nationum virorum, ac mulierum, per Octavium Strada, sacratissimae Caesareae Maiestatis Aulicum, & Civem Romanum. Emblema primum incipit ab Alberto II. Austriae Duce, & quidem ita: *Albertus II. Sapiens, Dux Austriae, Comes Habspurgi, Langravius Alsatiae.* Vltimum est Ioannis Rubri, & ita habet: *Ioannes Ruber, Baro in Grafenberth, Dominus in Pixendorff &c. Consiliarius Maximus, & Rudulphi Imperatoris Generalis inferioris Regni Hungariae.* Tum sequitur emblema Octavii de Strada huius Operis auctoris, & quidem ita: *Octavius de Strada sacratissimae Caesareae Maiestatis Aulicus, & Civis Romanus.* Tandem claudit Volumen exactissimus index, ordine alphabetico dispositus, omnium Principum, & Ducum, qui in eo ab auctore memorantur.

Codex chartaceus MS. Latinus in folio, Saec. XVI. exeuntis, optime servatus, & nitidissime exaratus, & cum variis emblematibus admodum eleganter depictis. Constat foliis scriptis 104.

VALERIVS MAXIMVS.

Cod. CCXXXVIII.

INcomincia *il Libro di Valerio Maximo de' facti, e decti memorabili a Tiberio Cesare.* Praemittitur Prooemium, cuius initium: *Li facti e li decti, li quali sono degni di memoria della Città di Roma, e dell' extrane genti, i quali facti, e decti appo altri au-*

tori più largamente sono distesi, ordinai d'eleggere quelli, i quali furono scelti dalli excellenti autori, acciochè brievemente conoscere si possano, et acciochè la fatica del lungo ricercare si cessi da coloro, che vorranno essere amaestrati; nè in me il desiderio d'abracciare tutte le cose entroe &c. Finis: *Et perochè nel mio animo è di cominciare della Religione delli Idii, della conditione di quella sommariamente dispognamo.* Caput primum Libri primi inscriptum: *Della Religione*, inc. *Li nostri maggiori vollono, che si disponessono, poichè li furono tolti via li libri delli orribili miracoli, li ordinati, e solenni sacrifici, per la scientia de' Pontefici, e di bene operare le cose, vollono che si disponesse per autoritade di quelli, che prendeano li augurii, e per solennitade, & risponso d'Apollo, et per annuntiamento delle Sibille, et questo, secondo la docirina della contrada de Truscia &c.* Caput ultimum Libri IX. inscriptum: *Coloro, che in basso luogo nati si sforzarono di mescolarsi alle chiarissime famiglie per bugia*, des. *in quella quistione non diede luogo di sua volontade la Religione de' Senatori, alla calunnia del domandatore, nè alla violenza del popolo. Amen.* Tum subiiciuntur haec verba: *Finito lo Libro dì Valerio Maximo scritto nelli anni Domini* MCCCCII.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. max. Saec. XV. ineuntis, binis columnis diligentissime exaratus, cum titulis singulorum Capitum, & litteris initialibus Librorum rubricatis, & in calce primae paginae stemmate gentilitio familiae Mediceae, & Salviatae decoratus. Constat fol. scriptis 112.

PETRI MINERBETTI CHRONICON.

Cod. CCXXXIX.

PEtri Minerbetti, Civis Florentini, Historia suorum temporum ab anno MCCCLXXXV. ad annum MCCCCVIII. Praecedit tabula primae sectionis, cui subiicitur Carmen italicum, vulgo *Sonetto*, quod ita se habet:

Tu che leggi, considera gli affanni,
Che questo Libro mostra di Fiorenza,
Vedrai di Cittadin la gran prudenza
Alla difesa contro de' tiranni.
A riparar da' tradimenti, e 'nganni
L' opere lor di gran magnificenza
Vedrai, che abbattuta ogni potenza
Degli inimici, e godon su gli scanni.
Tu troverai in queste poche carte,
Come la 'nvidia gli à sempre percossi,
Levando contr'a lor Pallade, e Marte.
Tutti tiranni an sollevati e mossi
A' tradimenti, e 'nganni con grand' arte,
Facendo gli terren di sangue rossi.
Chi contro a lor levossi
Suo fine è stato piato doloroso,
E' l Fiorentino si siede glorioso.

Tum alia manu, ut videtur, Nicolai Machia-

Digitized by Google

chiavelli, huius forte Codicis possessoris, hi versiculi adscripti sunt:

O Machiavel, che meco ti trastulli,
Guarda che la lucerna non m' azzuffi,
Rendimi presto, e guardam da' fanciulli.

Tandem occurrit Prooemium tali pacto: *Al nome, e laude, e gloria sia della individua Trinità. Cominceremo questo Libro, e prima, perchè cagione mi muovo a scrivere quello, chessi farà in Firenze, e in molti luoghi, e da cui, cominciando l' anno mille* LXXXV. (omisit numerum CCC.) *Perocchè a me molto diletta ragionare delle cose sute, e fatte, e di quelle, che già al mio tempo furono operate, m'è molto per l' adietro dilettato di ragionarne, e diletto ancora, e nel parlare, ch' io soleva fare di quelle, dire il tempo, in che erano istate fatte, e operate, e la mia memoria solea molto ritenere in se quello, che udiva dire, chessi faceva in alcuna parte, e altresì quello, che fare vedeva; e così quando di quello, che era istato fatto, io ragionava con alcuna persona, io soleva dire, in che anno, e in che mese, e in che dì erano istate fatte quelle operationi, e cose di che si parlava, o ragionava; ma oggi è tanto indebilita la memoria, che io delle cose, ch' io odo si fanno, o adoperano in alcuno luogo, appena uno anno le tengo a mente, o di quelle mi ricordo, e 'l come, e 'l dove, e da cui sono fatte non tengo; e questo ispesse volte mi muove a ira, e dammi cagione di grande dolore, perochè alcuna volta questo non ricordarmi delle cose passate, m' è istato di vergogna, e per questo mi sono posto in cuore di fare alcuno ricordo per me solo di quelle cose, che udirò si faccino in molti luoghi, e da cui si faranno, e adopereranno, che si facciano, e da cui si facessono fare, per potere quelle cose almeno leggere, delle quali udendole dire ad altrui, non me ne ricordasse; ma non però è mia intentione di scrivere tutte le cose, che udirò si facciano, ma sì parte di quelle, chessi faranno, o in Firenze, o altrove, le quali al mio parere meritino di essere iscripte.* Libri primi Caput I. inscriptum: *Come il Conte di Vertù prese Messer Bernabò, e figliuoli a tradimento, e tolseli la parte sua di Milano, e l' altre terre, che teneva, e poi miselo in pregione,* inc. *Messer Galeazzo, il quale si fa chiamare Conte di Vertù, il quale è l' uno dei due Signori di Milano, del mese di Maggio 1385. facendo vista d' andare a un perdono, e così dava la boce d' andare, accompagnato da più di dumila Cavalieri suoi soldati, e provvigionati, e sua via era passare allato a Milano, la qual chosa sentendo Messer Bernabò de' Visconti, ch' era l' altro Signore di Milano, fidandosi molto di lui, perochè il detto Conte di Vertù era suo nipote, e suo genero, uscì fuora della Città di Milano, e andavagli incontro con pochissima gente disarmata, insieme con due suoi figliuoli, cioè Messer Ridolfo, e Messer Luigi, il quale avea per moglie la sirocchia del detto Conte di Vertù, a parlare insieme, e farsi festa, perochè era istato più tempo, che non lo aveva veduto, e tenealo per suo figliuolo, e così lo chiamava; ma il detto Conte di Vertù vedendo allora il tempo, ch' egli avea molto desiderato, prese il detto Messer Bernabò, e suoi figliuoli a grande tradimento &c.* Caput XXXV. ultimae sectionis: *Come il Capitano de' Fiorentini tornò a Firenze, e rendè le insegne, e fu honorato, e paghato, e poi si tornò a Pesero a chasa sua,* des. *poi perchè li Fiorentini non aveano più bisogno di tanta ispesa, ed egli medesimo* (idest Malatesta) *così voleva, se n' andò a chasa sua colla grazia di tutto il popolo Fiorentino.* Tum subiicitur sequens amanuensis nota, & Epigramma italicum:

A laude di Christo, e della Madre, disse,
Quando Don Luca dalla Scarperia
Di Valombrosa Monacho mi scrisse. (1)
Lo spirito gentil, che mai non posa
Sempre a cercar virtù, e conoscenza
Tra' cittadini degni di Fiorenza
Vn giovan v'è di fama gloriosa,
Che ricercando và ciascuna cosa,
La qual di verità tenga sentenza,
Di Signor, di Cristiani, e lor potenza,
La vita lor felice, e la noiosa.
Riducer me l' à fatte in queste carte
Le molte cose in un piccolo spazio,
Come contro a Firenze è stato Marte.
Ma l' alto Idio, qual' io sempre ringrazio,
L' à fatta sormontar da ogni parte,
E di lodar tal cosa non mi sazio.
Perchè da S. Brancazio
Istà costui, ch' io lodo in fatti, e detti,
Chiamasi Pier di Giovan Minerbetti.

Ex hoc eodem Codice descripta lucem vidit haec Chronica inter Rerum Italicarum Scriptores ab anno aerae Christianae millesimo ad millesimum sexcentesimum ex Florentinarum Bibliothecarum Codicibus, Florentiae typis Allegrini, Pisoni, & Sociorum MDCCLXX. fol. Tom. II. a pag. 78. ad pag. 628. ubi videndus Prologus praevius, in quo de Petro Minerbetto, qui a Sixto IV. Pont. Equestri Ordine donatus est anno MCCCCLXXI. pauca proferuntur; ego autem illo antiquiorem nostri Chronici auctorem esse crediderim.

Codex chartaceus MS. Italicus in folio, Saec.

(1) Ex hac subscriptione nonnulli hallucinati sunt, atque hunc Lucam de Scarparia, auctorem huiusce Historiae fuisse adfirmarunt, quod cl. Laurentius Mehus scite animadvertit in Vita Ambrosii Camaldulensis pag CCCXVII. Multa autem exscripsit Lucas, in quorum fine illa eadem recoxit carmina; in calce siquidem Codicis chartacei Bibliothecae Magliabechianae, cui titulus *Fiorita*, collecta a Guidone Pisano, eodemque Carmelitanae familiae Monacho, legitur:

A laude di Dio, e della Madre, disse,
Quando Fra Luca della Scarperia
Di Valombrosa Monaco mi scrisse

Quod Opus ab eadem certe manu scriptum est, qua praesens Petri Minerbetti Chronicon.

Digitized by Google

Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum titulis, & litteris singulorum Capitum rubricatis. Constat foliis scriptis 160.

OFFICIVM B. MARIAE VIRGINIS &c.

Cod. CCXL.

PRaecedit Calendarium lingua gallica conscriptum, cum signis Zodiaci, & aliis figuris, rusticas cuiuslibet mensis operationes indicantibus. Tum sequuntur quatuor Evangelia, seu potius lectiones Evangeliorum, nimirum S. Ioannis, quae legitur in fine Missarum, S. Lucae, quae legitur in festo Annunciationis, S. Matthaei, quae legitur in die Epiphaniae, & sancti Marci, quae legitur in die Adscensionis, itemque Oratio ad beatam Virginem. Officium B. Mariae Virginis incipit a pag. 12. & desinit in pag. 38. Succedit deinde Officium de Cruce, & de Spiritu Sancto. Pag. 47. septem Psalmi Poenitentiales. Pag. 55. Officium Defunctorum. Claudunt Codicem Orationes variae, & Antiphonae, nimirum de Sanctissima Trinitate, de S. Ioanne Baptista, de S. Iacobo Apostolo, de S. Christophoro, de S. Sebastiano, de S. Nicolao, de S. Antonio Abbate, de S. Anna, de sancta Maria Magdalena, de S. Catharina, & de S. Margarita. Singulis autem Evangelicis lectionibus, Officiis, & Orationibus, quas recensuimus, praemittuntur elegantissimae picturae Evangelistarum, & Sanctorum, ad quos pertinent tam Evangelia, quam Orationes. In Officio B. M. Virginis ad singulas Horas videre est item varias picturas, exhibentes mysteria vitae eiusdem Virginis Mariae; quod & de aliis Officiis intelligendum est; Officio enim de Cruce, Crucifixio Domini nostri Iesu Christi, Officio de Spiritu Sancto, Descensio eiusdem praefigitur vivis coloribus expressa. Officium tandem Defunctorum decorat pictura sanctum Iob ulceribus plenum, & sanie manantem exhibens. Notandum denique est in pagina illa, quae respicit initium Officii B. Virginis, quaeque tota depicta est, expressam fuisse feminam quamdam regio paludamento indutam, genibus flexis, & manibus iunctis orantem, ad quam fortasse hic libellus precum pertinebat, comitantibus variis mulieribus eius servitio addictis.

Codex membranaceus MS. Latinus, charactere tamen gallico conscriptus, in 4. min. Saec. XV. in margine singularum paginarum ornatus, & initialibus aureis Psalmorum, & Orationum decoratus, ex gazophylacio M. D. E. in Bibliothecam Laurentianam translatus die XIX. Maii MDCCLXXXIII. Constat foliis scriptis 80.

OFFICIVM B. MARIAE VIRGINIS &c.

Cod. CCXLI.

EAdem continet hic Libellus cum iis, quae in superiori habebantur, eodemque ordine disposita, exceptis Orationibus, quae heic desunt omnino. Hunc quoque Codicem exornant elegantissimae picturae in principio singulorum Officiorum, & Horarum Canonicarum, numero XVIII. quae ut plurimum exprimunt varia vitae B. M. Virginis mysteria, & imagines Evangelistarum, ut in dicto Codice.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. cum initialibus, non solum Psalmorum, sed etiam versuum aureis, & ornatu marginali in singulis paginis, in cuius calce depictum est stemma quoddam gentilitium. Hunc autem Codicem dono dedit huic Bibliothecae Petrus Leopoldus M. D. E. die XIII. Novembris anno MDCCLXXXIX. Constat foliis scriptis 178.

OCTATEVCHVS.

Cod. CCXLII.

COntinet hic Codex priores Libros VIII. Sacrae Scripturae, nimirum Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Iesum Nave, Iudices, & Ruth, ex graeca septuaginta Interpretum versione, cum uberrimis scholiis marginalibus manus aeque antiquae in singulos Libros, praeterquam in Genesim, quae quum fortasse partim vetustate, partim possessorum incuria male redacta esset, ut colligitur ex primis paginis Exodi, quarum margines sunt valde corrupti, & maculati, a manu multo recentiori, & aliquantum rudi suppleta ex integro fuit. Sed ad ipsorum Librorum recensionem veniamus.

I. pag. 1. Liber Genesis propter barbare avulsam primam paginam supplementi, incipit a verbis ..., *ἀνατεῖλε. οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν κ. τ. λ.* quae pertinent ad Caput II. vers. 5. Des. *καὶ ἔθηκαν ἐν τῇ σορῷ ἐν Αἰγύπτῳ.*

II. pag. 34. *Βιβλίον τῆς Ἐξόδου. Liber Exodi.* Inc. *Ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν υἱῶν Ἰσραήλ.* Des. *ἐν πάσαις ταῖς ἀναζυγαῖς αὐτῶν.*

III. pag. 103. *Λευιτικόν. Leviticus.* Inc. *Καὶ ἀνεκάλεσε Μωυσῆν, καὶ ἐλάλησε Κύριος αὐτῷ.* Des. *ἃς ἐνετείλατο ὁ Κύριος τῷ Μωυσῇ πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐν τῷ ὄρει Σινά.*

IV. pag. 157. *Ἀριθμοί. Numeri.* Inc. *Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωυσῆν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ Σινά.* Des. *ἐν χειρὶ Μωυσῆ ἐπὶ δυσμῶν. Μωὰβ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου κατὰ Ἰεριχώ.*

V. pag. 217. b. *Δευτερονόμιον. Deuteronomium.* Inc. *Οὗτοι οἱ λόγοι, οὓς ἐλάλησε Μωυσῆς πάντι Ἰσραὴλ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.* Des. *ἃ ἐποίησε Μωυσῆς ἐναντι πάντος Ἰσραήλ.*

VI. pag. 266. b. *Ἰησοῦς Ναυῆ. Iesus Nave.* Inc. *Καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν τελευτὴν Μωυσῆ, εἶπε Κύριος τῷ Ἰησοῦ Ναυῆ.* Des. *καὶ παρ-*

Digitized by Google

ἔδωκεν αὐτοὺς Κύριος εἰς χεῖρας Ἐγλὼμ τῷ βασιλεῖ Μωὰβ, καὶ ἐκυρίευσεν αὐτῶν ἔτη δεκαοκτώ.

VII. pag. 296. b. Κριταί. *Iudices*. Inc. Καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰησοῦ, καὶ ἐπηρώτων οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ διὰ τοῦ Κυρίου. Des. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκ ἦν βασιλεὺς Ἰσραήλ· ἀνὴρ τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐποίει.

VIII. pag. 326. b. Ῥούθ. *Ruth*. Inc. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κρίνειν τοὺς Κριτάς. Des. καὶ Ὠβὴδ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί, καὶ Ἰεσσαὶ ἐγέννησε τὸν Δαβίδ.

Pro scholiorum specimine unum adferimus ex initio Libri Numerorum pag. 157. quod sequens est: Διατὶ προσέταξεν ἀριθμηθῆναι τὸν λαόν; Ἵνα τῆς οἰκείας ἐπαγγελίας δείξῃ τὸ ἀληθές· ὑπισχνούμενος γὰρ τῷ Ἀβραὰμ ἐφή· πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. ἔδειξε δὲ τὴν τῆς ἐπαγγελίας ἀλήθειαν· ἐκ πέντε γὰρ καὶ ἑβδομήκοντα τῶν εἰς Αἴγυπτον κατελθόντων ἑξακόσιαι χιλιάδες καὶ τρισχίλιοι καὶ ἑξακόσιοι καὶ πεντήκοντα ἄνδρες ἠριθμήθησαν δυνάμενοι πολεμεῖν, καὶ τῆς ἐξαύρου ἡλικίας, καὶ μέν τοι καὶ τοῦ θήλεος γένους, καὶ τῆς λευιτικῆς φυλῆς· οὐδὲ γὰρ αὕτη ταῖς λοιπαῖς συνηριθμήθη. ταύτην ἑαυτοῦ τὴν δύναμιν δηλώσων ὁ δεσπότης Θεὸς, καὶ διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαίου ἐφή· Βλέψατε εἰς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ὑμῶν, καὶ εἰς Σάρραν ὠδίνασαν ὑμᾶς, ὅτι εἷς ἦν· καὶ ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ ηὐλόγησα αὐτὸν, καὶ ἐπλήθυνα αὐτόν.

Codex membranaceus MS. Graecus in fol. Saec. XI. maximi pretii, ex Bibliotheca Dominicanorum Fesulana, iussu Leopoldi II. Aug. in Laurentianam inlatus an. MDCCXCI. pro Opere Biblico Graeco septuaginta Interpretum Academiae Oxoniensis, diligenter collatus cum Bibliorum Graecorum editione Romana, iussu Sixti V. Pont. Max. anno MDLXXXVII. fol. Constat foliis scriptis 330.

EVANGELIARIVM GRAECVM PRIMVM.

Cod. CCXLIII. COntinet hic Codex quatuor Evangelia exarata, non secundum continuatam uniuscuiusque Evangelistae narrationem, sed in certas divisa partes, & sectiones, quas graeci τμήματα, μέρη, περικοπὰς &c. vocant, latini *Lectiones*, ad singulorum dierum, ac praecipue festorum usum adcommodata, iuxta Ecclesiae graecae liturgiam, modo unius, modo alterius Evangelistae contextu, quandoque etiam pluribus in locis, prout opus erat, interposito; ita tamen, ut Evangelicam seriem non prorsus interrumperent. Exceptis enim quibusdam solemnibus festis, quae peculiare sibi adsciscerent Evangelium, in reliquis anni diebus ita illam partiri consueverant, ut unius prius Evangelistae contextum in tmemata dividerent, diebusque aptarent; postmodum alterius continuarent, donec omnia absolverent, diebusque Dominicis ab Evangelii scriptore nomen imponerent; dicebant enim: ἡ πρώτη κυριακὴ τοῦ Ματθαίου, ἡ δευτέρα τοῦ Ματθαίου, *prima Dominica Matthaei, secunda Matthaei*, & sic de ceteris, ut fusius animadvertimus in Catal. nostri Graecorum Codicum Tom. I. pag. 83. in recensione Codicis secundi Plut. VI. Biblioth. Laurent. cum quo noster hic Codex concordat. Non est igitur in hoc Evangeliario quaerendus ordo ille, qui in vulgatis obtinet exemplaribus; nam ab Ioanne exorditur, nimirum pag. 1. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, quem sequitur Matthaeus pag. 52. ita: Εἶπεν ὁ Κύριος, ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων. Tum Marcus pag. 103. b. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας. Denique Lucas pag. 129. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ Ἡρῴδης ὁ τετράρχης κ. λ. cui iterum pag. 188. b. aliae ex Marco pericopae succedunt. Has lectiones anni feriis, Dominicisque adcommodatas, quae ad pag. usque 314. progrediuntur, excipiunt illae, quae diebus aliis Deo, Sanctisque eius dicatis, a Septembri usque ad Augustum occurrentibus recitabantur, hinc inde ab Evangelistis desumptae.

Codex membranaceus MS. Graecus in fol. Saec. XI. magni faciendus, optime servatus, & perspicuo charactere exaratus, cum titulis singularum lectionum aureis, & initialibus earumdem item auro, variisque coloribus egregie depictis, necnon pulcherrimo ornatu in principio uniuscuiusque Evangelii, itemque in principio Menologii, in cuius calce legitur monumentum de adquisitione huius pretiosissimi Codicis, quam fecit Respublica Florentina anno MCCCCLIV. Hoc autem Evangeliarium una cum sequenti ex gazophylacio M. D. E. in hanc Bibliothecam translatum fuit die XIX. Maii MDCCLXXXIII. Constat fol. scriptis 368.

EVANGELIARIVM GRAECVM SECVNDVM.

Cod. CCXLIV. LEctiones quaedam Evangelicae, quae in Ecclesia graeca Constantinopolitana canebantur in solemnioribus festis Domini, B. Mariae Virginis, & quorumdam Sanctorum, characteribus totae aureis exaratae, quibus praecedit Epistola latina Alexii Caeladeni Episcopi Amalphitani ad Iulium II. Pont. Max. qua Codicem hunc illi dono missum prosequitur, quae ita inscribitur, & inc. *Alexii Caeladeni Episcopi Melfitani ad Iulium huius nominis II. Pont. Max. de graeco Evangeliorum Codice, quo eum donavit, & in suam, totiusque graecorum nationis commendationem. Etsi non minus mea privatim, quam patriae publice fortuna me moneat &c.* Des. *ut malim quaeratur, cur non habuerim, quam cur habuerim damnetur, vel penitus ignoretur.*

Lectiones sunt XXII. nimirum I. in Dominica Resurrectionis, II. in Dominica in Albis, III. in feria IV. mediae Pentecostes, IV. in festo Adscensionis, V. in festo Pente-

co-

Digitized by Google

costes, VI. in die prima Septembris, in memoria S. Patris Simeonis Stylitae, VII. in Nativitate B. Mariae Virginis, VIII. in Exaltatione S. Crucis, IX. in Synaxi Archangelorum, X. in Sancta Sanctorum, XI. in Dominica ante Christi Nativitatem, XII. in Nativitate eiusdem, XIII. in Circumcisione Domini nostri Iesu Christi, & in memoria S. Patris Basilii, XIV. in Dominica ante Lumina, XV. in die Luminum, XVI. in Occursu Domini nostri Iesu Christi, XVII. in Annunciatione B. Mariae Virginis, XVIII. in die sancti magni Martyris Georgii, XIX. in Nativitate Praecursoris, XX. in die SS. Petri & Pauli Apostolorum, XXI. in Transfiguratione D. N. I. C. XXII. in Dormitione B. Mariae Virginis. Prima lectio pro Dominica Resurrectionis inc. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν &c. XXI. in Transfiguratione Domini, des. μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Sunt autem lectiones istae in quinque partes divisae, quarum primae praefigitur sancti Ioannis figura eleganter depicta, secundae Domini nostri Iesu Christi imago cum Scribis disputantis, tertiae S. Matthaei, quartae S. Marci, & quintae S. Lucae; tituli vero singularum lectionum sunt charactere rotundo conscripti. Notandum praeterea est in hoc Codice, praeter accentus, notas etiam quasdam ad vocis modulationem dirigendam adcommodatas, adpositas identidem fuisse. Tandem in fine Codicis sequuntur quaedam liturgica, manu aliquanto recentiori, & tribus foliis membranaceis comprehensa, quae quum nihil ad praemissa Evangelia pertineant, pro custodia huius tam pretiosi Codicis compacta fuisse videntur. Claudunt Volumen subscriptiones duae rubro charactere exaratae, brevem huius Codicis historiam continentes, quae omnia fusius in sequenti, tam de hoc, quam de superiore Evangeliario Dissertatione explicantur.

Codex membranaceus MS. Graecus in fol. Saec. XI. totus aureis litteris conscriptus, optimeque servatus, in quo praeter alia ornamenta, quae in ipso passim occurrunt, praefulget in principio pictura elegantissima, exhibens Iulium II. Pontificem in throno sedentem in medio duorum Cardinalium, cui sum Volumen offert genuflexus Alexius Caeladenus. Constat foliis scriptis 120.

ANG. MAR. BANDINI

DE DVOBVS EVANGELIARIIS GRAECIS

SVB. NVM°. CCXLIII. ET CCXLIV. DESCRIPTIS

DISSERTATIO.

DVo haec graeca Evangeliaria, quatuor ferme saeculis in publico Florentinae Reipublicae Palatio adservata, me curante, ad insignem Laurentianam Bibliothecam locupletandam, una cum Pandectis, chartisque Florentini Oecumenici Concilii autographis, nuperis annis translata fuerunt.

Horum primum anno MCCCCXIV. a Supremo Florentinae Reipublicae Magistratu adquisitum fuit, & testumus ex illis Ecclesiae Libris, qui in graeca liturgia praecipuum inter alios locum obtinebant, & Εὐαγγελιστάρια, sive Τετραευαγγέλια vocabantur. Quatuor autem continet sacrosancta *Iesu Christi* Evangelia, ita tamen exarata, ut sacri textus historia, nec prorsus continuata, nec prorsus interrupta dici possit; non continuata, quia licet integra quatuor Evangelia exhibeat, ea tamen in certas sectiones divisa sunt, quas graeci τμήματα, μέρη, περικοπὰς, ἀναγνώσεις, ἀναγνώσματα, latini *Lectiones* appellant, singulis totius anni diebus adcommodatas, interposita quandoque modo unius, modo alterius Evangelistae, prout ejus fuerit, particula, praecipue in aliquibus solemnitatibus, quae peculiare sibi poscunt Evangelium; non prorsus interrupta, quia, licet identidem eiusmodi fiat aliarum lectionum interpositio, in reliquis tamen anni diebus totus uniuscuiusque Evangelistae contextus ab initio usque ad finem ordinatim adfertur; ubi notandum singulos dies Dominicos a scriptore Evangelii, quod in ipsis legitur, nomen accipere, ita ut apud graecos dicatur ex. gr. ἡ πρώτη κυριακὴ τοῦ Ματθαίου, ἡ δευτέρα τοῦ Ματθαίου; & sic de ceteris, ut docet *Leo Allatius in prima de Libris Eccles. Graecorum* Dissertatione.

Lectio-

Digitized by Google

Lectiones igitur nostri Codicis initium sumunt ab Evangelio *S. Ioannis*, & a Dominica Resurrectionis. Prima lectio titulum praefert characteribus aureis uncialibus ita expressum: Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην, incipitque a verbis: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος κ. λ. & ex hoc Evangelio legitur in septem integris hebdomadibus, quae intercedunt inter Dominicam Resurrectionis, ac Pentecostes, tribus solummodo diebus exceptis, in quibus desumuntur lectiones ab aliis Evangelistis, tertia videlicet feria infra octavam Paschae, Dominica secunda post Pascha, & in die Adscensionis, tali pacto nuncupatis: Τῇ γ' τῆς διακινήσεως, κυριακῇ τῶν μυροφόρων, & τῇ ἑ τῆς ἀναλήψεως. In primo, ac tertio, ab Evangelio *S. Lucae*, in secundo autem, ab illo *S. Marci* lectio desumitur.

Exinde occurrit secundo loco *S. Matthaei* Evangelium, eiusque lectiones, incipiunt a secunda post Pentecostem feria, atque ex ordine per decem & septem hebdomadas progrediuntur; adeo ut in primis undecim, ipsius legantur Evangelii sectiones quotidie, sine ulla interruptione; a duodecima vero usque ad decimam septimam hebdomadam in solis Sabbati, ac Dominicae diebus; quum aliis quinque diebus lectiones a S. *Marci* Evangelio desumptae adsignentur.

Adnectitur tertio loco S. *Lucae* Evangelium, ac ipsius legendi initium fit a feria secunda post Dominicam, quae S. Crucis Exaltationi succedit; & continuatur quotidie per duodecim integras hebdomadas; a secunda autem feria decimaetertiae hebdomadae, ac deinceps, legitur ex ipso tantummodo in sabbatis & Dominicis; quum in aliis quinque diebus lectiones a S. *Marci* Evangelio desumantur.

Quarto denique loco S. *Marci* Evangelium sequitur, ac de ipso, praeter ea omnia, quae inter S. *Matthaei*, ac S. *Lucae* lectiones fuerunt intermixta, ut animadvertimus, quod restat, in lectionibus priorum quinque sabbatorum, ac Dominicarum Quadragesimae absumitur, donec perveniatur ad hebdomadam Sanctam, quae a graecis μεγάλη ἑβδομὰς, & aliquando, ut in Codice nostro, μεγάλη solummodo dicitur. Evangelicae autem lectiones pro singulis ipsius diebus, absque ulla distinctione, nunc ab uno, nunc ab altero Evangelista excerptae sunt, ac prae reliquis notanda Εὐαγγέλια ιϛ' τῶν ἁγίων παθῶν, *duodecim* videlicet *Passionis Evangelia*, Εὐαγγέλια τῶν ὡρῶν τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης παρασκευῆς, quatuor *Evangelia pro horis* (Prima, Tertia, Sexta, ac Nona) *feriae sextae in Parasceve*; ac denique τὰ ἐωθινὰ ια' ἀναστάσιμα Εὐαγγέλια, *undecim Evangelia dicenda in Dominicis ad Matutinum, in quibus Christi Domini Resurrectionis fit mentio*. Absolutis Evangeliis de Tempore, sequuntur propria Sanctorum, quae apud graecos sub nomine Menologii comprehendebantur; ac re quidem vera ipsis praemittitur hic titulus litteris aureis exaratus: Ἀρχὴ τοῦ Μηνολογίου, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ α' ἀρχὴ τῆς ἰνδίκτου. Complectitur hoc Evangelia de natalitiis Sanctorum per anni cursum occurrentibus legenda, quae incipiunt a Kalendis Septembris, & progrediuntur usque ad diem XXXI. Augusti; nonnulla autem ipsorum proprium suo loco obtinent Evangelium; aliorum vero enunciatur locus, ex quo desumi debet. Claudunt tandem Codicem nostrum Εὐαγγέλια εἰς διαφόρους μνήμας, idest *Evangelia pro variis commemorationibus* legenda, quae apud nos Evangelia pro Communi Sanctorum dicuntur.

Codex hic noster, saeculo XI. videtur exaratus, non autem *Constantini* temporibus, ut Historici quidam nostri perperam tradiderunt, eo quod litterarum forma, quae rotunda est, & valde elegans, similis omnino appareat illis speciminibus, quae saeculi illius adfert *Montfauconius in Graeca Palaeographia* pag. 282., & 291. quaeque a nobis etiam in primo Graecorum Codicum Laurentianae Bibliothecae Catalogi Volumine pag. 83. Tabula I. num. III. aere incisa exhibentur. Praefert autem titulos & initiales litteras aureas, non in principio tantum cuiuslibet ex quatuor Evangeliis, sed etiam lectionis, & unaquaeque pagina in duas columnas est divisa. Habetur praeterea in superiori primae paginae margine arabicus ornatus, auro variisque coloribus elaboratus, qui Evangelii S. *Ioannis* initium praecedit; similesque ornatus, sed minori forma, praemittuntur etiam Evangeliis sanctorum *Matthaei*, & *Lucae*, necnon Evangeliis, quae dicuntur Passionis, & Dominicae Resurrectionis, ac propriis Sanctorum, & de Communi eorumdem. Totus Codex quadraginta quatuor constat quaternionibus, graeco more in superiori margine numeratis, quorum secundus quum esset, nescio quo casu, ab aquis pluvialibus aliquantulum inquinatus, ab alia recentiori manu, quae antiquas litteras mirifice expressit, fuit eleganter transcriptus, reiecto partim in principio, partim in fine Codicis pro ipsius custodia antiquo quaternione. In calce tandem Codicis hoc monumentum legitur: *Capta nuper a Theucro Constantinopoli, atque direpta* (1) *Librum hunc sacrorum Evangeliorum, simulque de ligno Crucis, deque arundine, & spongia atque veste, & pane coenae ultimae* Christi Iesu, *quae in Monasterio S.* Silvestri *Constantinopolitani latebant, quidam vir, industria illa eruens, Florentiam adduxit, quae quum placuissent summo huic Magistratui, utpote quibus cultus divinus, & civitas honestaretur, circiter mille aureis ea vehenti dono datis, retinuit, Librumque Pandectis honorandis adsociavit:*

(1) Constantinopolis a *Mahomete II.* capta fuit die XXIX. Maii an. MCCCCLIII. obtruncato ultimo Graecorum Imperatore *Constantino Palaeologo*, & quadraginta Christianorum millibus caesis.

Digitized by Google

vit: Reliquias vero in Cathedrali Ecclesia Florentina, maxima totius Cleri, ac populi celebritate, post solemnia Processionum, ac Missarum collocari iussit XI. *Kal. Augusti* MCCCCLIV. *quo tempore in ipso Magistratu residebant Viri Magnifici.*

Antonius Blasii de Torrigianis.
Marcus Christofani Laurentii.
Franciscus Giannozii Thomasii de Albertis.
Feus Fei Iacobi de Belcaris.
Antonius Michaëlis Benedicti Ser Michaëlis
Daniel Honofrii Azonis.
Silvester Michaëlis de Lapis.
Ridolfus Iacobi Ser Francisci Ciai.
Thommasus Laurentii Domini Thommasi de Soderinis Vexillifer Iustitiae.
Ser Mannus Antonii Iohannis eorum Notarius.

Dominicus Leonardi Boninsegni, auctor synchronus, *in Historia Florentinae Civitatis* ab anno MCCCCX. ad MCCCCLX. Florentiae excusa an. MDCXXXVII. in 4. pag. 110. haec habet de Codice nostro: *Del mese di Luglio ci capitò un Gentiluomo greco fuggito dalla rotta, e perdita di Costantinopoli, e condusseci certe cose preziose scampate di là, e fra l'altre un Libro grande molto adorno d'arienti, e di perle, nel quale sono scritti d'antica e bella lettera gli Evangelii di tutti e' quattro i Vangelisti, il quale si comperò da lui per la Signoria per prezzo di fiorini 400., e fu posto in Palagio nell' Vdienza, insieme col Libro delle Pandette. Condusse eziandio più Reliquie ec. Paullus* autem *Matthaei Petribanii* in suo Chronico MS. vulgo *Priorista* nuncupato, quod exstat in Laurentiana Bibliotheca Plut. LXI. Codice XXXV. chartaceo in folio, saeculi XV. pag. 206., sub die XXI. Iulii praedicti anni MCCCCLIV. quo tempore praefati cives Supremo Florentiae Reipublicae Magistratu fungebantur, rem ita fusius enarrat: *El nobil Vomo Messer* Marco Castinselmo, *gentile uomo di Costantinopoli, el quale al tempo della distruzzione di Costantinopoli in sua persona era in Alessandria per certi suoi bisogni, e perchè detto M.* Marco *era fedelissimo servidore de la Maestà del' Omperadore di Costantinopoli, et sapeva dove erano nascose certe sacrosante Reliquie, le quali l' Omperadore teneva con grande riverenza, et morto che fu l' Omperadore, et arsa, e disfatta la Città di Costantinopoli, el detto M.* Marco *tornava d' Alessandria in Costantinopoli, e mandò al Monisterio, dove erano dette cose, et benchè fusse stato disfatto da' Turchi, nientedimeno trovò una piccola cassetta, la dove erano le dette S. Reliquie, le quali segretamente trasfugò, infinchè lui arrivò alla nostra Città, fra le quali Reliquie sono queste: „ Vna Croce di lunghezza circa un terzo di braccio del proprio legno della santissima Croce de nostro Signore* Iesu Christo. *Et simile de la vesta di quella, che gli fece nostra Donna, et simile un poco della spunghia, et canna, quando gli fu dato bere in su la Croce. El simile v' era del proprio pane, che* Christo *benedisse, quando comunicò i Santi Apostoli. Le dette cose sono ivi racchiuse colla detta Croce, e poi messa in un' altra Croce tutta d' ariento, e d' oro, con molti balasci, ed altre pietre, e perle di grande valuta, et colle dette cose vi era uno Libro assai grande iscritto in greco, dove sono tutti e Vangeli de' quattro Evangelisti, fatto fare al tempo di* Costantino *Imperadore di Costantinopoli, et poi per altri Imperadori adornato molto magnificamente, e riccamente, con grande quantità di perle, e balasci, e zaffiri, e più altri colori, commesse, e recate a oro molto notabile; et con dette cose più privilegi d' antichi Imperadori di Costantinopoli. Per le sopraddette Reliquie, et Libro e nostri Signori ordinarono, che al detto Messere fussi donato fiorini mille d' oro larghi, che valevano più fiorini, che non ebbe; ne pagorno fiorini 400. larghi el Comune per lo Libro si tiene in Palazzo de' Signori, dove stavano le Pandette, e fiorini 600. ne pagò e Consoli dell' Arte della Lana per le altre Reliquie, come Governatori di S.* Maria del Fiore, *e con gran reverenza, e devozione con una notabile, et bella processione, con tutti i Religiosi della nostra città, e del contado, accompagnata dalla Signoria, e loro Collegi, e con tutti gli Vfiziali di Firenze, insieme collo Duca di Calabria, e tutti e suoi Baroni, con dimolte Compagnie di battuti, con grandissima quantità di popolo, e con grande reverenza: et simile fu messo il sopraddetto Libro in Palagio con gran solennità. Bartolemaeus Fontius*, vir clarissimus, in suis *Annalibus* MSS. in Riccardiana Bibliotheca, & ab *Ioanne Lamio* editis in Catalogo eiusdem Bibliothecae pag. 193. ad rem nostram subiungit: *Evangeliorum Graecus Liber Constantinopolitana clade subductus a* Malco *quodam graeco homine, Florentiam perlatus, ac magno emptus, in Supremi Magistratus Palatio collocatur, ubi & Pandectarum Libri, Pisarum spolium, adservantur. Idem* Malchus *de ligna sanctissimae Crucis, & veste* Christi *Reliquias ad nos pertulit, quae crystallina in Cruce in Templo maximo S.* Reparatae *adservantur.* Eadem quoque occurrit narratio in Historia MS. *Ioannis Cambi* sub eodem anno MCCCCLIV. hisce verbis expressa: *Al tempo di* Tomaso Soderini *Gonfalonier di Giustizia per S.* Spirito MCCCCLIV. *un nobil Vomo di Costantinopoli, nel tempo che fue preso detto Costantinopoli, che si chiamava Messer* Marco Castinselmo, *si trovava in Alessandria con mercanzie per certi suoi affari, et era molto amico dell' Omperadore, e tornando d' Alessandria, e trovato anco Costan-*

Digitized by Google

stantinopoli disfatto, si ricordò di certe Reliquie, e gioie, che detto Signore teneva in un Monisterio, sicchè si mise segretamente a cercare, e in fine trovò solo un cassettino, che v'era queste gioie, e trassele di là segretamente, e venne alla volta di Firenze, le quali Reliquie sono queste, che lui mostrò con grandissima riverenza alla nostra Signoria. Tum post Reliquiarum, ut supra, enumerationem, prosequitur: *Le quali Reliquie sono queste tutte involte con detta Croce, e dipoi messe in un altra Croce tutta d'argento, e d'oro con molti balasci, ed altre pietre preziose, e perle di gran valuta, e con dette cose v'era un Libro assai grandemente scritto in greco, dove erano scritti e Vangeli de' quattro Evangelisti, al tempo di* Costantino *Imperadore, adornato molto maravigliosamente e riccamente con gran quantità di perle, e balasci, e zaffiri, ed altri colori, legati a loro modo con oro mirabilmente, e con dette cose molti Privilegi d'Imperadori antichi di Costantinopoli. Di che visto dette Reliquie, e Libro, la nostra Signoria l'accettò molto gratamente, e con molta devozione, e ordinarono gli fussi dato fiorini mille d'oro ec.* Addendus denique est *Scipio Ammiratus* in suis *Florentinis Historiis* Tom. II. pag. 80. qui eiusdem rei mentionem facit, sed de fabulosa Codicis antiquitate a quibusdam ex nostris scriptoribus perperam adserta omnino silet; quemadmodum etiam de S. *Silvestri* Coenobio, ad quod nostrum pertinuisse Evangeliarium dicitur in adlata epigraphe, ne verbum quidem reperi in Christiana *Caroli Dufresne* Constantinopoli, quae legitur inter Byzantinae Historiae Scriptores Tom. XX. ubi Commentarius uberrimus de sacris, ac profanis illius Metropolis aedificiis adfertur.

Primi Evangeliarii descriptione absoluta, ad alterum veniamus, in quo describendo non minori diligentia utendum est, quum multa contineat notatu digna, quae sacrorum studiorum amatoribus, meo quidem iudicio, esse poterunt non iniucunda. Est itaque Codex iste totus litteris aureis grandioribus exaratus. Nemo ignorat quam esset in usu apud graecos scriptura dicta χρυσογραφία unde & ii, qui eam profitebantur χρυσογραφεῖς, & χρυσογράφοι dicti erant. Hinc *Cedrenus* de *Theodosio Adramiteno* tradit, quod οὗτος ἦν χρυσογράφος, *scriptor* videlicet *aurearum litterarum*. Imperator *Arthemius*, prout Historici tradiderunt, teste *Simeone Logotheta*, hanc artem professus fuerat; τοῦτόν φασιν οἱ ἱστοριογράφοι καὶ χρυσογραφέα εἶναι. In Codice graeco Regiae Bibliothecae Parisiensis num. 618. traditur ratio auri ad hanc rem praeparandi, Commentariolo quodam, cui titulus περὶ χρυσογραμμίας, & apud *Lambecium* in Catalogo Caesareae Bibliothecae Lib. VII. pag. 95. memoratur κατασκευὴ τῆς χρυσογραφίας, *Apparatus ad scriptionem auream*. Fuit autem aureus hic Codex ab urbe Constantinopoli, Trapezuntem translatus, ex dono *Michaëlis Callicriniti*, Imperialis cubiculi Praefecti, ubi a Metropolitano *Barnaba*, imperante *Andronico Comneno* dicatus fuit Ecclesiae Virginis *Mariae, Chrysocephalae* nuncupatae; ac praeterea ornamentis aureis, & argenteis decoratus magnifici Medici *Cotzaluli* impensa, mense Septembris indict. XIV. anno Domini MCCCXXXI. Trapezuntis Civitas Imperatoribus Constantinopolitanis paruit, donec sub *Alexio Comneno* anno circiter MCCLXI. exigui cuiusdam Imperii metropolis evasit, in quo potior pars Colchidis & Cappadociae comprehendebatur. A Turcis autem deletum fuit an. MCCCCLX. ultimo eius Imperatore *Davide Comneno* imperiali sede deiecto, quem Constantinopolim ductum, *Mahometes II.* una cum filiis, miserrime vita privavit.

Possessor huius Codicis fuit *Alexius Caeladenus*, sive *Caeladonius*, Episcopus Amalphitanus, cuius in principio legitur latina Epistola satis nitide exarata, qua Codicem hunc *Iulio II.* Pontifici Maximo dono missum prosequitur. Fuit autem *Alexius* hic magni *Bessarionis* Cardinalis alumnus, patria Lacedaemon, ac nobili genere natus, graecas, latinasque litteras mirifice excoluit, ut *Vghellius* refert in *Italia Sacra* Tom. IX. pag. 105. Venetae editionis anno MDCCXVII. Praeceptor fuit filiorum *Ferdinandi* Neapolitani Regis *Alphonsi*, & *Friderici*, quorum patrocinio Episcopalem Ecclesiam Gallipolitanam obtinuit die XXII. Decembris MCCCCXCIV. Quatuordecim annis eam rexit, ac postmodum ab *Iulio II.* Pont. Max. die IV. Iunii MDVIII. ad Episcopalem Amalphitanam in Apulia sedem translatus fuit. Dum adhuc Civitatem Gallipolitanam gubernaret, tres elegantissimas Orationes ipsum latine scripsisse comperio, quae exstant in Codice Gaddiano Mediceo MS. chartac. in 4. Saec. XV. valde mendoso (1), sub titulo: *Alexii Episcopi Galipolitani de ratione belli in Turcas ineundi Sermones tres*. Directae sunt *Oliverio Cardinali Neapolitano suo* (2), una cum Epistola nuncupatoria, quae sic incipit: *Ad gravem animi, diuturnumque dolorem, quo de praesenti Christianae Reipublicae statu boni omnes vexantur, accessit etiam, ut nosti, diebus his aliquandiu dissimulatus, sed tandem insigni clade proditus nuntius de Methonae urbis novo, inauditaeque crudelitatis excidio, qui me & publice, quum plurimum referat ad parvas, quas videmus, Christianorum superare reliquias, & privatim vehementer adflixit, quod ex illa felici quondam, nunc omnium terrarum miserrima, Peloponneso, meo natali solo, totaque Graeciae continente, cum duabus*

vix

(1) Eius recensionem vide Tom. II. Supplem. pag. 142. Cod. CXXX.
(2) Hic est *Oliverius* ille *Caraffa*, civis, & Archiepiscopus Neapolitanus, & Cardinalis Sabinus.

Digitized by Google

vix aliis, Corona, quae saevissimae crudelitatis pavore perculsa, deditionem subito fecit, & Nauplia, quae ab hoste praetermissa, ut aiunt, in fide adhuc manet, sub Christianorum ditione restabat &c. Caeladeni Episcopi Epistola data est Romae Idibus Octobris anno salutis MD. Annis vero MDXII. & MDXIV. & MDXV. Concilio Lateranensi, Romae habito sub Pontificibus *Iulio II.* ac *Leone X.* interfuit, ut videre est apud *Labbaeum* in *Conciliis* Tom. XVII. pag. 678. 860. & 936. Venetiis apud *Coletum* anno MDCCXXXII. Addit *Vghellius* Tom. I. citatae editionis pag. 918. §. XIX. ipsum ornasse, ac instaurasse suae Cathedralis Ecclesiae aediculam beatae Virgini sacram, adiecto hoc monumento: *Recipe sacrosanctissima Virgo, veri Dei, atque hominis Parens, instaurationem, & ornatum huius tuae venerandae imaginis, a servo tuo, licet indigno,* Alexio Caeladonio, *Episcopo Malfiti*. Obiit Romae anno MDXVII. & elatus fuit in Ecclesia *S. Augustini*, hac adposita inscriptione, quae amplius non exstat, sed ab ipso *Vghellio* adfertur: ALEXIVS CAELADONIVS EPISCOPVS MELFITAN. AP. SECRET. GEMINAEQVE LINGVAE ORATOR ET INTERPRET. ACVTISS. LACEDAEMONIA EX NOBILI GENTE ORIVNDVS, RELIGIONE, ET SANCTIS OPERIBVS ADMIRABILIS LXVI. AETATIS SVAE ANNO FEL. OBIIT XIV. KAL. MARTII MDXVII.

Ante *Caeladeni* Epistolam nuncupatoriam, in nostro Codice pulcherrima sese offert pictura, quae totam primam paginam implet, bifariam dispertita. In parte superiori, in medio duorum Cardinalium repraesentatur Pontifex *Iulius II.* in solio sedens in Vaticano, Pontificalibus vestibus indutus, albam scilicet, & pluvialem, auro, gemmisque contextum, cum triregno in capite gestans; tenet sinistra manu librum clausum, & altera hunc recipit Evangeliorum Codicem, quem ei offert Episcopus *Caeladenus*, linea tunica indutus, ac pallio violacei coloris, quod ad pedes usque protenditur. In inferiori parte, mare repraesentatur, una cum variis navibus, & ex uno latere Constantinopolis, ex alio Trapezus, litteris aureis indicatae. Non procul navis adparet aliis maior, quae plenis velis transit sinum, qui utramque Civitatem dirimit, ac videtur Italiam versus vela dare, nostrum Evangeliorum Codicem fortasse deferens. Ornatus pulcherrimus marginalis descriptam picturam ponit in medio. In inferiori parte marginis videre est Episcopi *Caeladeni* gentilitium stemma, Episcopali infula gemmis contexta superne exornatum, quod ab *Vghellio* praetermittitur, & in quo sol, aureos emittens radios, parvula cum cruce exhibetur, tum in supposita fasciola caerulei coloris, aureis litteris expressa legitur inscriptio: *PVLSIS. GALLIS. ITALIA. LIBERATA*. Gallorum ex Italia expulsionem, quae anno MDXII. contigit, innuens, quo fortasse tempore Episcopus *Caeladenus*, quum se ad Lateranense Concilium contulisset, Summo Pontifici hunc pretiosissimum Codicem dono dedit. Nihil autem de eo rerum Ecclesiasticarum Scriptores memoriae prodiderunt, quam Sermonem ab ipso pronunciatum anno praedicto, *Iulii II.* iussu; in tertia eiusdem Concilii Sessione, *de ratione Synodorum habendarum optima, & concordiae necessitate*, qui Sermo legitur una cum Epistola *Iulio II.* inscripta, in qua *Caeladenus* rationem ei reddit, qualiter munus sibi impositum adimpleverit, in Conciliorum Collectione, Parisiis edita anno MDCLXXI. Tom. IV. col. 83. ac Venetiis MDCCXXXII. Tom. XIX. col. 735. & seqq.

Secunda Codicis pagina, in qua incipit *Caeladeni* Epistola nuncupatoria, & ipsa mirifice decorata est; totum enim implent undequaque marginem ludentes pueruli, variaque emblemata, ac numismata, inter quae praefulget illud, effigiem *Iulii II.* Pontificis Maximi ad vivum expressam, & auro, variisque coloribus exornatam exhibens, adposita epigraphe *Iulius II. Pont. Max.* In calce visitur stemma gentilitium domus Roboreae, duobus clavibus decussatis, ac triregno distinctum. Titulus Epistolae, aureis totus litteris, in laterculo quadrato caerulei coloris exaratus, sequens est: Alexii Caeladeni *Episcopi Melfitani ad* Iulium *huius nominis secundum Pont. Max. de graeco Evangeliorum Codice, quo eum donavit, & in suam, totiusque Graecorum nationis commendationem*. Epistola vero, licet stylo quodam duriusculo, & obscuro sit conscripta, digna tamen est, quae in publicam lucem proferatur, propter ea, quae scitu digna continet. In ipsa primum Pontificem summis effert laudibus, ac prae reliquis eius propensum extollit animum ad afflictae Graeciae opem ferendam, quod certe praestitisset, nisi bella in Ecclesiastica ditione tunc temporis exorta, eius curas alio distraxissent. Ostendit praeterea, quantum conveniat Romanae Ecclesiae, graecam gentem undequaque dispersam, ac profligatam tueri, ob arctissimum foederis vinculum, quod inter Orientalem, ac Occidentalem Ecclesiam intercedit. Tum ad Ecclesiae Graecae laudes descendit, quod nimirum haec tot Romanae Cathedrae Pontifices dederit, quod innumerabilem virorum sanctitate, ac doctrina praestantium copiam ediderit, quod multa Concilia pro orthodoxa Fide tuenda celebraverit, subiungens id posse etiam nunc confirmari ex paucis iis, quae supersunt relliquiis, qualis est hic insignis Evangeliorum Codex. Tota denique *Caeladeni* Epistola eo tendit, ut sibi, suaeque genti Pontificis gratiam, ac patrocinium conciliet. Sed ipsum loquentem audiamus.

Etsi non minus mea privatim, quam patriae publice fortuna me moneat, parum esse utrique sperandum, & illi, quae iam annis prope sexaginta truculentissimo omnium hosti per eorum incuriam, qui liberare possunt, & debent, miserrime servit, & mihi, qui sex

Digitized by Google

& quadraginta, bonis artibus, & Romanae Ecclesiae ministerio vacans, consenui, non alia vel re, vel nomine honestatus, quam ex hoc altero & trigesimo contigit anno; nolo tamen accusari negligentiae, a qua semper attentissime cavi, etsi quo modo possim, utrique, aut alterutri subvenire, vel mihi, vel patriae deesse; sed nec religionis observantissimus in desperationem delabi, quam super ceteras omnes culpas divinae rationis professores, quos Theologos appellamus, uti Dei voluntati & potentiae perexosam & adversissimam, gravissime damnant, te praesertim Pontifice omnium, ac Principe meo, qui & aliqua ex locis illis, quae omnibus totius orbis facile praestant, adolescens adhuc, iucundissime inspexisti, & postmodum cum Francisco Cardinali patruo, nondum Pontifice Maximo, commodorum gentis, quamvis iam deficientis, non expertes fuistis; ac tum ex his, tum ex eo, quod maxima quaeque & animo semper volvere, & opere adgredi consuevisti, & exoptasti, eversoris eius exitium propensius expetisti, & quod ad te quidem pertinuit, procurasti. Pontificio demum fastigio praepositus, tantum illi terroris, huic spei, sola fama, protinus incussisti, ut certior factus, ipse tibi, quod aiunt, calcaria currenti addideris. Nec fabulas narro; meministi profecto pro tuae memoriae tenacitate, quae meo relatu, quaeve aliorum in eamdem sententiam, & quasi ex uno ore, variis temporibus, & locis acceperas, quamque ipse commotus fuisti, & ad rem inflammatus accingebaris. Atque utinam ante annos proximos quinque; Ioannes Bentivolus, eiusque liberi, & Dux Alphonsus Estensis, aut periissent, aut certe ille Bononiae, hic se Ferrariae dominatu abdicassent, neve interim Venetorum animis, in retinendis perperam Ecclesiae rebus, & oppidis, tantum obstinationis insedisset. Plures profecto ad hunc diem urbes, & quid urbes dico? provincias medius fidius, quam sunt Bononiae, vel Ferrariae domus, ne Arimini, vel Faventiae dicam, & clariores, quam sit ipsa Ferraria, vel Bononia, & quidem absque ullo incommodo recepisses, aut nunc saltem paullisper quiescere, & illuc animum convertere licuisset, nec belli fragorem alia procella exciperet, impiorum scelere, viscera Ecclesiae invicem collisura, & quassatura, quae nisi a Deo per tuam industriam, sagacitatemque avertatur, vereor, ne gravi cum dedecore, ac iactura, magna ex parte membrorum fragmenta sit per orbem sparsura. Sed ipsum Deum par est credere, sponsam suam non deserturum, nec naufragio, sed periclitatione aliqua culpas eius expiaturum, & tibi, quem suas vices, annos iam octo, super homines gerere voluit, pro tuis meritis, & piorum precibus consulturum; quippe quem, etsi hominem, ac propterea culpae obnoxium novit, procellae tamen ipsi caussam nullam dedisse, nec ipse, nec nos ignoramus; sed magna ac praeclara, & ad nominis eius instaurationem, ubi conlapsum est, & propagationem unde expulsum, tendentia, cogitantem adgredi, ac gestientem. Quamobrem hunc praeclarum etiam Codicem, non casu quopiam, sed certo nempe ipsius summi Dei nostri consilio, suis sedibus excitum, quasi animatum, & ad te legatione fungentem, ab extremis Euxini Ponti regionibus, post tot annorum curricula, quam subacta ab immanibus Turcis patria fuerat, huc delatum crediderim, commonitorum, ni fallor, alias quoque interventu suae gentis huiuscemodi procellas cessasse, & matrem filiorum, praesertim captivorum, oblivisci nequaquam debere, quin eo saepius meminisse, quo sua illos ope indigere intelligit, seque misericordiae, maternaeque charitatis exemplo, alios qui libertate fruuntur, obtemperantiores, observantioresque sui comparaturam: nec decere illam, quae se matrem omnium profitetur, & nominat, novercam exhibere cuiquam, sed ad id quod est omnium, etsi non aeque, omnes tamen admitti curare; neve usque adeo casus rerum humanarum, lubricitatemque oblivisci, vel floccipendere, ut quos adversa fortuna depressit, ipsa quoque mater, quae totis eos viribus sublevare, consolarique debet, magis despiciat, & contemnat, nec quorum liberationem, quot horis, vel cum vitae periculo procurare deberet, eorum salutem, etiam sumptus, vel laboris fugiendi caussa negligere. Iam illud nemo rationis particeps, aut sensuum compos inficias ibit, Senatum, qui ad cognoscendas omnium caussas, deque illis sententias ferendum, vel consilia dandum constitutus a primordio pro maiorum nostrorum sapientia, summaque providentia fuit, ex omnibus iure aequitatis constare debere. Illa etiam quis indicia manifestae societatis, & cuiusdam connexionis esse non adfirmabit, non modo in ceteris omnibus Divinae Celsitudinis laudibus, quae horis statutis concinuntur, vel recitantur, sed in ipso etiam Sacrificio, reque divina, multa vocabula & orationes graecas, vel societatis caussa, vel necessitatis, ita intermisceri, ut pleraque aut latine dici, aut dicta intelligi non posse pro certo habeatur; & Summum Pontificem Sacrorum Patrem, vetustissimo a maioribus tradito ritu, praeter alia, in quibus servat communem latinae Ecclesiae morem, nonnisi perlectis etiam prius graece, quam latine, Epistolae, & Evangelii verbis, posse litare? Quid de ipso Summi Pontificatus apice dicam, quem constat, priscis praesertim temporibus, in quibus ad quam videmus magnitudinem Ecclesia crevit, post Romanos, plures ex graeca, quam exceteris omnibus simul nationibus adeptos fuisse? Aut de Conciliis generalibus, quae post decretum Summi Pontificis, nisi consensu Orientalis Ecclesiae, quae certe tota in graeca censebatur, vel eius interventu congregata, pro nullis haberi consueverunt? Ita mutua charitate, connexione, ac existimatione, utraque Ecclesia, per orbem, quasi seges uberrima, facundia, & eruditione Patrum, in primis Orientalium, irrigante, mirum in modum ubique pullulavit, & coaluit. Et sane a natura quoque, & arte, quae naturam imitatur, quoad eius fieri potest, ita servari compertum

Digitized by Google

tum est, ut neque in corporibus animantium sanitas, nisi aequabilitate humorum, neque in musicis instrumentis concinnitas, nisi fidium, vel fistularum proportione, diuturna esse possit. Quae igitur, quae sanitas animorum, aut consonantia cordium ibi esse potest, ubi Senatus Ecclesiae, Britannis, & Pannonibus, Hispanis, & Germanis, & Gallis, ac aliis exteris nationibus, ne dicam barbaris, patet; inventoribus virtutum, bonarumque artium, & sacrae Scripturae interpretibus, ac Ecclesiae sociis, ipsius denique Senatus alias ornatoribus obseratur? Aut quanam ratione iura maternorum viscerum servabuntur, si liberi adversa fortuna oppressi, a matre quoque despicientur; illi praesertim, qui quanti, qualesque fuerint, & nunc sint; si quae uspiam eorum reliquiae supersunt iis, qui eos ignorant (si quis tamen tam incultus, et sui negligens, ac rerum ignarus sub caelo est, qui eos non novit) ex eorum operibus, quod de Deo dicitur, colligere licet? Ex quibus (reliquiis) hunc etiam speciosissimum Codicem esse constat. Byzantii namque, novae Romae, ut videre licet, elegantissime accuratissimeque exscriptus, & miro sumptu ac studio depictus, atque ornatus, demum maximo Trapezuntis templo dicatus, & illuc, ut ipse de se testatur, missus, ibique diu cultus & adservatus, & ab omnibus venerantissime habitus, capta postremo utraque urbe, quasi indigne ferret, se solum in tanta generis clade, ac servitute miserabili, & publico omnium moerore, luctuque, non modo non pullatum, sed etiam ornatum spectari, eoque uti naturae, ita fortunae quoque illarum particeps fieri nequaquam abhorrens, avari cuiuspiam, & sacrilegi manus detestandas expertus, exteriori ornatu, quasi sua sponte exuitur: nam interiorem & proprium, nec ipse, nec illae, nisi cum illo prius interierint, amittent. Multos itaque conformis illis iacuit annos. Nuperrime, quum illae saepe aliquod huc ad matrem, sui monumentum, eiusque hortamentum transmittere consueverint, hunc etiam ad te parentem, & Principem suum, & omnium, indicem infelicitatis, & miseriae suae transmisere, cuius ut meminisse te arbitror, ad manus meas prius delati, non minus ob exteriorem ornatum, quo eum spoliatum acceperas, misertus es, quam eius interiorem & merito extollendam elegantiam admiratus. Quamobrem magno a me redemptus, & iterum argento puro & auro, quam ornatius fieri potuit, contectus ita te adit, ut cum aliis hac etiam ratione hortetur, ut sicut ipse a me suis pro rei meae familiaris tenuitate restitutus est, ita illae quoque a te pro tua potentia, quae certe maxima est, filiorum tuorum Christianorum Principum discordiis praesertim sedatis, pristinis libertati, & ornamentis restituantur. Hoc idem in exculsissimis tibi cubiculis, hoc in ornatissima & copiosissima, quam inter ipsa cubicula tibi, & Senatoribus, Legatisque Principum posuisti, bibliotheca, hoc denique in templo, quod super omnia, quae sunt, quae fuerunt, quaeque futura sunt stupendissimo, inchoasti, inter sacrificandum, dum Evangelii verba in ipso legentur, & ubicumque ad manus veniet, a te supplex contendet, ac poscet. Quod si apud te, praeter opinionem & spem, minus forte profecerit, quamvis impari caussa, nec eadem cum gratia, idem tamen a tuis successoribus postulare perseverabit. Reliquum est, ut huius perpensa praestantia, nemo miretur, si tam multa ingenia graecorum, mirandaque opificia nunc quoque non splendeant; nam & barbaris undique circumdantur, & heu barbaris immanissimis serviunt; quodque omnem prorsus infelicitatem excedit, inde quidem bonas artes, & virtutem deprimi, & exstingui, proque hostibus earum sectatores haberi conspiciunt. Hinc nulla sibi praemia speranda intelligunt. Denique quos hic ex suis consenuisse audiunt, sint quantumvis vegeti, solertisque ingenii, & litteris, ac rerum peritia, bonisque moribus praediti, nullo in pretio sciunt haberi; & quod fortasse prae indignatione promere solent, alios quidem nec suis, nec patriae meritis plerumque hic ad honores adsumi, suos & propriis & patriae facere nequire, ut ad illos recipiantur. Honos enim, honos, ut ait M. Tullius, alit artes, omnesque accenduntur ad studia, gloria. Nec me meam ipsum, sed patriae caussam agere arbitreris, Pientissime Pater, cui, & ut patriae nihil est quod non debeo, & ut tali, quod sum, adeptum refero, & hoc ipsum cum Thalete, uno ex septem Sapientibus, ab ea maxime glorior accepisse. Adde, quod ad te scribo, qui nuperrime pro vindicanda in libertatem patria gravissimum, & periculosissimum bellum subire non dubitasti, & illud indefesse dum geris, non labori, non sumptui, non dignitati, non imperio, non ipsi denique vitae pepercisti, toties tormentis & telis, ac intensissimo algori, exposito corpore. Patriae igitur, meorumque civium, non meam caussam ago. Esse enim profecto aliquos credo, qui si suis, vel saltem patriae praemiis non fraudarentur, nec mihi usque adeo dolendum esset, & illi longe pluris fierent, quam nunc fieri noscuntur. Quod ad me attinet, quoniam sine invidia de me ipse loqui non possum, & vitae, morum, peritiae, ingenioli, disciplinae denique mediocritatem, & ut rectius fortasse dicam, exiguitatem, quantulacumque sunt, in hac luce Curiae per tot annos versati, compluribus explorata esse puto. Illud ingenue profiteri possum, variis locis, ac temporibus adversus graves fortunae impetus me reluctatum fuisse, ut qui puer patriam, & omnia, quae in hac vita bona nuncupantur, & adolescens primum, vir alterum, & iam prope senex tertium, beneficentissimos Principes in ipso fere articulo propensissimae voluntatis benefaciendi mihi amisi, nec mitiorem illam umquam mihi, aequioremve sensi, quam quum tibi Pontificiam Celsitudinem demandatam inspexi; quod & Alexandro vita functo, quum primum Vrbem revertisti, ad te cucurri, meque tibi, ut beneficentissimo, & optatissimo Principi ex-

Digitized by Google

toto corde dedicavi, & commendavi, & Pio postea designato, quoddam indicium observantiae, pietatisque erga te meae ostendi. Quo factum est, ut te post illum ad Pontificatus culmen adsumpto, raro, aut numquam ad conspectum, salutationemque tuam me venisse meminerim, quin mihi vultum, oculos, & frontem serenares, & nonnumquam benignis quoque verbis, & ex bona erga me voluntate prodeuntibus, compellares; & sane re quoque ipsa illam declarasti. Nam quum nimium cupidus quidam, cuius nomen sedulo taceo, falso nuntio defuncti Praesulis, quod meminisse te arbitror, deceptus, eius Praesulatum, a me prius petitum, competiisset, facile me illi caussatus, promissionem praetulisti, & post triennium, eodem utique vita functo, quod Praesulatus ab alio tumidiore, ac rapaciore per procacissimam flagitationem interceptus (aegre te quidem ferente, sed quae tunc immineba̓t necessitati cedente) fuerat, paucis mensibus interlapsis, in Melphitanum transtulisti. Sed cur ille nunc honestatus, & sublimatus incedat, ego senex, & tot annos in Curia, sine crimine, ut puto, versatus, absque ulla honoris accessione iaceam, & ocio marcescam, non intelligo, quum praesertim postea nullius mihi culpae, vel offensionis, quod absit, quin immo constantis, ac perpetuae gratitudinis, & pietatis erga te conscius sim; nisi forte nimia modestia, vel procacitatis abstinentia, quodque magis suspicor, id unum mihi obsit, quod leges non profiteor didicisse. Sed nec illa damnari deberent, & hoc vel antea notum erat, sicut etiam, quod non omnes ad unam scientiam, vel artem, quemadmodum nec ad unam fortunam, vel conditionem vitae nascimur, quodque longe praestantius est, secundum leges vivere, quam frustra illas scire profiteri. Novi partim naturae, partim tui maximi ac liberalissimi animi esse, non petentibus honores conferre, ac ex te omnia provenire iudicari merito velle. Atqui! & ego haec, non ut petam, sed ut pro mea erga te pietate, quid te deceat, & quam maiora meis meritis a tua mihi benignitate sperentur innuam, scribo. Tu enim, tuaque virtus in caussa est, ut quot horis spe aliqua nutriar, quod nec tuae constantiae cogito esse, bene incepisse, & ab inceptis desistere, nec tuae sapientiae, vel humanitatis, ut si non mei, qui te unice observo, & tibi, supra quam dici possit, adficior, saltem patriae, aetatis, antiquitatisque meae, & quas dixi affectionis, & observantiae (nam alia omitto) rationem non habeas, & ut rectius fortasse dicam, tuapte beneficentia merita earum non superes. Quod si forte hac spe decipior, illa certe non fallar, hunc praestantissimum Codicem, cum duobus aliis eiusdem fere ornatus, licet non exscriptionis, quos meus parens Paullo Secundo Pontifici dono dedit, non modo nostrae erga istam sacrosanctissimam Sedem, & eius Praesides, teque inprimis, pietatis testes perpetuos, locupletesque fore; sed voti etiam Catoniani me compotem facturos, ut quod ille sibi de statuis optabat, id mihi quoque de honoribus contingat, ut malim quaeratur, cur non habuerim, quam cur habuerim damnetur, vel penitus ignoretur.

Sed nunc ad Codicem ipsum pressius, ac diligentius perpendendum accedamus. Continet hic aliquot Evangelicas lectiones, quae cani solebant in praecipuis Domini, Deiparae, ac Sanctorum festivitatibus. Hae autem a quinque aureis picturis, quae totam paginam implent, ab invicem dividuntur. Exhibet prima sanctum *Ioannem* Apostolum & Evangelistam in cathedra sedentem, manibus super genua extensis, cum calamo in sinistra. Habet ante se armarium quoddam, omnibus instrumentis ad scribendum necessariis instructum, calamo videlicet, theca calamaria scalpello librario ad scindendam chartam, norma ad lineas ducendas, circino, & aliis. Inferius autem ampullae quaedam adparent, in quibus colores, & atramenta fortasse servabantur. Evangelistae caput nimbo circumdatur, adposito supra nomine Ἅγιος Ἰωάννης ὁ Θεολόγος. Evangeliorum autem ordo sequens est.

I. Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα, ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. *Sancta, & magna Dominica Paschatis*, Lectio *ex Evangelio secundum Ioannem.*

II. Κυριακῇ τοῦ Ἀντιπάσχα, ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. *Dominica in Albis*, Lectio *ex Evangelio secundum Ioannem*.

Τῇ δ' τῆς μεσοπεντηκοστῆς, ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. *Feria IV. mediae Pentecostes*, Lectio *ex Evangelio secundum Ioannem*. Haec autem feria quarta sic dicta, incidebat in Mercurii diem quartae hebdomadae post Pascha; eratque apud Graecos festus dies, propter magnam erga Paschatis, ac Pentecostes solemnitatum venerationem, quae tali die (utpote qui aequaliter ab utraque distaret) ut ita dicam, simul copulabantur.

IV. Τῇ ε'. τῆς Ἀναλήψεως, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. *Feria V. Adscensionis*, Lectio *ex Evangelio secundum Lucam.*

V. Τῇ ἁγίᾳ κυριακῇ τῆς Πεντηκοστῆς, ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. *Sancta Dominica Pentecostes*, Lectio *ex Evangelio secundum Ioannem.*

Sequitur secunda pictura *Iesum Christum* stantem repraesentans, talari veste indutum, & Scribis item stantibus, & magna cum admiratione audientibus, Isaiae Librum; qui respicit Lectionem Evangelii sequentis, explanantem.

VI. Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, πρώτῃ. Ἀρχὴ τῆς ἰνδίκτου, καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Στυλίτου, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. *Mense Septembris, die prima. Initium indictionis, & memoria sancti patris nostri Simeonis Stylitae*, Lectio *ex Evangelio secundum Lucam.*

VII.

Digitized by Google

VII. Μηνὶ τῷ αὐτῷ η'. Τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. *Mense eodem, die VIII. Nativitas sanctissimae Dei Genitricis, ex Evangelio secundum Lucam.*

VIII. Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιδ'. Ὑ'ψωσις τοῦ τιμίου σταυροῦ, ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. *Mense eodem, die XIV. Exaltatio venerabilis Crucis, ex Evangelio secundum Ioannem.*

IX. Μηνὶ Νοεμβρίῳ η'. Ἡ Σύναξις τῶν Ἀρχαγγέλων, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. *Mense Novembri, die VIII. Synaxis Archangelorum, ex Evangelio secundum Lucam.*

X. Μηνὶ τῷ αὐτῷ κα'. τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. *Mense eodem, die XXI. Sancta Sanctorum, ex Evangelio secundum Lucam.*

Tertia pictura Evangelistam S. *Matthaeum* repraesentat, super scamnum item sedentem, & ante se habentem mensulam ligneam cum omnibus ad scribendum necessariis instrumentis, quae paullo ante descripsimus. Hic autem, praeter librum, quem sinistra manu evolvit, dextera calamum tenens, alium etiam supra genua apertum sustinet.

XI. Κυριακὴ πρὸ τῶν Χριστοῦ γεννήσεων, ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. *Dominica ante Christi Nativitatem, ex Evangelio secundum Matthaeum.*

XII. Μηνὶ Δεκεμβρίῳ κε'. τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν γεννήσεως, εἰς τὸν ὄρθρον, ζήτει τῇ κυριακῇ τῶν ἁγίων Πατρῶν. Εἰς τὴν λειτουργίαν, ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. *Mense Decembri, die XXV. sanctae Christi Dei nostri Nativitatis ad Primam, quaere Evangelium in Dominica Sanctorum Patrum. Ad Missam, ex Evangelio secundum Matthaeum.* Sciendum est, quod in festivitatibus solemnioribus duo legebantur Evangelia, unum ad Primam, alterum ad Missam. Dominica vero, quae heic *Sanctorum Patrum* vocatur, erat Dominica infra octavam Adscensionis.

XIII. Μηνὶ Ἰανουαρίῳ α'. Εἰς τὴν περιτομὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. *Mense Ianuario, die I. In Circumcisione Domini nostri Iesu Christi, memoria S. patris nostri Basilii, ex Evangelio secundum Lucam.*

Occurrit quarta pictura, quae Evangelistae S. *Marci* figuram refert, omnino similem supra descriptae S. *Matthaei*. Hic autem, meditantis ad instar, caput suum sustentans repraesentatur.

XIV. Κυριακὴ πρὸ τῶν φώτων, ἐκ τοῦ κατὰ Μάρκον. *Dominica ante Lumina, ex Evangelio secundum Marcum.*

Erat haec Dominica ante Epiphaniam, sive Dominica infra octavam Circumcisionis.

XV. Μηνὶ Ἰανουαρίῳ ς'. Εἰς τὰ φωτὰ, εἰς ὄρθρον, ἐκ τοῦ κατὰ Μάρκον. Εἰς τὴν λειτουργίαν, ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. *Mense Ianuario, die VI. In Sancta Theophania, sive in die Luminum* (scilicet *Epiphaniae*) *ad Primam, ex Evangelio secundum Marcum. Ad Missam, ex Evangelio secundum Matthaeum.*

XVI. Μηνὶ Φεβρουαρίῳ β'. Ἡ ὑπαπαντὴ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. *Mense Februario, die II. Occursus Domini nostri Iesu Christi* (scilicet *Purificatio B. M. V.*) *ex Evangelio secundum Lucam.*

XVII. Μηνὶ Μαρτίῳ κε'. Ὁ Εὐαγγελισμὸς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. *Mense Martio, die XXV. Annuntiatio sanctissimae Dei Genitricis, ex Evangelio secundum Lucam.*

XVIII. Μηνὶ Ἀπριλλίῳ κγ'. τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου, ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. *Mense Aprili die XXV. Sancti magni martyris Georgii, ex Evangelio secundum Ioannem.*

Vltimo tandem loco adest S. *Lucas*, eodem quo reliqui modo, depictus. Hic tamen ad instar revera scribentis in libro, quem sinistra supra genu sustinet, exhibetur.

XIX. Μηνὶ Ἰουνίῳ κδ'. Εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ Προδρόμου, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. *Mense Iunio, die XXIV. In Nativitate Praecursoris, ex Evangelio secundum Lucam.*

XX. Μηνὶ τῷ αὐτῷ κθ'. τῶν ἁγίων καὶ κορυφαίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. *Mense eodem, die XXIX. Sanctorum, & Principum Apostolorum Petri, & Pauli, ex Evangelio secundum Matthaeum.*

XXI. Μηνὶ Αὐγούστῳ ς'. Ἡ μεταμόρφωσις τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸν ὄρθρον, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. Εἰς τὴν λειτουργίαν, ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. *Mense Augusto, die VI. Transfiguratio magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi, ad Primam, ex Evangelio secundum Lucam. Ad Missam, ex Evangelio secundum Matthaeum.*

XXII. Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιε'. Ἡ κοίμησις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· ζήτει Σεπτεμβρίου η'. *Mense eodem, die XV. Dormitio sanctissimae Dominae nostrae Dei Genitricis, semperque Virginis Mariae. Quaere Evangelium in die VIII. Septembris.*

Hactenus Codex, ut supra innuimus, totus est exaratus elegantissimis aureis characteribus, rotundis, non quadratis, (excepta Evangelistae indicatione, cuique lectioni praemissa, & expressa verbis ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην, ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον &c. quae omnia sunt litteris maioribus, vereque quadratis conscripta) cum accentibus, ac spiritibus, suis locis accurate positis, prout recta graecae linguae orthographia postulat, pluribusque signis, ac notis ad vocis modulationem instructus, quemadmodum animadverti in aliis vetustissimis huius Laurentianae Bibliothecae Graecorum Evangeliorum Codicibus, de quibus satis dixi in Tom. I. mei Catalogi. Singulis autem quinque sectionibus, in quas Codex dividitur, & quae a quinque iam descriptis picturis praeceduntur, praeponi-

Digitized by Google

ponitur ornatus quadrata forma pulcherrimus, exhibens in medio nomen Evangelistae, a quo sectio initium sumit. Auro similiter, variisque coloribus depictae sunt initiales litterae cuiuscumque Evangelii; variique elegantissimi ornatus lectiones singulas dividunt. Sequuntur in fine liturgica quaedam, manu recentiori exarata, tribus integris paginis comprehensa, quae fortasse pro huius pretiosissimi Codicis custodia adsutae fuerunt. Claudunt denique Evangeliarium, huc usque descriptum, monumenta duo cynnabari conscripta, quae sunt:

I. Τοῦτο τὸ ἅγιον κ̀ ἱερὸν εὐαγγ. ἀπεστάλη ἀπὸ τῆς θεομεγαλύντου Κωνσταντινουπόλεως παρὰ τοῦ προκαθημένου τοῦ βασιλικῦ κοιτῶνος Μιχαὴλ τοῦ Καλλικρηνίτου εἰς τὴν ἁγιωτάτην μητρόπολιν τῆς θεοφυλάκτου πόλεως Τραπεζοῦντος, εἰς μνημόσυνον αὐτοῦ, ⁊ παρακαλεῖ δεόμενος ἐν Κυρίῳ τοὺς κατὰ καιρὸν ἀρχιερεῖς τῆς ἐρημένης φιλοχρίστου πόλεως, ἵνα ὁσάκις ἀναγνωσθῇ ἐνταῦθα ἅγιον εὐαγγέλιον, διδάσκωσι ⁊ κατὰ βλασφήμων.

Hoc sanctum & sacrum Evangelium missum fuit de urbe magnifica Constantinopoli a Praeposito Imperialis cubiculi Michaële Callicrinito in sanctissimam Metropolim a Deo custoditae civitatis Trapezuntis, in memoriam eius, hortaturque, rogans in Domino, summos pro tempore Episcopos praedictae Christo dilectae civitatis, ut quotiescumque legatur ibi sanctum Evangelium, discant etiam contra blasphemos.

II. Ἡ παροῦσα αὕτη ⁊ θαυμασία βυκτὶς τοῦ ἱερῦ ⁊ θέου εὐαγγελίου ἀφιερώθη μὲν παρὰ τοῦ πανιερωτάτου μητροπολίτου Τραπεζοῦντος, ⁊ ὑπερτίμου κυρῦ Βαρνάβα ἐπὶ τῆς βασιλέως τοῦ θεοδοξάστου κ̀ θεοσυντηρήτου βασιλέως ἡμῶν κυρῦ Ἀνδρονίκου τοῦ μεγάλου Κομνηνῦ ἐς τὸν πάνσεπτον ⁊ πανθαύμαστον ναὸν τῆς πανάσπιλου ⁊ παναμώμου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας τοὐπίκλην Χρυσοκεφάλου· ἐκοσμήθη δὲ μάλα σαφῶς, ὡς ὁρᾶται καὶ φαίνεται, ἔκ τε χρυσῦ ⁊ ἀργύρου παρὰ τοῦ μεγαλουπερόχου ἄρχοντος τοῦ κραταιῦ ⁊ ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος κυρῦ θεραπευτοῦ Χοτζᾶ Λυλῦ, ᾧ τινος ἕνεκα ἀποδώη αὐτοῖς Κύριος ὁ Θεὸς χιλιοπλάσια ⁊ μυριοπλάσια τὰ ἀγαθὰ, ὅτι περ ⁊ ἄμφω καλῶς ἠγωνίσαντο. Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἰνδ. ιδ'. ἔτους ,ϛωλθ'.

Praesens hic & admirabilis Liber sacri, & divini Evangelii dedicatus quidem fuit a sacratissimo Metropolita Trapezuntis, & maxime venerabili Domino Barnaba, sub imperio in Deo gloriosissimi, & a Deo maxime protecti Imperatoris nostri, Domini Andronici Magni Comneni, in undequaque augusto, & admirando templo immaculatissimae & integerrimae Dominae nostrae Dei Genitricis, & semper Virginis Mariae, cognomento Chrysocephalae; ornatus vero fuit elegantissime, ut videtur, & apparet, ex auro, & argento a magnificentissimo Principe potentis, & sancti nostri Imperatoris, Domino Medico Chotza Lulo; propter quod retribuat ipsis Dominus Deus milliformia & decies milliformia bona, quoniam quidem ambo praeclare operati sunt. Mense Septembri, indictione XIV. anno 6839. (Christi 1331.)

Hasce duas Inscriptiones nemo adhuc, quod sciam, observavit. *Io. Lamius* in suo *de eruditione Apostolorum* Opere, Florentiae edito an. MDCCLXVI. 4. pag. 793. & *Antonius Franciscus Gorius* in Epistola *Iosepho Blanchinio* inscripta, quam refert idem *Blanchinius* in *Evangeliario Quadruplici* Tom. II. pag. 584. ornatum tantummódo externum memorant istorum duorum Codicum, qui, antequam in Laurentianam inferrentur Bibliothecam, sacrae antiquitatis inreparabili damno, sublatus fuit. Nos igitur ex multis, quae in iis occurrunt animadversione digna, pauca breviter attingemus. Ac primo quidem observandum est, quod, quum in prima legatur, dono missum fuisse Codicem Constantinopoli Trapezuntem a *Michaële Callicrinito*, Imperialis Cubiculi Praefecto (id enim significant verba: προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος βασιλικοῦ, videlicet *Praepositus Cubiculi Imperatoris*) quod erat unum ex praecipuis sacri Palatii Officiis, prout eruitur ex *Codini* Libro *de Officiis &c.* Cap. II. num. 60. & Cap. V. num. 80. ubi huiusce dignitatis munera sic describuntur: ὁ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλικοῦ, ἀρχὴ μὲν τῶν κοπωναρίνων· εὑρίσκεται δὲ ὑπὸ τὸν τοῦ κοιτῶνος παρακοιμώμενον. Et Cap. IV. num. 63. vestes peculiares & insignia indicantur. Iste igitur *Michaël* hoc Evangeliarium *Trapezuntinae* Principi dicat Ecclesiae, quae inter *Byzantino* Patriarchatui subiectas Ecclesias trigesimo tertio loco numeratur, iuxta *Leonis Sapientis* statuta, ut patet ex notitia Episcopatuum Graecorum, quae legitur in fine Operis eiusdem *Codini* pag. 379. & 392. quam deinde *Andronicus* senior a trigesimo tertio ad quadragesimum locum transtulit. Episcopos deinde exorat pro tempore exsistentes, ut reminiscantur huiusce Codicis donatoris in publicis precibus, hortaturque, ut eo, veluti antidoto, contra haereticorum venenum, qui semper Ecclesiam dilacerarunt, utantur. In Laurentianae Bibliothecae Codicibus sedulo perpendendis, aliquot observavi Codices, non modo sacros, verum etiam profanos, a piis hominibus, Ecclesiis donatos *pro remedio animae suae*. Duos tantum prae reliquis commemorabo, unum sacrum, profanum alterum. Sacer est Codex vetustissimus, quadrata forma, Saec. IX. continens *S. Gregorii* Homilias super *Ezechielem*, de quo pluribus egi in Catal. Codd. Lat. Tom. IV. pag. 543. quem scribi iussit quidam *Adilbero*, cuius in principio legitur sequens monumentum, quod ab alia membrana antiquitus supra agglutinata, & a me, maxima adhibita diligentia sublata, tegebatur: *Ego Adilbero peccator, solo nomine Presbyter, hunc Librum, scilicet* Gregorium *super* Ezechielem, *scribi feci, & ad servicium Dei destinavi, ea intentione, & con-*

Digitized by Google

& conditione, ut pro meis, meorumque amicorum, tam vivorum, quam defunctorum excessibus interveniat: quorum nomina haec sunt, Rouprecht, Wazmannus &c. enumeratis deinceps singulis, sibi vel consanguinitate, vel amicitia coniunctis. Codex profanus, est *Quintilianus*, qui repertus fuit a *Poggio* Florentino in Turri celebris *S. Galli* Coenobii, quod viginti millia passuum distat a Constantia, cuius recensionem dedimus in Catal. Codd. Lat. Tom. II. pag. 382. Huius in fronte legitur manu Saec. XI. *Werinharius Episcopus dedit sanctae Mariae*. Sed ad Inscriptionem nostram revertamur, in cuius fine donator hortatur, ut hoc Evangeliorum volumen, quod pro Salvatoris loquentis typo habebatur, teste sancto *Cypriano* Alexandrino in Apologia ad *Theodosium*, quodque propterea in Synodo Ephesina sub throno positum fuerat, pro antitodo habeatur, ad retundendam haereticorum perfidiam, ob verba aeternae vitae, quae in se continet, quaeque veluti nostrum spirituale alimentum gustanda sunt, quoniam, ut ait divinus ipse Magister apud *S. Matthaeum* Cap. IV. vers. 4. *non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*. Hinc est, quod interdum in vetustis primaevae Ecclesiae monumentis, Salvator, vel Apostoli, aut Diaconi, quorum officium erat ferre, ac legere coram populo Evangelium, observantur, sacrum Textum, vel ad instar Codicis conligatum, vel ad instar Voluminis plicatum, in manibus gestantes. Saepe etiam idem Evangeliorum Liber in vitris sacrorum coemeteriorum reperitur inter sanctos *Petrum* & *Paullum* locatus, & superne, ad nobis caelorum regnum indicandum, corona redimitus, ut diligenter animadvertit in egregio suo Opere *de Cruce Veliterna* Eminentiss. Cardinalis *Borgia*, a pag. 174. Ponebatur quoque in medio sacrorum altarium, quemadmodum *Ravennae* visitur in musivo opere Ecclesiae *S. Ioannis in Fonte*, anno CCCCLI. iussu *Neonii* Episcopi elaborato, & apud *Ciampinium Veterum Monumentorum* Tom. I. pag. 132. & 134 typis impresso. In ipso videtur Codex Evangeliorum ligatus super aram, antiquo more constructam, a quatuor columnis sustentatam, collocatus. Ritus ponendi Codices Evangeliorum super altaria, confirmatur auctoritate Concilii Rhemensis, ab *Ivone* Carnotensi Episcopo relata, in quo decretum fuit, *ut mensa Christi, id est altare, ubi Corpus Dominicum consecratur, &c. cum omni veneratione honoretur, & mundissimis linteis, & palliis diligentissime cooperiatur, nihilque super eo ponatur, nisi capsa cum sanctorum Reliquiis, & quatuor Evangelia*. Quae quidem consuetudo viget adhuc in Laudunensi Ecclesia, teste *Antonio Belloto* in *Observationibus ad ritus Ecclesiae Laudunensis* pag. 722. qui subiungit, ibi nunc quoque adservari super aram Codicem Evangeliorum litteris aureis exaratum. Idem etiam in aliis Galliae Basilicis in usu fuisse adfirmat Dominus *Bocquillot*, *Traité historique de la Liturgie* Lib. I. Cap. X. pag. 242. Alia eiusmodi exempla vide apud *Catalanum* in disceptatione *de Codice S. Evangelii*, Romae edita anno MDCCXLIII. Lib. III. Cap. I. pag. 135. Clariss. Bonarrotius pag. 21. in suo *de Vitris* Opere, id etiam posteriori tempore in usu fuisse refert, ut videre est in cryptoporticu *S. Laurentii* extra muros Romae.

Secunda graeca Epigraphe nos admonet, hunc pretiosissimum sanctorum Evangeliorum Codicem, qui Byzantio in civitatem Trapezuntis dono missus fuit, ut diximus in primae Inscriptionis illustratione, a Metropolitano *Barnaba*, imperante *Andronico Comneno*, qui miserrime obiit anno MCLXXXV. collocatum fuisse in admirando, & augusto Deiparae Chrysocephalae templo, posteaque ornatum, intextumque auro, & argento anno MCCCXXXI. impensis magnifici Cotza Luli, Arabi, qui medicinam cum laude profitebatur, ut divinare possumus ex quadam compendiaria nota, quae dictum Χοτζᾶ Λουλοῦ nomen praecedit, quam primo oculi ictu θεοδώρου legendam putavi, sed re melius considerata θεραπευτοῦ vocem elicui. Neminem latet, quanto in honore & existimatione per ea tempora esset apud Arabes medicina, & quam facile eius artis professores sibi divitias, dignitates, & imperialis Aulae gratiam conciliarent, prout *Cotza Lulo* nostro contigisse comperimus. Inter Episcopos autem *Trapezuntis*, quorum nomina recenset *Le-Quienius* in *Oriente Christiano*. Tom. I. pag. 509. & Tom. III. pag. 1098. seq. hic *Barnabas* non reperitur; nec mirum, quum inter *Michaëlem* ann. MCLXVI. & *Niphonem* ann. MCCCXLI. eius urbis Episcopos, magnum temporis intervallum intercedat. Ecquis praeterea nescit, quanta gemmarum copia, quibusque pretiosissimis operculis Evangeliaria & Epistolaria insignium Basilicarum exornarentur? *Ludovicus Antonius Muratorius* Tom. VI. *Antiq. Med. Aevi* pag. 285. Opusculum refert *de casibus infaustis Monasterii Farfensis*, anno circiter MCXIX. conscriptum, in quo legitur, *Berardum Abbatem* varia sacra ornamenta illi Coenobio reliquisse, ac prae reliquis, *Missalem maiorem cum tabulis argenteis*, *Missalem Domini* Obdonis, *& textum Evangeliorum, quem praefata Regina* (Agnes) *huic Monasterio dedit, cum tabulis eburneis, & argenteis, ac deauratis, & alium cum Crucifixo argenteo*; & paullo inferius: *Orationalem, cum tabulis eburneis*. *Cedrenus* memoriae prodidit, *Constantinum* Imperatorem anno Imperii sui XXI. operculo aureo, ac pretiosissimis gemmis, margaritisque sanctorum Evangeliorum Volumen decorasse, quod maiori Ecclesiae muneri dedit. Hoc idem saepius ab aliis factitatum *Anastasius Bibliothecarius* refert, & in primis in Vita Pontificis *Vitaliani* scriptum reliquit, Constantinum Pogonatum *misisse beato* Petro *Evangelia aurea, cum gemmis albis*

mirae

Digitized by Google

mirae magnitudinis, in circuitu ornata. Quin etiam *Leo* III. fecit *beatissimo* Petro *Apostolo fautori suo Evangelia aurea, cum gemmis prasinis, atque hyacinthinis, & albis mirae magnitudinis, in circuitu ornata, pesan. lib.* 17. *& unc.* 4. Et in Vita *Paschalis* legitur: *in Ecclesia beati* Petri *fautoris sui fecit Evangelia cum blatthin. ex argento, pesan. lib.* 8. *& unc.* 8. Alia eiusmodi exempla videri possunt a *Leone* Hostiensi relata in Chronico Cassinensi Libro I. Cap. XXXV. & LVI. Libro II. Cap. III. XLIV. & LXII. & Libro III. Cap. XXX. a *Bonarrotio* in laudato *de Vitris* Opere, pag. 94., & a *Iosepho Catalanio de Codice Evangeliorum* Lib. III. Cap. XVII. In sacrario Regiae Aedis Parisiensis magna quaedam adservatur lamina aurea, quae olim pro sacrorum Evangeliorum custodia inserviit, in qua compacta est celebris illa gemma, mirifice insculpta, *Augusti* Apotheosin repraesentans. Putant plerique fuisse hoc munus alicuius Constantinopolitani Imperatoris, aut alterius Orientalis Principis, Galliae Regibus oblatum. *Tristanus* in *Commentariis Historicis* Tom. I. narrat, ignaram priscorum temporum gentem opinatam fuisse, in ea gemma *Iosephi* Hebraei in Aegypto triumphum insculptum exhiberi, eaque de caussa ad sacrum Textum decorandum fuisse adhibitam. Sed quomodocumque se res habeat, id certo adfirmare possumus, plerumque veteres profanis ac Christianis gemmis ista Evangeliorum opercula exornare consuevisse, ut observat *Marangonius* in suo Opere inscripto: *delle cose gentilesche e profane trasportate ad uso, e adornamento delle Chiese. In Roma per* Niccolò Pagliarini MDCCXLIV. 4. pag. 70. & seqq. *Edmundus Martenius, & Vrsinus Durandus* in Galliae itinerario, *Voyage Litteraire* Tom. *II. pag.* 18. se vidisse adfirmant vetustos plures huiusmodi Codices praestantissimos, inter quos illum commemorant, qui exstat in Abbatia *S. Medardi* Soissonii, de quo agit etiam *Mabillonius de Re Diplomatica* Lib. I. Cap. X. argenteis, & aureis laminis mirifici operis contectum, itemque alium (*Voyage Litteraire* Tom. *II. pag.* 288.) qui adservatur in celebri Abbatia *S. Maximini* Trevirensis, ab *Ada*, *Pipini* filia donatum, ut eruitur ex inscriptione ibid. relata. Codicis huius tegumenta, ac gemmae, quibus exornatur, maximi quidem pretii esse existimantur, inter quas praecipue nominatur *Achates* (verba sunt Hodoeporici) *gemma, quae effigiem* Adae *ancillae Christi, & sororis* Caroli Magni, *cum tribus eius, ut videtur, filiis repraesentat. Hartulphus* Lib. II. Cap. X. apud *Lucam Dacherium* Tom. IV. *Spicil.* pag. 468. refert inter sacra Centulensis coenobii cimelia ab Abbate *Angilberto, Caroli Magni* Capellano, donata, reperiri *Evangelium auro scriptum, cum tabulis argenteis, auro, & lapidibus pretiosis, paratum unum, aliud Evangelium plenarium,* idest *integrum.* Vidisse me memini in thesauro Ecclesiae Modoetiae *S. Gregorii* Antiphonarium, aureis litteris quadratis exaratum, & operculis custoditum eburneis, ex una parte Regis *Davidis*, ex altera *S. Gregorii* effigiem exhibentibus. Maxima quoque cum admiratione conspexi tegumentum Codicis cuiusdam, qui vulgo Evangelistarion Reginae *Theodelindae* nuncupatur, totum ex auro, graeco more, mirifice figuratum. Visitur in medio Crux aequilatera, chrysolithis, smaragdis, pyropis, hyacinthis, aliisque pretiosis gemmis contexta, in cuius disco, octo exstant anaglypta rarae vetustatis, & pulcritudinis, cum sequenti Epigraphe:

In dextera parte.

DE DONIS $\overline{DI}$ OFFERIT TEODELINDA REG.
GLORIOSISSIMA $\overline{SCO}$ IOHANNI BAPT.

In sinistra parte.

IN BASELICA QVAM IPSA FVND.
IN MODICIA. PROPE PAL. SVVM.

Archiepiscopus Mediolanensis *Aribertus*, quum ad evitanda bellorum civilium, quae optimates inter, & plebem exarserant, pericula, Modoetiam se contulisset, ibique per aliquod tempus, ab anno videlicet MXLI. usque ad initium anni MXLV. substitisset, *S. Ioannis* Ecclesiae Evangelistarium, seu potius sacrorum Evangeliorum operculum dono dedit, cuius unum latus ex auro purissimo confectum, pluribusque pretiosis gemmis ditatum est, inter quas duae potissimum eminent, altera *Aesculapium* repraesentans, & altera *Apollinem*, uno pede stantem. Postica pars conflata est ex argento aurato, cum picturis encausto opere mirifice elaboratis, inter quas ipse *Aribertus* inspicitur, ut ex nomine ibidem adposito eruimus HERIBERTVS ARCHIEPISCOPVS. Tum legitur sequens tetrastichon:

Hunc Evangelicum tibi dat pro munere textum
Praesul Heribertus, Christe, tuus famulus.
Fulgeat Ecclesie Sancti sub laude Ioannis,
Tollere qui temptat, perpetuo pereat.

In Metropolitana Mediolanensi vidi insuper aliud donarium, illi datum Ecclesiae ab ipso Archiepiscopo *Ariberto*, quod e manibus eiusdem artificis prodiisse crediderim. Summa autem veneratione, ac cura sancta Evangelia servabantur, & interdum in aureis capsulis, gemmis ornatis recondebantur, ut docet *Alteserra* in notis *ad Anastasium Bibliothecarium in Hormisda* Sect. LXXXV. Hinc est quod *S. Gregorius* Turonensis de *Gloria Confessor*. Cap. LXIII. memoriae tradidit: *Tunc capsam ad sancta Evangelia recondenda, pa-*

Digitized by Google

pateramque auream, & calicem ex auro puro, pretiosisque lapidibus praecepit fabricari. Et alibi *Histor.* nimirum *Francorum*, ubi *de Chidelberto* agit, subiungit: *Viginti Evangeliorum capsas detulit = ex auro puro, & gemmis pretiosis ornatas*. Praeterea *S. Gregorius Magnus* Lib. XIV. Epist. XII. *Excellentissimo*, ait, *filio nostro* Adulovardo *Regi phylacteria transmittere curavimus, idest crucem cum Ligno S. Crucis Domini, & Lectionem S. Evangelii theca persica inclusam*. Plura thecarum huiusmodi occurrunt exempla in musivis operibus Coemeterii S. *Agnetis* extra Vrbem, ab *Arringhio* relatis, *Roma sotterranea* Tom. I. pag. 579. & Tom. II. pag. 213. In nonnullis Galliarum Ecclesiis haec viget adhuc consuetudo, ut docet praefatus *Bocquillot Traité Historique* pag. 244. Veteres Christifideles adservabant Evangelia etiam in armariis, ut videre est in musivo opere *SS. Nazarii*, & *Celsi* Ravennae, anno circiter CCCCXL. elaborato. Recondebantur quandoque, vel in Bibliothecis, antiquis Basilicis adnexis, vel in Secretariis, ad utrumque altaris maioris latus adpositis, de quibus loquitur *S. Paullinus* Episcopus Nolanus Epist. XII. ad *Severum*, editionis Venetae anno MDCCXXXVII. num. 205. Haec & multa alia Evangeliaria, relata a doctissimis viris *Mabillonio*, & *Martenio*, scripta erant ut plurimum maiusculis litteris, vel graecis, vel latinis, maiori qua fieri poterat, diligentia, aureis, & argenteis. Hinc Platonicus ille apud *S. Augustinum de Civitate Dei* Lib. X. Cap. XXIX. scriptum reliquit, quod Evangelium scribi debet aureis characteribus, & cantari, & explicari ad populum ex ambonibus, quales adhuc in vetustis Ecclesiis, ut in nostra *S. Miniatis* ad Montem, prope Florentiam supersunt. Exacta denique Codicum recensio, qui aureis litteris, & argenteis, & aliis coloribus scripti sunt, habetur descripta etiam in *Evangeliario Quadruplici Blanchinii* Tom. IV. pag. DLXXIII. seqq.

QUum de Matthia Lupio, Aioli in agro Pratense Plebano, & Canonico Geminianense nonnulla protulerimus Catalogi nostri Codicum Latinorum Tom I. pag. 94. Cod. VIII. pag. 108. num. XXXV. pag. 110. num. XV. pag. 255. Cod. XVIII. pag. 604. Cod. VIII. & Tom. III. pag. 292. §. XLI. iuvat heic excerpta quaedam dare eius Poëmatis lucis adhuc expertis, cui titulus *Annales Geminianenses*, Libris X. heroico carmine, valde tamen rudi, & incompto, conscripti, cuius nobis copiam fecit honestissimus Medicinae Doctor Paullus Lupius. Ortus est igitur Matthias Lupius, Lupi Nuccii Lupi filius A. MCCCLXXX. ut ex hoc Poëmate apparet Lib. III. pag. 27. A Leonardo Arretino in graecis, latinisque litteris, necnon in arte historica, & Aristotelis Ethica est institutus. Hinc A. MCCCCXVII. politiorum litterarum Professor in patria sua declarari meruit, ut ex Libris Reformationum Felicis Brancatii Potestatis Geminianensis fol. 48. apparet, Lectissimam Bibliothecam, optimis refertam Codicibus, publicae utilitati dicavit, quod eruitur ex Libris item Reformationum Iacobi Capponii Potestatis fol. 25. 66. necnon Iacobi Ioannis Carduccii fol. 378. 379. Novis postea Codicibus locupletata fuit ab Honuphrio Petri, ut ex Reformatione Gerardi Bartolinii fol. 267. sub die VII. Martii MCCCCLX. videre est. Ex Libro Reformationum Antonii Nobilii fol. 30. ac 56. eruitur Matthiam Lupium e vivis excessisse Prati die XXIV. Septembris anno MCCCCLXVIII. & quod Geminianenses, ut eius mortales exuviae in patriam reportarentur, ac publico funere honestarentur, missis illuc Honuphrio Petri, & Angelo Baccio legatis, decreverunt. Orationis in eius funere habitae, excerpta dedimus Catalogi nostri Latinor. Codd. Tom. III. pag. 292. §. 41. In Ecclesia sancti Augustini honorifice tumulatus fuit, adposita hac inscriptione:

Matthias, patriae reliquisque piissimus, hic est
Lupius, in Petri relligione nitens.
Rhetore, Silviadae, simul hoc gaudete Poëta,
Spargite purpureas huius in ore rosas.

Cosmus I. Magnus Dux Etruriae Baccium Baldinium suum Protomedicum, ac Mediceae Bibliothecae Praefectum ad Geminianenses misit, ut inventarium Bibliothecae a Lupio relictae conficeret, ageretque cum Vexillifero, & Ecclesiae Principis Operariis, ut in Laurentianam importaretur, quod accidit die XIV. Aug. MDLXVIII. Camillo Rodulphio, & Alexandro Vecchio, publico Decreto in Actis Simeonis Guiduccii Potestatis fol. 8. ad Codices Florentiam transferendos delectis.

Excerpta ex Poëmate Matthiae Lupii Poëtae laureati *Annales Geminianenses* inscripto.

Ex Libro primo pag. 1.

ME movet optantem Patriae describere gesta
Nunc immensus amor, nulli descripta priorum
Carmine, vel prosa illustri, seu lege soluta;
Sed deterret opus summarum gloria rerum,
Quas vehit annexas populorum pompa per urbes,
Decantanda simul maiori pondere metri.
Quum per se populi sub libertate vigebant,
Thuscia praecipuo quos exaltabat honore,
Vnam sponte ligam fecerunt, bella moventes — Foedus omnium Etruscorum.
In quicumque forent inimici, sive rebelles.
Hinc & participes aderant in laude triumphi,
Quem simul heroico cantari carmine gliscunt,

Digitized by Google

Praecipue elatis sistens ad sidera palmis,
Vnicuique petens meritis sua praemia reddi.
Haec deserta rogat, nam sunt aliaeque rogantes
Magnificae ex Latiis sat circumstantibus urbes;
Inveniteque novum sed earum gloria lumen,
Meque aliis parere, labor non tolleret ullus,
Ex his quae cupiunt, si sint in pectore vires.
Continuo stans ante fores haec hostia pulsat,
Quod crudelis ero, si non audivero supplex
Hanc, quae lactavit, senioque refovit alumna.
Ni pater eloquii Leonardus, & historiarum
Leonardus Arretinus Historiographus. *De te scripsisset, Florentia, splendor honorum*
Totius Italiae, & Romana ab origine princeps
(Concinit ille tua, verborum pondere tanto,
Ne valeant prosa, vel versibus aequiparari,)
Nunc tua Maëonio caneretur gloria versu.
Nobilitas & parta viris cum laude perenni,
Si foret Etruscis alius, qui pondera caeli
Ipse suis humeris aeque sustentet, ut Atlas,
Fonte Pegaseo suetus potare trilingui;
Sed non est talis nostro sub tempore vates.
Summo digna gradu praeponi, se tamen aequat
His, quibus interdum pactis se colligat aequis.
Huius enim virtutis honos est tantus, ut ulla
Non possit rerum fieri descriptio, quin haec
Participet laudis, seseque interserat illis.
Innectuntur & his utriusque negotia gentis;
Libertas dum vera fuit ditionis utrisque,
Haec se cum Ducibus, vel se cum Regibus ampli
Imperii caussis odii vel duxit amoris,
Pontificumque sacris sese commiscuit aris.
Hos & consimiles ponemus in ordine fastus.
Digna coli, & gesta magnae virtutis adorsa,
Cuius ab antiquis sunt semina consita doctis,
Et quae nota suis ullo sine carmine gestis
Interdum pretiosa, locis reseremus ovantes,
Sic segetem variis sparsam relegemus in arvis,
Quae sat proposito praestet se consona nostro &c.

Ex Libro eodem pag. 4.

Longa vetustarum series deperdita rerum
Ducenta Castra in Valle Elsae, quae perierunt. *Fiet, si passim memorem consumpta diebus.*
Vallis in extremis iam collibus Elsa, ducenta
Castra quidem tenuit, quae sunt submersa ruinis,
Pars Alba, & Nigra exorta est Pistorii, item Florentiae, et pervagata est ferme in omni Thuscia. *Aut Nigrae Partis rabie, vel Partis & Albae,*
Nunc, ut in aggeribus vidi, dum littora legi,
Difficile est igitur veterum renovare labores,
Reddere & antiquis fuerit quis rebus ad unguem
Auctor, ut in nullo quaeratur vimine nodus.

Ex Libro eodem pag. 7. b.

Elsa vocant Itali, quia post, dum quaeritur unde
Vir suus exciderit; sonitu responderit Elsa;
Sic saxis percussa furens responderat unda.
Huius aquae fluvii vis est mirabilis, illud
In lapidem vertit, recipit quod ab aggere lignum.
Spuma prius circumdurescit, & addita, tandem
Vertitur in lapidem, ligno marcente per annos.

Ex Libro eodem pag. 18. fuse loquitur de Balneis Sancti Philippi.

Hosque sequens vesper Quirica cum gente locavit,
Balnea quos numquam tantum prolaverat unda;
Nam duplici perlota loco, duo balnea, turba
Frequierat gaudens magno sub murmure secum,
Dicemusne modo, quot balnea vidimus illic,
Inter se comites fantur, dum caena paratur.
Dextera dat animum &c.

Ex Libro eodem pag. 26. b.

Hic devota viri celebrabitur ara verendi,
Quem per signa Nolae docuit discernere Pictor.
Si quater in numero viginti adiunxeris annos
Iam saeclis tredecim, sunt haec horrenda futura,
Pene Columna tuos tutabit in arma Ioannes,
Vipera post moriens, bello dabit oblita finem.
Huius in his annis orietur Carminis auctor,
Oritur Matthias Lupius auctor Operis an. 1380. *Et nova Cisternae suspendent arma Columnae.*
Descripturus eram, Podium advenisse Boniti,
Hunc celebrem populum, sed me mea somnia turbant:
Hora sub decima visum est mihi obisse Calistum
Pontificem, Theucris qui sub cruce bella reflexit,
Quique die medio voluit sonitu dare signum
Ecclesias, ut ave populus in laude Mariae
Diceret, & genibus flexis procumberet orans.

Ex Lib. II. pag. 57. Agrum Geminianensem describens, subiungit:

Illic inrigui fontes, vinaria fundent,
Et pomi cuiusque ferent viridaria fructus,
Non modio maiore Ceres de frugibus addet
Vicinis conspersa locis, nec Pallados arbor
Fructificas oleo replebit vasa minora.
Tertia iam messis croceo redolebit odore,
Graecia namque tuo cedet suavissima vino,
Insignis probitate viri, sive arte Peronis,
Pero primam vitem graecam advexit ad Geminianenses. *Qui primam vestras vitem portabit in oras.*
Non locus Italicis erit ullus amoenior oris,
Terrestris Paradisus erit, velut alter in hortis,
In quibus excubias contendet habere Priapus,
Aonios colles, Thebanae & praedia terrae
Postponunt vestri laetis pinguedine campis.

Ex Libro III. pag. 80.

Italiam Carolus repetit, secretaque pandit
Pontifici Summo, post in patriamque reversus. 1364.
Nascitur Arreti Leonardus, in orbe futurus 1369.
Eloquii lumen, post auctor & historiarum.

Gemi-

Digitized by Google

Geminianensis populi turbatio fertur,
Invidia impulsi se post movere plagarum
Quidam Primates, minime sub mente quieti,
Vt disturbarent reliquos furiantibus armis,
Quum pater hoc sciret, se clam subtraxerat ense,
Vxor id increpuit, tunc ille per avia quaerens
Lustra, potestatis Pili de stirpe Mathiam,
Solus erat nam miles, iens sedare furorem,
Exierat, toto properante satellite frustra.
Hunc stupidum aggreditur Pater, atque repente vocantem
Exhortatur eum variis sermonibus orans,
Vt iam descendens, omnes compellat abire.
Descendunt pariter, reverentia terruit omnes.
Sic quisque ex iussu in propriam se reddidit aedem,
Et lis in nihilum versa est, virtute paterna.
Ter rixas fecisse iocis ab origine caeptas,
Non tamen a dominis se defecisse benignis,
Invenio scriptum vestris annalibus olim &c.

Pag. 80. b.

1369. *Nascitur Arreti Leonardus in orbe futurus*
Eloquii lumen, post auctor & historiarum.

Pag. 84. b.

Matthias Lupius peste perculsus. 1400. *Succedente fuit taeterrima pestis in anno,*
Non incertus ero testis formidinis huius,
Inguina percussus me vix a morte retraxi.

Pag. 85. b.

1406. *Sub iuramento eligitur Gregorius, inde*
Neuter id egerunt linguis fallacibus usi.
Annos esse duos cum septem mensibus egit,
Esset ut ex numero duodenus in ordine Pastor.
Vnicus eloquii Leonardus honos erat illo
Tempore, quem Lupius graeco sermone secutus
Matthias Plebanus discipulus Leonardi Arretini. *Plebem promeruit, alterni foedus amoris,*
Dum simul Historiarum Libros, ac Ethicorum
Ederet, ille mihi, quonammodo consulis, edam,
Dicebat; repetens ego sic semper referebam,
Mentis ad ornatum sunt his maioris honoris,
Illis fama datur, sed sume utriusque laborem
Assiduum, nam fit virtus exercita maior.
His ait hortatus, bene dicis, utrosque sequemur &c.

Pag. 86.

Hoc Consilium est centesimum de illis, quae in lucem prodita sunt in primo Tom. Hic est Dominus Dominicus Bartoli de Mainardis, qui egregie scripsit super sextum Decretalium, & Auditor fuit Camerae Apostolicae. 1419. *A Volaterranis iterum de finibus orta est*
Quaestio, tum contra respondet Silvia liti.
Exoritur iudex, Florentia, mater eorum.
Consilium solemne dedit perfectus in arte
Canonica Doctor, patriae defensor & ultor
Dominicus, per quod lata est sententia iuste,
Obtinuit laetam Silvensis gloria palmam.
Thuscia terribili cruciatur peste bienni,
Inter belligeros, aluit quos Silvia fortes,
Viribus excedens, & mente, & corpore dexter
In castris Marianus erat Morontius heros,
Baldaccique comes, subitusque in praelia terror.

Marianus de Morontibus miles. *Vnum praecipue nostro sub tempore laudis*
Dignum praevideo virtute, & stirpe celebrem,
Noster ab antiquis factus concivis amicis,
Quanto sideribus sol visu est corpore maior,
Aut mare fluminibus, tanto supereminet omnes
Naturae instinctu, ac morum bonitate refertus.
Cetera turba virûm praecellit, eundo per omnes
Italiae vicos, populis ut iura ministrent.
Quos & Apollo velit Cyrrhaeos scandere colles,
Sunt pauci, & forsan numero phoënice minori,
Dedecus in summum, ac humani opprobria voti.
Antonius Poeta. *Vnius Antonii legistis amoena verendi*
Carmina, qui multos perfecit in arte poësis,
Nellius poeta. *Versibus imparibus citharam si Nellius aequam*
Temperet, aonios transcendet arundine colles,
Bartolemaeus Neruccius vates. *Et pia metra valent elegiaca Bartolemaei*
Transissent fratris, sed eum medicina retraxit.
Nullus adhuc sertis ornatur tempora lauri
Iacobus Neruccius Medicus. *E nostris, quamvis conentur carpere frondes.*
Cum Duce Philippo bellum Florentia movit.
1422. *Eximius Doctor, Decretorum super omnes*
1424. *Optimus interpres, super hisque volumina condens*
Dominicus Mainardus Doctor. *Plurima Dominicus, sacraeque Auditor in urbe*
Sedis Apostolicae, patria Silvensis, obivit.
Tum Martinus ait, lacrymis instanter obortis:
Nescio cui rubeum possim donare galerum.
1422. *A Florentinis, nummus protenditur auri.*
1423. *Militiae bellique Duces sub tempore nostro*
Braccius, & Sforza insignes celebrantur, & hostes
Invidia facti, fuerant qui prorsus amici.
1428. *A Florentinis defit Volaterra parumper.*
1429. *Hinc vix suscipitur bellum Lucense, negante*
Nobilium populo, valuit sed plebis erynnis.
1430. *Defecit radios terris effundere Titan.*
Guinisium Lucae Dominum, qua fraude suorum
Carcere, cum genitis oppresserit impia mortis
Hora, vigil scriptis Liguris sententia solvit.
Geminianensis legum Monarcha silere
Nellus Iuris Consultus Geminianensis. *Nellus consilio fecit, quoscumque per orbem*
Legistas dederat legum sapientia doctos,
Et tamen his horis ipsum mors impia tollit,
Fulgureusque Draco Capricorni cornua linquens
Circuit, & tandem caudam sub Pisce reliquit.
Hinc algore febres Italis regionibus omnes
Infestant, sparsum quasi de fulgore venenum.
Eugenius Quartus. 1430. *Eugenius Danaos conduxerat, Haeminiosque*
Ecclesiae ad ritum, magnis cum sumptibus olim;
Sed numquam in totum deponeret hydra venenum,
Et redit ad vomitum canis inrevocabilis astu.
Quartus, ut sapies, bis octo sedere per annos,
Et sub Toporio Liguris sunt castra tyranni.
Profligata, suis captis, aut ense peremptis.

Digitized by Google

Cosma novis technis patria depellitur urbe,
1432. *Annua postque dies Cosmam retraxit in urbem,*
1434. *Et quas adversas dederat nova factio leges,*
Cosmus Medices. *Immutavit, agens multos ex urbe repelli.*
Sic divisa suum populum Florentia torquet,
Pars populi remanet, pars altera pellitur extra,
Fit parlamentum, in quo fit pars ista rebellis,
Roborat illa suam varia sub lege salutem.
1438. *Eugenium contra, fit Concilium Basileae,*
Felicemque creant quartum, sed redditur exspes
Totius inde rei, paucis imitantibus illum.
1439. *Concilium celebre recipit Florentia Patrum,*
Damnatur Felix, & graeca fides renovatur,
Sanctorum in numero Tollentinus numeratur,
1440. *Hinc apud Anglare sic Piccininus in hostes*
Inruit infelix, ut ferme exercitus omnis,
Vexillumque simul profligaretur in ictu,
Ac vix cum paucis tenebris evasit obortis.
Sforcia Franciscus Blancam sponsavit, & urbis
1441. *Efficitur Dominus solemnior Ambrosianae.*

Ex Libro eodem pag. 87. b.

1442. *Me patriae reducem cum successoribus usque*
Ad septingentos auri nummos retinentem
Pro tribus ut solvam taxastis in ordine soldis,
O Conterrigenae, quibus hoc pro munere grator,
Vltima vivendi, Leonarde adscribitur hora,
1443. *Arretine, tibi, cui summa facundia nomen*
Contulit, Elysios virtus, sed impia campos
Ctesiphone abruptis Erebi saevissima portis
Ad superas facibus crepitantibus exiit auras,
Vt Domini mandata sui conducat in actum.

Ex Libro IV. pag. 111. b.

Florentina Patrum Synodus celebratur, & in qua,
Concilium Florentinum, 1055. *Luxuria infecti, vel damnantur Simonia*
Multi ex Praesulibus, tamen Abbas inde Casini
Pontificum in numero legitur, moriturus in anno,
Octavum Stephanum Synodus prae nomine dixit,
Quem celebri in tumulo templum cathedrale recepit;
Praesul & ipse tuus, titulis decoratur honestis,
E quibus in Synodo semper praefertur honore,
Quo tempore fuit Plebanatus S. Geminiani translatus ad Praeposituram, 1057, 1058. *Quam plebem quondam vult dici Praeposituram,*
Octavam decimus lunam Benedictus inivit,
Perfecitque suum cathedralis vita recursum.
Scinditur in varios discors intentio Patrum.
Sensus corrupti pretio, vel munere quidam,
Dum magis audaces se praeponunt Benedicto,
Qui praelectus erat maiori a parte Capitli;
Quapropter gravior super hoc fit sanctio, poenis
Appositis, sacram tenuit tamen ille cathedram,
Hinc Nicolaus Florentina Praesul in urbe
Qui fuerat, statuens eadem sub fulmine sanxit
Sedis Apostolicae, placitis non dissona Patrum,
Integer hic habitus vitae, fit Papa secundus,
Tres tamen & residens viridi virtute per annos,

Ex Libro eodem pag. 112.

Monstrum informe tuis oritur mirabile villis;
1061. Monstrum ex duobus corporibus simul iunctis usque ad umbilicum, ortum in villa quadam S. Geminiani. *Nam duo iuncta simul sub eodem corpora nexu,*
Ex umbilico per cetera membra solutum.
Hoc monstrum tenui deductum tempore noctis,
Hospitii cultor depingere iussit, ut omnes
Hinc vestri memores fiant per saecla nepotes
Quae Scalas in signa domus fert, undique notu,
Fulgida in asse tenet depictum ad tempora nostra &c.

Ex Lib. V. pag. 116. b.

Hactenus invigiles per tempora nos tua, Sylvi,
Scripsimus immixta infelicia fata secundis;
Nunc iterum repetamus iter, quum gloria rerum
Maior inest votis, sacra, & potiora perurgent.
1144. *Templum Papa sacrum Silvester chrismate primus*
1148. *Instituit fieri; sub eodem dogmate Papa*
Eugenius III. sacravit Plebem S. Geminiani, ubi resedit cum tota Curia, & xv Cardinalibus 8. dies. *Eugenius Plebem sacravit Geminiani*
Tertius, adiutus rubeis ter quinque galeris.
Curia tota sequens, ac omnis pompa virorum,
Vndique vicinum festivo more canentes,
Adstabant circum, par gloria namque triumphi
Esse videbatur, plebs laetitia iubilans tunc
Compita replebat cum cantibus omnia castri.
Venerat e Pisis gens obvia nobiliorum,
Nam Pisanus erat, cupiens decorare sacratum
Pontificem, nuper patriam revidere volentem;
Octo namque dies durasse solemnia, pictor
Discipulos Domini qui rectos pinxerat, una
Parte chori, ut scripsit sublimi in culmine Templi,
In testes sacratae Plebis semper habendos,
1148. *Saecla per undena, & quater, & denos simul octo*
Annos, Salvator quibus est e Virgine natus.
Hanc Deus instituit sub eodem mense sacrari,
Quo Petri, Paulique, & Salvatoris habetur,
Silvestrum sacrasse domos de mense Novembris,
Esset ut his sacris omen in summae Deitatis,
Centum iuvenes Geminianenses comitantur Papam usque Pisas. *Qui, vel qualis honos, vel quanti muneris instar*
Grandis amicitiae fuerit collatus eunti,
Centum ornata suis auro contexta figuris
Indumenta quidem pretio monstrante loquantur,

E qui-

Digitized by Google

E quibus induti iuvenes Pisas adierunt,
Ante bipartiti, illius ut decorent comitatum.
Quam sit deterius modo Sylvia, consule Castrum
Hoc, quaeso, pedites quod vix terquinque locare
Intra se tantum magno sine murmure posset.
Hoc magis invidia, quam paupertate premente
Contingit, paribus non dantur pondera libris;
Nam Sol per Geminos quater & quater iverat errans,
Et post Luna suos septem perstrinxerat arcus,
1153. *Eugenius quando sedem moriendo reliquit.*

Ex Lib. eodem pag. 129. b.

Haec est illa celebris pugna apud Campaldinum, in qua mortuus est Episcopus Arretinorum.

Tecum nos fuimus, Florentia, semper in armis,
Sed modo praecipue, quum duros stravimus hostes
Morte Gibellinos, Arreti insigne ferentes,
Nobiscum duro certantes foedere belli &c.

Ex Lib. eod. pag. 130.

Eminet in numero iuris utriusque peritus
1298. *Dinus, in alpifero Mugelli rure creatus.*
Quam nunc excelsam Daminorum cernitis aedem,
Magnae molis opus, Florentia libera caepit
Aedificare, volens aulae Priami similandam.
1299. *Hinc maiora parant extendere moenia circum,*
Vrbibus Italiae Florentia ditior auro,
Ditior & populo, domibusque excelsior amplis,
Lata viis, templisque Deûm sublimior altis
Eminet, & largo decurrens flumine Pisas,
Mittit in Oceanum, conducens undique merces.
Hinc urbs inter eas caussatur pulcrior urbes;
Floribus a variis, quibus est ornata, recepit
Nempe suum nomen, rebus non dissona dignis.
1299. *Horum, qui tentant fieri fraterculus ordo,*
Nunc heresim damnat iuste Bonifacius, amnem
Ne corrupta gregem corrumpat morbida capra.
1300. *Papa sacri meritum Iubilaei indicit in urbe,*
Qui fuit Ecclesiae, & venerabilis urbis amator.
Vt sensere viri in diversis partibus orbis
Almificam scelerum veniam posuisse Ministrum
In terra fidei, cui lata est plena potestas
Nos absolvendi, ac etiam sub fasce ligandi,
Se movere magis tanto concursu, ut in omnes
Vndique terrarum regiones, ne via lata
Per campos etiam stadio diffusa sat esset.
Hinc hominum turmae peditum devota canentes
Carmina, nunc acies equitum diffusa per agros,
Aut armis nitidae, vel vestibus arte decorae.
Ibant ante Duces, Reges, & heri, comitesque,
O species immensa virûm non voce canenda!
Plurima plebsque vias omnes dispersa replebat.
Legatos Regum legimus venisse disertos,
Quos in conspectu populi Bonifacius orans,
Commendansque tibi tribuit, Florentia, laudem
Tunc in vestitu, tum victu, tumque loquendo,
Praecipueque tuae regimen laudavit & urbis.
Qui claudi, trepidique senes, & qui silicerni
Vna ibant, tardante gradu, durumque laborem,
Ac iter immensum reputant peragrasse diei,
Si stadiis septem norint, iam vespere facto,
Consumpsisse diem; hinc iterum vacuamque resumunt
Summo mane viam, donec sua vota resolvant.
Instigante pium Francorum Rege Philippo;
Auferre hunc studuit de sede Sciarra Columna.
Obsedit propriam multo cum milite terram.
Ille sed in sedem vestitus Pontificali
Ornamento humilis, se certa in parte reduxit,
Exspectans fieri crudeli sub nece martyr.
Sed qui non humilem despexit, sed magis audit,
Commovit populum, quo fit de carcere liber.
Hinc & Anania Romam meat, urbe relicta,
Addidit & Sextum post Decretalibus amplis,
Tredena ut sacrae decurrunt saecla salutis. 1300.
Nam pater egregius, Muti de sanguine natus,
Bartolus, eluxit Sylvensi in littore martyr.
Beatus Bartolus Geminianensis.
Vermibus oppressum languens, & furfure lepraе,
Vir patiens, corpus sustentat; presbyter ante
Is fuerat, iuvenisque, tamen foetentibus artus
Omnes infectus scabiebus, & ulceribus, iam
Se retrahens a Plebe, locum, cui Cellula nomen
Indidit, elegit (regio post omnis ab illa
Nomen habet) saliens intra tua moenia, Sylvi.
Spiritus egrediens aulam transcendit Olympi,
Vt patet e signis; centum funalia cerae
In funus gessere suum lucentia semper,
Nec tamen ex illis decreverat uncia cerae,
Nota de funalibus non imminutis.
Vt venere locum, quo nunc veneratur in ara,
Distant ipsa tamen stadiis loca paene duobus,
Vt prolictor ait, sumptus qui in funere fecit.
Mortuus insignes, & quos natura negavit
Edere nos homines, actus, ut sanctior, edit.
In Daemone (sic) oppressos toties miracula fecit,
Ad tumulum quoties invitos applicuere,
Liberat ac hodie suppressos febribus aegros.
Nam radians flammis sparsurus ad aethera 2301.
grande
Lumen, in Etruria caepit lucere cometes,
Nescio Francisci fuerit praesaga Petrachi;
Is tamen, Arreti vico qui dicitur ortus,
Nascitur, atque puer scitus praenoscitur ore,
Cui lauri viridem Florentia laeta coronam
Post dedit, in signum illustris sublime Poëtae,
Vndecimusque novem menses sedit Benedictus &c. 1303.

Ex

Ex Libro eodem pag. 135.

Mortis in exsilio legimus sensisse vigorem
Dantem mirificum tibi, Florentine, Poëtam,
Florentine, tibi, quo possint moenia cingi,
1317. *Partibus infectis, hic cessit habere tributum*
A Clero regionis, ego pro munere Cantes
D. Cantes de Pichena Praepositus Plebis S. Geminiani dedit mille ducatos pro moenibus Florentinis. *Praepositus Plebis pretiosae Geminiani,*
Rure Picenati nati genitus quoque vester,
Et Cleri consors persolvi mille talenta,
Gratior ut fieret populus tibi Geminianus,
Qui tibi subsidium dedit his in moenibus ultro.
Hae tum corde ligam praestanti fortibus urbes
Foedus Guelforum contra Castruccium. *Effecere novam vinclis, Florentia Princeps,*
Sena, & Vulterrae cum Colle, & Geminianis,
Ac Miniatenses contra quoscumque inimicos;
Praecipue in Castrucci mortem, & saeva tyranni
Capitaneus de Bondelmontis. *Agmina Gallorum venientis in eius honorem.*
De Bondelmontis vestras Capitaneus iras
1320. *Fregerat, & socias populares egerat alas,*
Seu quinquagenas vos appellare velitis.
Miles is egregius Gentilis nomine, & actu,
Promeruit laudem, viridemque in fine coronam.
1324. *Thomas in sanctos Domini numeratus Aquinas.*
Non habuisse Iesum proprium qui nempe negabant,
Hos ab Apostolico reprobat sermone Ioannes.
Lectus ad Imperium Ludovicus Dux Bavarensis,
Tollitur a sacris, Papa mandante Ioanne.
Fulginas Medicus Gentilis, Dinus eadem
Arte valens, clari magnae virtutis habentur,
Dinus eo magis est patriae veritus per honorem.
Sciarra Columnensis Ludovicum sponte coronat,
Vrbis Romanae Papa prohibente Ioanne,
Quem vi deposuit, praeponens Carboriensem
Petrum in Papatum, Fratrum de sorte Minorum.
Ipse Ludovicus falso se a Praesule iussit
Inde coronari, nullum servansque tenorem
Ordinis Imperii, vel maiestatis avitum &c.

Ex Lib. eod. pag. 136.

Hic Federigus erat Rex Siciliae. Geminianenses mittunt Raynerium Morontum militem cum peditibus & equitibus in auxilium Roberti Regis contra Federicum, & aurum obtulerunt legati missi ad eum. *Scripserat illustris Robertus Geminianis,*
In Federicum, peltas, ac arma parari,
Qui peditum grandem subito misere cohortem,
Ac equitum, quorum ductor Morontus adivit;
Ranerius miles iam Dux expertus in armis,
Ac auri summam grandem tum sponte dedere;
Et qui pollicitis foveant, & munera donent,
Egregios legere viros, qui consona Regi
Exponant, patriae mandata suae reverentes.
Egregius miles legitur Baptista Pelaris
Orator, iudexque simul Bonacursus Vbaldi,
Insuper insignis miles, seniorque Ioannes
Morontus simul, atque duo sub lege professi
Benvenuti ades legum praefunctus honore,
Bartolus, atque Lapus, Bardi doctissima proles,
Purpureo cultu, & praetextis flantibus aurum,
Regis quamprimum secretior aula recepit
Legatos; orare Lapus sic incipit audax &c.

Baptista de Pelaribus miles. Bonacursus Vbaldi miles. Ioannes Morontus. Bartolus Benvenuti Legista. Lapus Bardi Legista.

Ex Lib. eod. pag. 140. b.

Nulla fames populis atrocior exstitit ante,
Inque plagas Italas variae venere locustae,
Quas dentes habuisse feros per gutrura credunt,
Quum nullo possent satiari corpora pastu.
Iunumera & cecidisse ferunt animalia caelo,
Parvis corporibus, putri & foetore referta,
Quae Medici in pestem rentur generasse venenum;
Antonomasiam tribuit crudele flagellum
Huic pesti, quotiens loquimur de peste, sine ullo
Adiuncto, innuimus de isthac nos esse loquutos.
Haec non aetatis, non sexus iure pepercit,
Omnia convolvens uno sub fasce creata,
In medioque viae portantes funera, funus
Efficiebantur, tumulus fit & unus utrisque.
Silvia quam misero vexaris turbine mortis!
Hic, adeundo, cadit, necnon cadit ille, sedendo,
Dum parat hic bibere, cyathum dum porrigit ori,
Dum gustare cupit cyathum, sub morte reliquit;
Dum vir, & uxor edunt, subito cadit hic, cadit illa,
Illa manu retinente cibum, sed in ore maritus.
Arbore de nulla ventorum turbine poma
Tot cecidere die, quot condunt funera terrae.
Tam grandem foveam fecere, quod omnia mixtim
Corpora pulvereo tractu facili sepelirent.
Nam ter quinque hominum moriuntur millia castro,
Quindecim millia hominum moriuntur peste in Sancto Geminiano. *Corpora tam parvo, quod possibile esse timebam,*
Ni Florentina firmassent urbe perisse,
Vltra hominum sexdena infecto millia morbo.
De Lupia cecidere domo numerosa iuventus,
Quadraginta duo languebant tempore in uno
Ex hac; quid reliquis evenerit inspice doctus.

Ex Lib. IX. pag. 217.

Vsque quod in mentem paullatim spiritus eius
Viribus e solitis sese ridendo recepit,
Electum de sorte Pium imposuere vocari
Laetitia ingenti, tum gloria summa per omnes
Papa Pius II. *Christicolas exorta, Deo cum laude refertur.*
Creditus est populis, reparatorem fore sacrae
Ecclesiae a Turcis furibunda per arma ruentis.
Quamprimum sedit tacita sub temporis hora,
Inter-

Digitized by Google

Centum oratores Fernandi ad Pium.

Interpolatim narro, & sub tempore nocti,
Centum oratores Ferrandus misit ad illum
Cautus, & obtinuit quidquid pro sorte poposcit,
Vt quidam referunt, & vulgo dicitur omni.
Annua nummorum est conventio facta per ambos,
Auri quinquaginta duo si millia dentur
Ecclesiae in censum, tibi tunc, Fernande, coronam
Apuliae Regni promittit, & addit honores,
Illa forte via in Teucros meditatus adire.
Assensit votis, sed spe deceptus inani est,
Non animadvertens Gallos insurgere contra,
Et super hoc Regnum durabile fundere bellum,
Nec cui committat Regni memorabile munus,
Nec sub quam querulo subigat sua colla Senatu,
Nec meditans, quae, & quanta parit ditionis hiatus.
Saepe reassumpto post frigida membra calore
Erectum cauda serpentem fundere virus
Legi, ac officii memorem non esse recepti,
Quos fervore animi, magnoque labore procurat
Exaltare homines, interdum viribus absunt,
Dum videant prodesse sibi, vel crescere Regnum,
Et tunc inspicimus granum in zizania nectum.
Sic turdela serit sibi mortis in arbore semen,
Quo pennas visco perit intricata tenaci.
Ambiguo fortuna valens se tradere fini,
Exigit alterno deduci in praelia fraeno,
Quod sit deterius, persaepe iniuria sumit.
Hinc in agendo decet cura graviore potiri,
Vt sint grata suo sua tunc primordia fini.
Sed res quaeque suo tractetur tempore, quando
Non iam praeterita remeabit in usibus hora.
Haec pensanda forent terseno nigra lapillo
Rectius, ut subeant operi praecognita iusto,
In male praesumptis, non sit mihi ferrea cervix.
Esse nefas meditor praesumere viribus ultra
Quam deceat, sed amor Moysi surrexit in iram,
Praetendentis enim populi sperare salutem,
Nec me retraxit Domini sapientia, nec vis,
Cernentem, quandoque bonum dormisse Catonem.
Non sumus immemores, quot Ladislaus, ut hostis
Intulit Ecclesiae insultus in dedecus urbis.
Quinque tenens Lunas, viridis crux splendet in albo,
Campo, quam superat triplex modo nexa corona.
Quum Pius aegrotans licet hinc te Mantua quaerit,
E Roma ut moveat Reges, Comitesque, Ducesque
In Teucros, sacrae fidei duros inimicos.
E Senis gradiens magnos suscepit honores,
Sumpsit inauditos per te, Florentia, vadens.
Iam Florentini festum solemne parabant,
Sed non febre iuvant ingentia gaudia vressos,
Nam poena afflictas non cancitat ulla voluptas.
O quid magnificum vidi, spectacula vincens,
Quae miranda solent fieri sub tempore festi
Inter Olympiades, aut in ludos Magalenses,
Quum recitabatur noviter meditata poësis;
Omnium enim generum, quae sunt inventa ferarum
In Florentino sunt quaedam inclusa theatro,
Vt secum pugnent, populo spectante, sed illae
Exanimes rumore novo, oblitae feritatis,
Seu quia se clausas spectant, terrore premuntur.
Insimul adstabant lupus, ac ovis, & leo, & agnus,
Ac aper, & canis, & cervus cum lynce cubantes,
Cuniculi, & vulpes, ferientes ungibus ursi;
Et quis crediderit? tetigit non ira leonis
Cervum, nec leporem canis, aut sitiens lupus agnum.
Ocia tranquillae populos conformia pacis
Traxerunt Italos ad eos concurrere ludos;
Namque aderant Reges, Comites, Proceresque, Ducesque.
Praetereunti etiam reverenter fecit honores
Bononia insuetos, totidem Ferraria facit;
His nec dissimiles; aderat nam Marchio, mandans.
Omnes iam populi gratantur, & omine laudant,
Quod sequeris pietatis opus, sperantque videre
Ingenio commota tuo nunc agmina Regum,
Quot cruce sub Christi vivunt Titanis ab ortu
Eius ad occasum, gelido septemque Trione.
Per Lybiae regionis opes verguntur in Austrum,
In Teucros inferre crucem, gentemque profanam
Perdere, sive fide veniam donare renatis.
Sub spe postque Ducum in Teucros convertere bellum,
Mantua Pontificem tenuit fortasse per annum.
Illic orando quam sit sermone disertus,
Ingeniique virens, longas patuere per horas.
Festos namque dies iam Rex Fernandus agebat,
E quibus auditis permota est Gallia contra,
Bella movens, veniunt classes, & praelia fiunt.
Dura quidem, auxiliis collectis undique Regum.
Papa via rediens, per quam peragraverat aeger,
Per Florentinam transivit alacrior vrbem,
Ventorum impulsu nimium per tecta repletas
Vidimus esse domos, ut non habitabilis ulla,
Caenaclum praeberet, habens residile quietum.
Vt Senas rediit Pius infirmus, vocat ad se
Concilium fratrum, rubeos & quinque galeros
Distribuens, Itala tantum de stirpe creatos.
Trans alpes odii legit sine semine fructum,
Inter & optantes fuit indignatio adurens,
Pollicitis opera non respondentibus aequa,
Intra corda licet facie sileatur aperta.
Triginta inrisos animo doluisse recordor;
Sicque moram traxit Senis & Curia tota.
Ast ut convaluit, Senensia balnea linquens

Sospes

Digitized by Google

Sospes iit Romam, quia concipit esse rebellem.
Ante sed impulsus, quam Senis cederet, illi
Qua super impellor caussa, sic scribere duxi:
Sidereo spirante Deo, Sanctissime, nutu
Eligeris tu Papa Pius, nunc ferre labores
Impiger Ecclesiae, necnon ipsius honores
Augere instituis, subiens quaecumque pericla;
Non te deterrent aegri nunc corporis acer
Languor, & anxietas animi, vel sortis iniquae,
Tempestas te nulla movet, tu vincis utramque
Fortunam, quae fata ferunt disponis, & aequa
Omnia mente regis, te nullus fallit, inhaeres
Sollicitus rebus, oculis es acutior Argo,
Anxius, invigilans curis, tu pastor, oves ne
Iam sint esca lupis, animam praeponis, ut illas
Ad gremium Ecclesiae referas, instanter, & unum
Poscis ovile tuis fieri, ne longius errent.
Vtque decet largos, sic iusta petentibus imples
Vota hominum, nullumque sinis discedere saltem
Muneris expertem, auspicii vel munere pleno,
A te discedunt laeti, quo iure propinquant
Praemia iam iustis meritis. Sol ecce cometem
Nutriet in Teucros, armis per te superandos.
Ipse Pater rerum per iter te ducet apertum.
Hic te commovit propria de sede per alpes,
In Ligures penetrare domos, & quaerere census,
Perque feras peragrare, novus velut hospita, gentes.
Sic felix vinces, huius tu gloria saecli
Vnus eris tandem, officiis super astra locatis,
Fama nec in terris fiet pretiosior ullis,
Quam tibi Pontificum in Teucros nunc arma moventi.
Et merito; a nostris nam quanta pecunia fertur,
Tanta ministerio super hoc expenditur ultra.
Ingenio exquiris, unde hanc vel foenore possis
Nancisci, parat ipse vias in tempore Christus
Multiplices, precibus semel exoratus in ara.
Non opus exhorter, qui summis viribus ardens
Nocte, dieque vigil non cessat adire labores;
Sed tamen in cursu non obfuit incitor axis.
De se loquitur Matthias. *Qui sim forte petes, tibi praenotissimus olim,*
Nos licet adversis fatis diviserit hora;
Ecce ego Philosophos toties auditus in urbe
Enucleare tua, dum me iuvenilior aetas
Duxit in obsequium tanti Communis habendum,
Quorum doctrinam prius edocui, fateor, quam
Me didicisse fuit, nequeunt manifesta negari.
Nunc iam decrepitus, miserum, vel corpore languens,
Infestor caussis manifeste prorsus iniquis.
Plebem quam tenui iam quinquaginta per annos
Liberam, & a nullo stimulatam nempe patrono,
Semper & a summae collatam Praesule Sedis,
Haec, ni provideas, falsis quaesita patronis
Obteritur, doleo, nequiens obstare tyrannis,
Vsurpare sacras tantis conatibus aedes &c.

De Plebe Matthaei sibi ablata.

Ex Lib. X. pag. 240. b.

Extremum, da summe Deus, componere carmen
Idibus Octobris initum, currentibus annis
Sexaginta tribus centum quater addito mille,
Quindeni vim cura monet me attingere saecli,
Sed non prima redit numero felicior aetas;
Mille etenim quondam Patres vixere per annos,
Octuaginta modo, labor & dolor occupat artus.
Hoc & ego experiens tibi sum certissimus index.
Aethiopum salsis pars quaedam sola locustis
Vivit, non octo transcendens lustra sub annis.
Haec inter portenta solent a iudice poni
Naturae, ut cyclopes, monoculi, vel habentes
Vertice submoto solos in pectore vultus,
Aut, ut monopedes, solo cursu leviores,
Vocibus altisonis, cubitales vincere certant;
Aethiopes nigris subsannant dentibus albis,
Sed non difformes a nostro corpore membris,
Inter se distant homines faciente colore
Dispare, vel forma, vel longi temporis annis,
Arte, vel ingenio, vario vel sidere nati.
At sit quisque suo contentus munere vivens,
Quilibet ast hominum sat vixit, dum bene vixit,
Vivere non renuat, mortem non quisque recuset,
Iusserit Omnipotens si nunc, vel qua volet hora.
Ingenii vires exerceat, otia spernat.
Semina nascuntur vitiorum a deside vita.
Sic ego cogor opus metro describere sumptum.
Si quis ab incepto quoquam secesserit, ille
Prospiciat quantum defecit ab ungue negoti;
Praetermissa dies, nullo reparatur in aevo.
Quos inter medium fors hoc incluserit, addam,
Vt soleo, casus memori novitate colendos.
Nescio quid sacras pervertit spiritus aras
Pacis, ut incipiam de te, mea Patria, primum
Solus, ut instrueret tete discindere sectis;
Consuluit viles te vendere prorsus agellos,
Iam quasi nudato sit nulla pecunia fisco,
Quo periit vigilum modo magnificentia Patrum,
Vt pro re vili discrimina longa subirent &c.
Des.
Totus in armorum splendore reverberat aër,
Stella rubet Martis, Veneris cessante fragore.

1463.

Quum

Digitized by Google

QVum annis proxime elapsis clarissimo Praesuli Angelo Fabronio, Academiae Pisanae Provisori vigilantissimo, facultas fuisset concessa veteris Tabularii in Priorum Palatio exsistentis Volumina perlustrandi, ut quae ibi laterent Mediceae gentis monumenta, ad vitam Magni Cosmi Patriae Patris, quam meditabatur, contexendam opportuna perquireret, forte accidit, ut inter schedas, manu ipsius Cosmi exaratas, notam quamdam librorum ab ipso comparatorum, additis singulorum pretiis, inveniret; quam quum ille pro sua humanitate mihi communicasset, litteraria curiositate non prorsus indignum putavi, illam, utpote tanti illius viri ad liberalia studia propensionis luculentissimum monumentum, hoc loco proferre, quae sequens est:

Biblia litteris gallicis antiquis, cooperta caelestina, fibulis argenteis ——— flor. 100.
Biblia mediocri volumine, litteris gallicis antiquis, cooperta caelestina, fibulis argenteis = 60.
Biblia parvo volumine, litteris gallicis antiquis, cooperta serica rubea, fibulis argenteis = 40.
Psalterium, litteris vetustissimis, cooperta caelestina, fibulis argenteis ——— = 30.
Psalterium mediocri volumine, litteris vetustissimis, cooperta caelestina, fibulis argenteis = 20.
Psalterium parvum, litteris gallicis antiquis, fibulis argenteis, cooperta sericea rubea = 10.
Liber, in quo continentur plura divina Officia, litteris novis, cooperta sericea rubea, cum fibulis argenteis. ——— = 20.
Epistolae Hieronymi, litteris antiquis, cooperta caelestina, cum fibulis argenteis. ——— = 100.
Augustinus de Civitate Dei, litteris antiquis, cooperta caelestina, fibulis argenteis. — = 100.
Lactantius Firmianus, litteris antiquis, cum omnibus Operibus, cooperta caelestina, fibulis argenteis. ——— = 50.
Sermones, & Epistolae Leonis Papae, litteris antiquis, cooperta caelestina, fibulis argenteis. ——— = 30.
Cyprianus cum omnibus Operibus suis, litteris antiquis, cooperta caelestina, fibulis argenteis. ——— = 40.
Collationes Ioannis Cassiani, litteris antiquis, cooperta caelestina, fibulis argenteis. = 30.

GRAMMATICI.

Macrobius de Saturnalibus, litteris vetustissimis, cooperta fulva. ——— = 10.
Priscianus Maior, litteris vetustissimis, cooperta fulva. ——— = 20.
Quintilianus de Institutionibus, litteris antiquis, cooperta fulva. ——— = 30.
Servius super Virgilium, litteris antiquis, cooperta fulva. ——— = 25.
Varro de Lingua Latina, litteris antiquis, cooperta fulva. ——— = 10.
Nonius Marcellus de Derivatione Verborum, litteris antiquis, cooperta fulva. —— = 15.
Donatus super Terentium, litteris antiquis, cooperta fulva. ——— = 20.
Aulus Gellius Noctium Atticarum, litteris antiquis, cooperta fulva. ——— = 20.

POETAE.

Virgilius cum omnibus Operibus, litteris vetustissimis, cooperta violaria. ——— = 20.
Ovidius cum omnibus Operibus, litteris vetustissimis, cooperta violaria. ——— = 30.
Lucanus, litteris vetustissimis, cooperta violaria. ——— = 10.
Terentius, litteris antiquis, cooperta violaria. ——— = 10.
Plautus, litteris antiquis, cooperta violaria. ——— = 25.
Tragoediae Senecae, litteris antiquis, cooperta violaria. ——— = 10.
Catullus, Tibullus, & Propertius in uno volumine, litteris antiquis, cooperta violaria. = 10.
Iuvenalis, & Persius uno volumine, litteris antiquis, cooperta violaria. ——— = 10.
Claudianus, cum omnibus Operibus, litteris antiquis, cooperta violaria. ——— = 10.
Horatius, cum omnibus Operibus, litteris antiquis, cooperta violaria. ——— = 10.
Martialis coquus, litteris antiquis, cooperta violaria. ——— = 10.
Valerius Flaccus, litteris antiquis, cooperta violaria. ——— = 10.
Statius Thebaidos, & Achilleidos, litteris antiquis, cooperta violaria. ——— = 15.
Silius Italicus, litteris antiquis, cooperta violaria. ——— = 20.
Lucretius de Natura rerum, litteris antiquis, cooperta violaria. ——— = 10.

HISTORIA.

Prima Decas T. Livii, litteris antiquis, cooperta rubea. ——— = 60.
Tertia Decas T. Livii, litteris antiquis, cooperta rubea. ——— = 60.
Quarta Decas T. Livii, litteris antiquis, cooperta rubea. ——— = 60.
Plutarchus in primo volumine, litteris antiquis, cooperta rubea. ——— = 70.
Plutarchus in alio volumine, litteris antiquis, cooperta rubea. ——— = 70.
Historia Florentina, litteris antiquis, cooperta rubea. ——— = 30.
Laërtius Diogenes de vita eorum, qui in physica claruerunt, litteris antiquis, cooperta rubea. ——— = 25.
DONATI Claudii Tiberii, grammatici peritissimi, Romani, qui B. Hieronymi praeceptor fuit, claruitque circa an. CCCL. Vita P. Virgilii Maronis. I. 478. XV. & 509. I. De octo partibus Orationis Liber, lingua Provinciali, cum interpretatione latina interlineari. 496. Cod. CLXXXVII. Libellus de Barbarismo. II. 410. II. Prima artis Grammaticae rudimenta, seu potius anonymi Libellus ex eius editione secunda confectus. 412. I. & III. 213. I. Commentarius in quinque Comoedias Terentii. 116. Cod. CLXXV.

DONATI Hieronymi, Doctoris, Patriciii Veneti, Cretae Ducis an. MDVIII. Epistola Petro Contareno Eusebiano suo, de terribili terraemotu, qui magna ex parte Cretam insulam subvertit. II. 57. II. Forte eiusdem sunt responsa quaedam ad Carmina Hieronymi Ramusii Ariminensis. 525. & 526. & 527. necnon Oratio sine loco, & anno edita ad Iulium II. Pontificem habita, ad quem a Senatu Veneto missus fuit Orator, de quo vide Additamenta Io. Dominici Mansii ad Biblioth. med. & inf. aet. Fabricii. Tom. VI. pag. 10.

DRVGO, vel Drogo quidam incertae aetatis, auctor Vitae sancti Miniatis martyris. I. 573. CI.

DVEHENOIS I. F. an. MDCCXX. forte auctor descriptionis, & antiquitatis Vrbis Argentoratensis. III. 430. Cod. CXCV.

DVLCIATI Fr. Antonii, Florentini, Ordinis Augustiniani, qui an. MCCCCLXXVI. die VI. Septembris natus est, Opus de origine, & progressu ordinis Eremitarum S. Augustini, & de tribus Regulis dicti Ordinis, ad Moniales Monasterii Assumptionis

Digitized by Google

extra Portam S. Galli Florentiae. II. 144. Cod. CXXXII.
DVLCIBENIS cuiusdam an. MCCCLXXXIV. Ode italica valde devota ad B. Virginem, quum ad visendum Domini nostri Sepulcrum iter adgrederetur. II. 176. II.
DVRANDI Guillelmi, sive Durantis, Ordinis Praedicatorum, Mimatensis Ecclesiae in Gallia Aquitanica Episcopi, qui claruit saeculo XIII. exeunte, Speculum Iudiciale in quatuor partes divisum. I. 115. Cod. LXXXIII. & 117. Cod. LXXXV. Rationale Divinorum Officiorum Libris octo, editio Moguntina rarissima anni MCCCCLIX. in fol. max. III. 18. Cod. LXXIV. Ad praedictum Speculum additiones Ioannis Andreae. I. 116. Cod. LXXXIV.

E

EMMANVEL Moschopulus. Vide *Manel Moschopulus*.
ENOCHII filii Salomonis, Constantinopolitani Medici, de quo vide Wolphium in Biblioth. Hebr. Tom. I. pag. 382. Liber Maroth Elohim, *Visiones Dei*, hebraice. II. 162. Cod. CLV. §. II.
EPHRAEM (S.) Syri, Edessae in Mesopotamia Diaconi, qui obiit an. Chr. CCCLXXVIII. Sermones XIX. interprete Ambrosio Camaldulense, cum Epistola nuncupatoria ad Cosmum Medicem. II. 312. Cod. XIII. §. I. & 313. Cod. XIV. & 472. XI. & III. 9. XVIII. Vita S. Abrahae Monachi, & eius neptis. II. 694. §. VIII. num. I. & II. Vide *Homiliaria*.
EPIPHANII (S.) Salaminae in Cypro Episcopi, qui obiit an CCCCIII. Epistola missa Ioanni Chrysostomo Episcopo, a S. Hieronymo translata. II. 675. LXIV. Sacrorum Bibliorum divisio iuxta eius sententiam. I. 714.
EPISTOLARIVM, seu Liber Epistolarum, quae leguntur in Missis per totius anni circulum. I. 171. Cod. CXII. & III. 133. Cod. CXCIV.
EQVITES Lunae crescentis. Vid. *Ordo Equitum Lunae crescentis*.
EQVITES S. Stephani P. & M. Vide *Ordo Equit. S. Stephani*.
EQVITES Velleris aurei. Vide *Ordo Equitum Velleris Aurei*.
ESTENSIVM Marchionum Nicolai, & Alberti saec. XIV. Epistolae familiaritatis, salviconductus &c. in favorem D. Michaëlis de Melioratis II. 107. XLII.
EVAGRII Presbyteri ab an. Chr. CCCLXXXVIII. Episcopi Antiocheni, Epistola ad Innocentium, praemissa vitae S. Antonii Abbatis, auctore S. Hieronymo. II. 693. II.
EVANGELISTARIA, seu Libri Evangeliorum, quae leguntur in Missis. I. 172. Cod. CXIV. & 173. Cod CXV. & III. 133. II. Evangeliarium graecum. II. 137. Cod. CXXIV. Alia duo Evangeliaria graeca, quorum unum characteribus aureis est exaratum. III. 487. Cod. CCXLIII. & 488. Cod. CCXLIV.
EVCLIDIS Geometrae, qui sub Ptolemaeo, Lagi filio, Alexandriae in Aegypto floruit, Geometria de graeco in latinum versa, fortasse ab Ioanne Campano de Novaria. II. 398. Cod. LXII. & 405. Cod. LXXI.
EVCRATI Ioannis, ascetae, Pratum Spirituale ad sanctum virum Sophronium, qui tamen Liber apud Rosweidum de Vitis Patrum, est Liber X. auctore Ioanne Moscho, & interprete Ambrosio Camaldulense. III. 6. Cod. LXII. §. II.
EVGENII Papae IV. ab an. MCCCCXXXI. die VI. Martii ad an. MCCCCXLVII. diem XVIII. Februarii, Litterae in forma Brevis ad Adolphum Ducem Cliven. & Mariam eius coniugem, quibus iisdem conceditur facultas transferendi de loco ad locum Reliquias Sanctorum &c. I. 374. post §. CXVIII. Bullae XI. in favorem Congregationis Monachorum S. Iustinae, Ordinis S. Benedicti. II. 164. I. Vide *Indicem I.*
EVSEBII Pamphili, Caesariensis Episcopi, qui obiit an. Chr. CCCXL. de Praeparatione Evangelica Libri XV. interprete Georgio Trapezuntio ad Nicolaum V. Pont. Max. II. 315. Cod. XVII. & 764. Cod. LVII. Historiae Ecclesiasticae Libri XI. interprete Rufino Presbytero, cum Praefatione eiusdem. 764. Cod. LVI. Chronicon, sive Opus de temporibus e graeco in latinum conversum a D. Hieronymo, cum Epistola ad Vincentium & Galienum, & cum additionibus eiusdem Hieronymi, & Prosperi. 765. Cod. LVIII. Epistola ad Damasum Papam de obitu S. Hieronymi, italice. 766. Cod. LIX. §. I. Canones super harmoniam Evangelicam in XVI. Tabulas distributi. I. 722. Vide *Homiliaria*.
EVSEBII cuiusdam, incertae aetatis, qui se tamen S. Hieronymi discipulum dicit, Epistola ad B. Damasum, Episcopum Portuensem, de morte S. Hieronymi. I. 17. num. CXXVI. Vita S. Hieronymi cum Epistola nuncupatoria ad eumdem Damasum Portuensem Episcopum. III. 376. Cod. CXLII. §. I.
EVSEBIANI Canones de Concordantiis quatuor Evangeliorum. I. 542. VIII. & 722.
EVTROPII Flavii, Itali, tempore Constantini Magni, Iuliani, & Valentis Imperatorum clari, Historiarum Romanarum Libri decem. II. 171. Cod. CLXXI.
EVTYCHETIS, Victorini & Maronis Epistola ad Marcellum, referens Acta SS. Martyrum Nerei, & Achillei. I. 332. CLXXIX. & 367. XXX.
EVTYCHIS grammatici, discipuli Prisciani, saec. VI. de discernendis Coniugationibus Libri duo. II. 414. II.

F

FABIANVS quidam Magister nominatur in quadam Collectione Medicamentorum &c. II. 92. II.
FABRICII Novocomensis saec. XV. exeunte, de praescientia Dei Opusculum in septem partes distributum ad D. Ludovicum de Gonzaga Marchionem, Electumque Mantuanum. II. 167. Cod. CLXIII. Hic Ludovicus Gonzaga Mantuanam Sedem est adsequutus an. MCCCCLXXXIII. VI. Kal. Nov. obiitque an. MDXI.
FACII Barptolemaei, e Spedia, Genuensis ditionis, Alphonsi I. Regis Neapolitani a secretis, qui obiit an. Chr. MCCCCLVII. de humanae vitae felicitate Dialogus inter Antonium Panormitam, Guarinum Veronensem, & Ioannem Lamolam, praevia Epistola nuncupatoria ad Alphonsum Aragonum, & Siciliae Regem. II. 481. I. Epistola ad Robertum Strozzam. 482. II.
FALCVCCII Nicolai, Florentini, philosophiae, ac medicinae Professoris, qui teste Matthaeo Palmerio de Temporibus suis, obiit an. MCCCCXI. & quem Nigrius, & alii, cum Nicolao Niccolo perperam confundunt, Sermo quartus ex eius Sermonibus septem Medicinalibus, in quatuor Tractatus divisus. II. 244. I.
de FENIN, seu Fevin Petri, Arthesii, Praepositi Vrbis Atrebatensis, & Pincernae Caroli VI. Francorum Regis, qui obiit an. MCCCCXXIII. die XVIII. mensis Iulii, historica relatio rerum gestarum inter Ludovicum Ducem Aurelianensem, eiusque liberos, & Ioannem Ducem Burgundiae ab anno MCCCCVII. usque ad ann. MCCCCXIII. III. 416. Cod. CLXXIX.
FICINI Marsilii, Canonici Florentini, philosophiae Platonicae instauratoris, Cosmi Medicei Patriae Patris praeceptoris, qui obiit an. Chr. MCCCCXCIX. Dialogus inter Paullum, & Animam, sive de raptu Paulli in tertium caelum. II. 436. VI. Libellus, cui titulus: *Divina Lex fieri a caelo non potest, sed forte significari* VII. Commentarius in Convivium Platonis de Amore, seu, ut alibi inscribitur, Liber de Amore, cum Epistola nuncupatoria ad Ioannem Cavalcantem autographa. 437. I. Epistolarum Liber primus, & Epistolae tres Libri secundi. 446. Cod. CI. Apologus de Apologo. 479. Quoddam breve monumentum de Antonio Squarcialupo, Metropolitanae Ecclesiae Florentinae Organista. III. 249. III. Latinae versiones variae, nimirum, Libri Iamblichi de sacrificiis Aegyptiorum, seu Responsionum ad quaestiones Porphyrii. II. 435. Cod. XCVII. §. I. Item excerptorum e graecis Procli Commentariis in Alcibiadem Platonis. II. Item Operis eiusdem Procli de Sacrificio. 436. III. Item Libri Porphyrii de occasionibus, sive caussis ad intelligibilia nos ducentibus. IV. Item Libri de abstinentia animalium. V. Eius pillulae contra pestem nominantur. 201. Vide *Indicem II.*
FLANDRICAE historiae memorabilia. III. 417. Cod. CLXXX. §. I. Excerpta ex Chronico Flandrico ad Ordinem Velleris aurei pertinentia. IV. & V. Chronicon eiusdem ab an. MCCLXXXVI. usque ad annum MCCCCVIII. deductum. 431. Cod. CXCVII. Annalium Flandricorum continuatio, auctore Philippo Meyero, ab an. MCCCCLXXVII. usque ad an. MDLIX. progrediens. 431. Cod. CXCVIII.
de FLESSO D. Thomas nominatur in quadam Collectione medicamentorum &c. II. 92. II.

Digitized by Google

FLORENTINAE Communitatis Deliberationes quaedam de mandato cuiusdam Guidonis de la Cornia, Potestatis Florentiae. I. 173. Cod. CXIV. Nomina, & cognomina civium Florentinorum, qui varios Communi Florentiae census pendebant. *Ibid.* Epistola responsiva ad Ioannem Galeaz Vicecomitem Mediolani. II. 100. XIX. Alia Epistola instar salviconductus in favorem Domini Michaëlis de Melioratis Pratensis. XX. Alia Epistola ad Dominos de Malatestis de gestis contra eam per D. Comitem Virtutum. XXI. Alia responsiva Dominorum decem Bayliae ad Commune Perusii. 106. XXXV. Alia responsiva ad Comitem Arminiaci, & Convenarum. XXXVIII. Alia ad Regem Francorum, in qua conqueritur de captura suorum Oratorum. XXXIX. Epistola ad Bonifacium Papam IX. pro eligendo in Episcopum Florentinae Ecclesiae Fr. Ludovico de Marsiliis, Ordinis Eremitarum. 107. XL. Litterae quaedam circulares pro quadam liga facta, datae an. MCCCLXXXV. die XXIX. Septembris. 429. XIII. Responsio per Coluccium ad Litteras Comitis Virtutum, data anno MCCCXC. die II. Maii 430. XIX. Litterae per Coluccium missae ad Bononienses, ne curent minas Comitis Virtutum, datae eodem anno, die III. Maii. XXII. Responsio ad Epistolam Alphonsi Regis Aragonum, denutiativam belli. 463. XV. Responsio ad Epistolam Ducis Mediolani, qua illi dono miserat leones. 470. §. V. num. IV. Florentinae Reipublicae Decretum, quo Cosmus Medices Patriae Pater renuntiatus est. 391. VII.

FLORENTINORVM quorumdam civium, qui in variis Europae urbibus mercaturam exercebant saeculo XV. & XVI. nota. III. 296. Orationes variae, quae ab ipsis recitabantur, antequam Magistratus officium capesserent, vulgo *Protesti* nuncupatae. 304. I. & II.

FLORI L. Annaei, patria, ut videtur, Hispani, & forte ex gente Senecarum, qui scripsit sub Hadriano Imperatore, Epitome historiae T. Livii ab Vrbe condita Libris tribus. I. 477. XIII. & 495. I. & III. 121. III.

FOCAE grammatici Vrbis Romae, qui scripsit vitam Virgilii carmine hexametro, Ars Grammatica de nomine, & verbo, cum dodecasticho elegiaco ipsius auctoris in laudem sui Operis II. 170. Cod. CLXIX.

FONTII Barptolemaei Florentini, Francisci Philelphi successoris in Cathedra patria anno MCCCCLXXX. italica versio Epistolarum Phalaridis. II. 140. Cod. CXXVII. & 148. Cod. CXXXIII. & 154. Cod. CXLI. & III. 342. Cod. CXXI.

FORESTANI Simonis Dini, vulgo dicti *Saviozzo*, Senensis, qui vivebat saeculo XIV. exeunte, Carmen ternario metro in commendationem Dantis Alligherii, quod alias tribuitur Petro Dantis filio. II. 558. Cod. CLX. num. II. & III. 329. num. XXI. Alia Carmina, & Cantiones italicae de variis argumentis. 328. num. XV. & seqq. & 329. num. XXI. & seqq.

FORTVNAE Ioannis Francisci, Patavini, qui claruit saeculo XVI. ineunte, italica versio, & explanatio Operis M. Pollionis Vitruvii de Architectura. III. 197. Cod. LI.

FOSSETIER Iuliani Presbyteri MDI. Descriptio itineris Philippi Archiducis Austriae, postea Hispaniarum Regis, per Galliae, & Navarrae Regna &c. III. 422. II. & III.

FRANCISCI de Aptis, Nobilis Tudertini, Canonum Doctoris, qui primum Episcopus Corphiensis, deinde an. MCCCXLVIII. ad Clusinam Ecclesiam translatus fuit, ac tandem post alias, quas rexit, Episcopales Ecclesias, purpura decoratus ab Innocentio VI. obiit Avenione an. MCCCLXI. Allegationes de materia Quartarum. I. 124. III.

FRANCISCI Magistri de Marchia, Ordinis Minorum, de quo Waddingus in Scriptorib. Ord. Minor. pag. 122. Quaestiones super primo, & secundo Libro Metaphysicae Aristotelis. III. 104. IV.

FRANCISCI Patricii, Senensis, Episcopi Caietani, qui obiit an. MCCCCXCIV. Opus de institutione Reipublicae in Libros IX. digestum, & Sixto IV. Pont. Max. dicatum. II. 66. Cod. LXVII. In eius laudem Epigramma Hilarionis Monachi Veronensis. *Ibid.*

FRANCISCI D. Mariotti Arretini, qui floruit medio circiter saeculo XV. latinae versiones quorumdam Operum S. Ioannis Chrysostomi, nimirum, Expositionis in Ioannis Evangelium. I. 19. I. & II. 725. Cod. XL. Commentarii in Epistolam primam D. Pauli Apostoli ad Corinthios, in Homilias XXIX. distributi. 726. Cod. XLI. §. I. Orationis de filiorum educatione. 728. XII. Huic tribuuntur in Codice versiones latinae etiam sequentium Orationum, videlicet, de futuro iudicio, de peccato, & confessione, de morte, & interpretatione Epistolae ad Thessalonicenses, de gubernatione civitatis; & de virtute, & malitia. XIII. & seqq.

FRECVLFI, ex Monacho Ordinis Benedictini, & Abbate Fuldensi, Episcopi Lexoviensis ab an. DCCCXXIII. ad an. DCCCLI. in Gallia, Chronicon Libris XII. ab initio mundi usque ad Bonifacium III. Summum Pontificem. II. 416. I.

FREZII Friderici, Ordinis Praedicatorum, Episcopi Fulginatis in Vmbria ab an. MCCCCIII. usque ad an. MCCCCXVI. in quo e vivis excessit, Poëma carmine ternario, inscriptum *Il Libro de' Regni*, & in partes IV. distributum. II. 235. Cod. XIX.

FRIDERICI (Petruccii) de Senis, Decretorum Doctoris, qui Baldi praeceptor fuit, & cum in aliis Italiae Academiis, tum Perusii docuit circa annum MCCCXL. Disputationes, Quaestiones, & Consilia. I. 71. V. Eorumdem Repertorium. 60. I. Tractatus de Permutationibus. 83. VI. & 125. IV. Tractatus, quid comprehendatur sub nomine *spiritualibus*, & quid sub nomine *temporalibus*. 126. V.

FRONTINI Sexti Iulii, viri Consularis, qui Vespasianorum Domitiani, Nervae, & Traiani temporibus floruit, Stratagematon Libri quatuor. II. 402. Cod LXVI.

FVLGENTIVS (S.) Ruspensis Episcopus, defunctus Kal. Ian. DXXXIII. Vide *Homiliaria*.

G

GALEAZIVS Io. Comes Virtutum. Vide *Comes Virtutum &c.* & *Io. Galeatius*.

GALENI Claudii Pergameni, maximae auctoritatis Medici, qui saeculo post Christum secundo vixit, Opera quaedam latine, interprete anonymo, nimirum: methodus medendi ad Hieronem Libris quatuordecim. II. 54. Cod. LVIII. §. I. De crisi Libri tres. II. De criticis diebus Libri item tres. 55. III. De accidenti, & morbo Liber in sex particulas distributus. IV. Parvus Libellus de passionibus puerorum. 245. III. Nominatur in quadam Collectione Medicamentorum &c. 92. II.

GALLIAE historia in varia Capita, Annalium adinstar, divisa, incipiens ab aedificatione Lutetiae Parisiorum, post destructionem Troiae, & progrediens usque ad Ludovicum VIII. cognomine *Leonem*, qui obiit an. MCCXXVI. die VIII. Novembris. III. 409. Cod. CLXXII. *a*, & 410. Cod. CLXXII. *b*. Alia monumenta historica ad idem Regnum pertinentia, necnon ad Angliae Regnum, auctore Iacobo du Clerc. Cod. CLXXIII. Item alia miscellanea historica. 411. Cod. CLXXIV. §. I. & seqq. Alia Galliarum historia, auctore Bernardo Girardo de Haillon, e gallico idiomate in italicum translata a quodam M. D. B. 413. Cod. CLXXV. Alia memorabilia ad Galliae & Flandriae historiam pertinentia. 417. Cod. CLXXX. §. I.

de GAMBACVRTIS Petri, Pisarum Domini, anno MCCCXC. Epistola instar salviconductus in favorem Michaëlis de Melioratis Pratensis. II. 100. XX.

GAVDENTII, Episcopi Brixiensis, S. Philastrii in Episcopatu Brixiensi, circa an. CCCLXXXVIII. successoris, qui defunctus est an. CCCCX die XXV. Octobris, Sermones XIX. de variis materiis, cum Praefatione ad servum Christi Benivolum. III. 3. §. XXV. num. I. & seqq.

GAVFRIDI, seu Gaufredi, seu Galfredi Abbatis, immediati successoris S. Bernardi, Declamationes de colloquio Simonis cum Iesu, ex S. Bernardi Sermonibus collectae. III. 20. IX. Sermo in anniversario S. Bernardi Abbatis. 31. CVII.

GAZAE Theodori, Thessalonicensis, qui decessit apud Brutios in Magna Graecia an. MCCCCLXXVIII. Grammatica graeca cum Appendice. II. 138. Cod. CXXV. & 210. Cod. CCXIX.

GELLII Auli, Romani, Antoninorum aevo clari, Noctium Atticarum Libri XX. cum Praefatione. I. 497. Cod. CLXXXVIII.

GENTILIS Magistri de Cingulo, de Marchia Anconitana, saec. XIV. ineunte, quem vix memorat Waddingus in Scriptor. Ord. Minor. pag. 144. Commentum super quinque Praedicabilibus, seu Universalibus. II 439. IV.

GEORGII Trapezuntii Cretensis, qui vita functus est Romae an. MCCCCLXXXIV. die XII. Augusti, Rhetoricorum

Digitized by Google

corum Libri V. cum Prooemio. I. 503. Cod. CXCV. Compendium Logicae. II. 194. I. Tractatus de dialectica in forma dialogi, praevio Epigrammate elegiaco. 195. II. Latinae versiones, nimirum, Librorum XIV. Eusebii Pamphili de Praeparatione Evangelica. 319. Cod. XVII. & 764. Cod. LVII. Commentarii S. Ioannis Chrysostomi in Evangelium Matthaei ab Homilia XXVII. usque ad Homiliam, seu Librum LXXXVIII. inclusive, cum Epistola eiusdem Georgii in fine ad Franciscum Barbarum. 725. Cod. XXXIX. Librorum XIV. S. Cyrilli Alexandrini adversus haereticos. 739. Cod. XLV. §. I. Item Libri S. Gregorii Nysseni de perfecta hominis vita, seu de vita Moysis. 741. VIII. Eiusdem fortasse sunt Excerpta quaedam rhetorica de eloquutione. I. 504.

GERARDI Cremonensis, Itali, non Hispani, qui vixit saeculo XII. latina versio Rasis Librorum decem de re Medica. II. 13. I. & seqq. Libri item Divisionum Almansoris. 14. IV. Necnon Librorum trium Avicennae Canonis Medicinae. 24. Cod. XXIV. & 53. Cod. LV.

GERMANIAE familiarum illustriorum Genealogiae, quibus subiungitur Genealogia ad controversiam in successione Iuliacensi, & Cliviae Montium pertinens. III. 424. Cod. CLXXXVIII.

GERSONIDIS R. Levi, hebraei saec. XIV. Expositio Aristotelis Praedicamentorum. II. 144. IV. Item Aristotelis Topicorum. V.

GERSONII Ioannis Charlerii, Doctoris, & Cancellarii Acad. Paris. qui obiit exsul Lugduni anno MCCCCXXIX. de Imitatione Christi Libri IV. italice. II. 184. Cod. CXCI. Tractatus de celebratione Missae, 333. III.

de GIANFIGLIAZZIS Philippi Petri Borgognonis, Decretorum Doctoris, Canonici Pisani, & S. Iacobi ultra Arnum &c. Praepositi Florentini, Generalis Vicarii Episc. Fesulani & Florent. qui obiit an. MCCCXCIX. Nov. XI. Prooemium in Expositionem B. Ambrosii super Evangelium Lucae. I. 22. II.

GILBERTI Porretani, philosophi subtilis, patria Pictaviensis, & ex Canonico, Episcopi ab an. MCXLI. ad MCXLV. Commentarii in quinque Boëthii Opuscula Theologica. II. 745 VIII.

GILIBERTI, seu Gilberti de Hoylandia, Angli, S. Bernardi discipuli, qui floruit circa annum MCLX. super Cantica Canticorum Sermones quadraginta sex. III. 18. II.

de GLANVILLA Barptolemaeus. Vid. *Barptolemaeus Anglicus*

GOFFREDI de Trano, seu Tranensis, Subdiaconi Ecclesiae Romanae, & Capellani Pontificii, medio circiter saeculo XIII. Summa super Titulis Decretalium. I. 98. II. & III. 76. Cod. CXXVII.

de GOZADINIS Fr. Thomae, de Bononia, Ordinis S. Benedicti, saec. ut videtur XIV. Opusculum versibus italicis conscriptum, in quo agitur de septem vitiis Capitalibus. II. 127. V.

GRATIANI de Clusio, civitate Tusciae, Monachi S. Felicis Bononiensis, Ordinis S. Benedicti, anno Christi MCLI. Decretum cum Expositione Barptolemaei Brixiensis, & aliorum. I. 128. Cod. XCVI. & 129. Cod. XCVII. & II. 2. Cod. II. & III. 70. Cod. CXX.

GRAZZINII Antonii Francisci (vulgo *Il Lasca*) nati Florentiae XXII. Martii MDIII. & mortui ibid. XVIII. Febr. MDLXXXIII. Carmina quaedam italica, quorum unum ternario metro ad Stradinum. II. 231. & 232. VII.

GREGORII I. Magni (S.) Ecclesiae Doctoris, Papae ab an. Chr. DXC. ad an. DCIV. diem XII. Martii, Sermo in honorem omnium Angelorum. I. 283. CVII. Homilia in Evang. *Sicut enim fulgur exit ab Oriente &c.* 338. CCXXV. Homiliae XL. in Evangelia. 418. II. & II. 722. I. Earum italica versio. 10. I. & 32. Cod. XXXI. Pars Expositionis super Cantica Canticorum in duas Homilias divisa. I. 438. CCXXXIX Moralium, sive Expositionis in Iob. Libri XXXV. ad Leandrum Episcopum. 551. Cod. IX. & II. 698. Cod. XXXV. Aliquorum ex ipsis italica versio, auctore Zenobio de Strata. 23. Cod. XXIII. Excerpta quaedam ex ipsis, de allegoria, historia, anagoge &c. III. 45. IV. Excerptum ex Epistola ad Secundinum inclusum de officio sacerdotali post lapsum resurgendi. I. 639. V. Aliud ex Epistola ad Vrbicum Abbatem. IX. Epistola ad Hadrianum Notarium Panormitanum. *Ibid.* Liber de Cura Pastorali ad Ioannem Archiepiscopum Ravennatem. II. 154. Cod. CXLII. & 722. III. Pauca quaedam de extremo iudicii die. 197. IV. Epistolarum Libri XIV. seu Collectio illa, quam vocant *Registrum*, sive *Regestum*. 699. Cod. XXXVI. §. I. Homiliae XXII. in Ezechielem Prophetam. 721. II. Vndecim priores tantum ex ipsis. I. 550. Cod. VIII. Fragmentum Homiliae secundae. II. 723. IV. Expositio super Cantica Canticorum cum Prologo. 722. II. Dialogorum Libri IV. ad Petrum Diaconum. IV. & 723 I. Iidem italice translati ab anonymo. III. 302. I. Homilia in Evang. Lucae: *Erant appropinquantes ad Iesum Publicani &c.* italice versa ab anonymo. 303. II. Vide *Homiliaria*, & *Indicem II.* verbo *Gregorius Magnus*.

GREGORII Papae IX. ab an. MCCXXVII. die IX. Martii ad an. MCCXLI. Aug. XXI. Decretalium Libri V. cum glossa perpetua marginali Bernardi Compostellani, qui floruit medio circiter saeculo XIII. ac propter summam iuris Canonici doctrinam Innocentio IV. Pont. Max. fuit acceptissimus. I. 118. Cod. LXXXVI. & 119. I. & 120. Cod. LXXXVIII. & Cod. LXXXIX. & II. 3. Cod. III. & III. 68. Cod. CXIX. §. I. In eosdem Libros Apparatus Innocentii Papae quarti. I. 122 Cod. XCIV. & III. 63. Cod. CXI. In eosdem Novella Ioannis Andreae. 64. Cod. CXII. & Cod. CXIII. & 65. Cod. CXIV. In eosdem Apparatus Cardinalis Hostiensis. 66. Cod. CXVI. §. I. & II. & Cod. CXVII. In eosdem Summa eiusdem Cardinalis Hostiensis. 67. Cod. CXVIII. Quaestionum ad hosce quinque Decretalium Libros pertinentium elenchus. I. 97. I. Tituli quidam Libri V. earumdem Decretalium. 121. Cod. XCII.

GREGORII Papae X. antea Thealdi, sive Theobaldi, Vicecomitis Placentini, ex Archidiacono Leodiensi Papae ab an. MCCLXXI. die XXVII. Octobris, usque ad an. MCCLXXVI. diem X. Ianuarii, Constitutiones novissimae, editae in Concilio Lugdunensi, cum glossa marginali. III. 69. III. Alia Constitutio de electione, & electi potestate. IV.

GREGORII (S.) Nazianzeni, cognomento *Theologi*, Archiepiscopi Constantinopolitani, qui obiit an. Chr. CCCLXXXIX. Orationes, & alia, interprete Rufino Presbytero. I. 20. Cod. VII. & II. 125. Cod. CXIII. § II. & 733. XV. & seqq. & 735. XXXV. & seqq.

GREGORII (S.) Nysseni Episcopi, qui decessit an. Chr. CCCXCV. vel CCCXCVI. De imagine, sive de hominis conditione Liber ad fratrem suum Petrum Presbyterum, in Capita XXXI. divisus, interprete Dionysio Exiguo, cum Prologo interpretis ad Eugippium Presbyterum. II. 730. II. Epistola ad Philippum Monachum de Arrianorum oppositionibus. 737. XLIX. Liber de perfecta hominis vita, seu de vita Moysis, per Georgium Trapezuntium e graeco in latinum conversus. 741. VIII.

GREGORII Presbyteri, discipuli S. Gregorii Nazianzeni, qui saeculo IV. desinente floruit, Vita S. Gregorii Nazianzeni. II. 740. IV.

GREGORII alterius Presbyteri, postea Cardinalis, Episcopi Sabinensis, & Legati Gregorii VII. Papae circa annum MLXXVIII. Collectio Canonum, inscripta *Polycarpus*, & in Libros VIII. distributa. II. 324. Cod. XXVII.

GVALANDI Io. Bernardi, Florentini, Basilicae Laurentianae Clericorum Magistri annis MDXLI. & iterum MDLIV. viri omnigena eruditione praestantis, Dialogus de optimo Principe, cum Epistola nuncupatoria ad Cosmum Medicem, & Praefatione ad Franciscum II. Vicecomitem Sfortiam, Mediolani Ducem. III. 206. Cod. LVI.

GVALFREDVS, sive Gualterius, de Vino Salvo, stirpe Normannus, gente Anglus, scripsit adhuc post an. MCCXLV. quum Romae versaretur, ad Innocentium III. Poëtriam Novam, seu Carmen heroicum de arte dictandi, versificandi, & transferendi. II 183. II. & 515. Cod. CXXXVII. §. I. & 518. Cod. CXXXIX.

GVALTERIVS Philippus. Vide *Walterius*.

GVARINI Veronensis, Emmanuelis Chrysolorae auditoris in urbe Constantinopoli, qui Ferrariae obiit an. MCCCCLX nonagenarius, versus, omnium Iuvenalis Satyrarum argumenta complectentes. I. 506. II. Vita Platonis ad clarum Physicum Philippum Mediolanensem. II. 181. Cod. CLXXXIX. Latina versio quarumdam vitarum Plutarchi, nimirum, Alexandri Magni, Caii Marci Coriolani, Lysandri, & Sillae. III. 125. I. III. VII. & VIII.

GVA-

Digitized by Google

GVARINI Baptistae, Veronensis, Guarini senioris minimi de stirpe virili, qui cum magna laude post parentem docuit humaniores litteras Ferrariae, clari adhuc anno MCCCXCIV. Epistolae duae ad Angelum Politianum. II. 476. v. & VII.

de GVASCONIBVS Magistri Zenobii, Ord. Praedicat. saec. XV. italica versio Homiliae Origenis in Evang. quod legitur in Dominica Resurrectionis. II. 10. II. & 128. IX.

de GVASTIS Ludovici, Itali, an. MCCCCXXII. clari, Epitome Librorum XXXVII. Naturalis Historiae Plinii Secundi. II. 168. Cod. CLXIV. & III. 122. XI. ubi adest Praefatio ad Dominum Paullum Guinisium Principem Lucensem. Epistola ad dictum Paullum Guinisium. 122. XII. Iste Paullus patriae dominium occupavit, pulsis Ludovico & Conrado Obiciis, an. MCCCC. tenuitque annis XXX. quousque Philippi Mariae Vicecomitis favore, illum Lucenses e Principatu, & patria eiecerunt, anno MCCCCXXX. die Augusti XXIV. Inde Genuam missus, ac postea Philippi Principis iussu Mediolani taetro inclusus carceri vitam finivit, ut ostendit Antonius Comes a Turre Rezzonici in Disquisitionib. Plinian. Parmae apud Borsios fratres MDCCLXVII. fol. Tom. II. pag 220. seqq.

de GVAZALOTIS Philippi, saec. XIV. exeuntis, Epistola ad Petrum Montanarium. II. 98. VIII.

du GVESELIN Bertrandi, Ducis de Molines, Comitis de Longueville, & de Borch &c. qui natus est an. MCCCXI. Historia, seu ut vulgo dicunt, *Romanzo*. III. 297. Cod. CIII.

GVICCIARDINI Francisci, historici rerum Italicarum celeberrimi, nati VI. Martii MCCCCLXXXII. qui obiit die XXVII. Maii an. MDXL. Historiarum Libri XX. in Tomos V. distributi. III. 400. Cod. CLXVI. Iidem ab Hieronymo Borrio metrice redditi eo genere versuum, quod vulgo dicitur *Ottava Rima*, & in quatuor Volumina distributi. 263. Cod. XCI.

GVIDONIS Arretini, de quo ne verbum quidem Fabricius, saec. XIII. ut videtur, clari, Liber de regulis, & ordine medicandi in tres partes divisus. II. 421. VIII.

GVIDONIS de Baysio, Professoris Bononiensis anno circiter MCCLXXX. *Archidiaconi* vulgo nomine nuncupati, Interpretationes in Decretum Gratiani, a doctrinae fragrantia *Rosarium* appellatae. I. 95 Cod. LXXVI. Glossae, sive Apparatus in Sextum Decretalium. 98. I. & III. 73. Cod. CXXIII. §. I.

GVIDONIS Cyriaci de Monte Pesulano, qui anno MCCCLXIII. florebat, Opus Medicum, & Chirurgicum in Tractatus VII. divisum, italice. II. 15. I.

GVIDONIS Pisani, Monachi Carmelitae, saeculo XV. ineunte, Flores historiarum, vulgo *Fiorita*. II. 12. Cod. XI. & 21. Cod. XX.

GVIDONIS Domini Thomae Nerii Lippi de Florentia saec. XIV. exeunte, Epistola ad B. Ioannem Cellensem. II. 126. V. & 230. II.

GVILLELMI, seu Willhelmi, Altisiodorensis, Archidiaconi Bellovacensis, Theologi Parisiensis, qui obiit Romae an. MCCXXX. Summa Thelogiae Libris quatuor. I. 51. Cod. XXXV.

GVILLELMI Abbatis S. Theodorici Remensis, postea Monachi Signiacensis, an. MCL. Commentarius in Cantica Canticorum collectus ex Scriptis S. Ambrosii. II. 665. IV. Vita B. Bernardi Abbatis Claraevallensis. III. 31. CVI.

GVILLELMVS de Melitona. Vide *de Hales Alexander*.

GVILLELMVS Magister de Saliceto. Vide *de Saliceto Magister Guillelmus*.

H

de HAILLAN Bernardi Girardi, Galliae historiographi, qui obiit Parisiis an. MDCX. aetatis suae an. LXXVI. Historia Galliae in Libros XX. distributa, ex italica versione cuiusdam M. D. B. in cuius initio legitur Sermo de Etymologia Francorum, & in fine Tractatus de Paradoxis Militaribus, ac nota Regum Franciae, qui necati fuerunt. III. 413. Cod. CLXXV.

de HALES Alexandri, Ord. Minor. S. Francisci, magistri S. Bonaventurae, & Io. Scoti, qui defunctus est Parisiis an. MDXLV. Summae Theologicae, seu Sententiarum Libri IV. in totidem Volumina distributi, Opus absolutum a Guillelmo de Melitona, & aliis sodalibus an. MCCLII. post Alexandri mortem. III. 77. Cod. CXXIX. & 78. Cod. CXXX. & Cod. CXXXI. & 79. Cod. CXXXII.

de HAYNIN Ioannis saec. XV. Memorabilia de itinere, quod Carolus Comes de Charrolois aggressus est in Galliae Regnum an. MCCCCLXV. in tres partes distributa. III. 419. Cod. CLXXII.

HEGESIPPI, Scriptoris saeculi II. de bello Iudaico Libri quinque. III. 106. Cod. CLXIII.

HENRICI de Barptolemaeis, de Suse, sive de Segusia, qui ex Sistaricensi Episcopo, Archiepiscopus Ebredunensis in Delphinatu Galliae factus est an. MCCL. & ab an. MCCLXIII. Cardinalis Hostiensis, obiitque an. MCCLXXI. Lectura in primum Librum Decretalium Gregorii noni. I. 97. Cod. LXXVIII. & III. 66. Cod. CXVI. §. I. In Librum secundum. II. In Librum tertium, quartum, & quintum. Cod. CXVII. Summa in eosdem quinque Libros Decretalium. 67. Cod. CXVIII. Versus tres anonymi in laudem eius Summae. *Ibid.*

HENRICI Bohick, Britonis Armorici, I. C. circa an. MCCCXC. Commentarius in duos Libros priores Decretalium Gregorii noni. I. 96. I. Repertorium Distinctionum super Sexto Decretalium. 97. II.

HENRICVS Septimellensis, qui claruit circa annum MCXCII. fortasse auctor italicae versionis Epistolarum Heroidum Ovidii. II. 43. I. & III. 298. Cod. CV. §. II. & 343. Cod. CXXII.

HERACLII, seu Heraclidis, Cyprii, in Scetensi eremo sectatoris Evagrii Pontici an. Chr. CCCXCIX. a Chrysostomo Constantinopoli ordinati Diaconi, Praefatio in Librum secundum Vitarum sanctorum Patrum, qui appellatur *Paradisus* directa ad Lausum Praepositum Palatii. II. 693. V.

HERVEI Natalis de Cauda, Ord. Praedicatorum Magistri Generalis, qui defunctus est an. MCCCXXIII. Tabula super omnes Libros S. Thomae Aquinatis, ordine alphabetico disposita, exhibens verba satis multa notatu digna, adiecta Operum S. Doctoris, ubi eorumdem explanatio incidit, accurata citatione. III. 61. I. Alia Tabula eorumdem verborum, nulla citatione adposita. *Ibid.* Tertia Tabula nominum Expositorum Bibliae. *Ibid.* Tractatus de Verbo. 62. VII.

HIERONYMI (S.) Stridonensis Dalmatae, qui obiit ferme nonagenarius an. Chr. CCCCXX. Epistolae ad diversos, & aliorum ad ipsum. I. 4. Cod. III. & 10. Cod. IV. Epistola ad Rufinum, ne ducat uxorem. 494. Cod. CLXXXV. §. II. Epistola quaedam apocrypha. II. 166. III. Epistola ad Paullam, italice. 225. V. Alia de diversis nominibus hebraicis, quae in usu habentur. 259. III. Epistola ad Eustochium de virginitate servanda, italice. 317. III. & 766. IV. & III. 159. Cod. XXII. §. I. Alia ad Cellantiam de modo vivendi, italice. II. 317. IV. Alia ad Principiam virginem, item italice. V. Alia ad Heliodorum de contemptu mundi, & vita solitaria, item italice. VII. Epistolae ad diversos, & aliorum ad ipsum, variis aliis Opusculis, & Sermonibus intermixtae. 669. Cod. XXVII. §. I. & seqq. & 680. Cod. XXVIII. num. I. & seqq. Rescriptum ad Damasum Papam. 670. XII. Ad eumdem de panibus, & aliis oblationibus Altaris. XIII. Epistola consolatoria ad amicum aegrotum. XV. Alia adversus Rufinum Presbyterum Aquileiensem. 671. XXVIII. Alia ad Evangelium Presbyterum de quodam Levita lapso, & a nemine correpto. XXX. Alia ad Praesidium Diaconum de cereo Paschali. XXXI. Epistolae quaedam mutuae Hieronymi, & Augustini. 723. II. Epistola ad Damasum Papam de fide, cui in Antiochia communicare debeat. 724. V. Alia ad eumdem. VI. Alia ad eumdem de Seraphim, & calculo. VII. & VIII. Alia ad eumdem de filio prodigo. IX. Alia ad Augustinum, ut certius scribat hortantis. XI. Alia ad eumdem, arguentis super missa Epistola. XVI. Epistola ad Tranquillinum, quomodo legere debeat Origenem. 760. I. Epistola ad Eustochium de homine interiori, italice reddita, fortasse a Dominico Cavalcha. III. 160. Cod. XXIII. §. I. Aliae Epistolae sex, italice redditae a praefato Dominico Cavalcha. II. Eiusdem Sermones, nimirum, Sermo in Assumptione S. Mariae. I. 7. num. LVII. & 18. num. CXXXII. & 281. XCVII. & 335. CCVI. & II. 678. XCVIII. Sermo de vigiliis. 676. LXXVIII. Sermo in diebus Quadragesimae. 677. LXXXVIII. & XCIV. Alius de die Dominico. LXXXIX. Alius de Natali Domini XCI. Alius

Digitized by Google

lius de Epiphania Domini. XCII. Alius de mysterio agni in vigilia Paschae. XCIII. Homilia in illa Evangelii verba: *Quum venerit Filius Hominis &c.* (quae alibi Origeni tribuitur) 689. Cod. XXXIII. §. II. Alia Homilia in Evang. Matthaei verba: *Liber generationis Iesu Christi &c.* III. 46. XIV. Alii Sermones quamplurimi Epistolis intermixti. II. 669. Cod. XXVII. §. I. & seqq. & 680. Cod. XXVIII. num. I. & seqq. Alia Opera varia, nimirum, Disputatio de ratione animae. I. 6. num. XXX. & 17. num. CXXXI. Definitio fidei, symbolique Nicaeni Concilii ad Cyrillum. 7. num. XLV. & 12. num. XXXV. Alia similis Definitio ad Damasum. II. 669. II. Symbolum Fidei ad eumdem. 684. num. LXV. De tribus Virtutibus. I. 7. num. XLIX. & 12. num. XXXVIII. & II. 685. num. LXXIV. Adversus Vigilantium. I. 7. num. LV. & 15. num. LXXXVII. & II. 683. num. LVI. Contra Helvidium de virginitate sanctae Dei Genitricis. I. 7. num. LVI. & 12. num. XL. & II. 684. num. LVII. Explanatio fidei ad Augustinum, & Alypium. I. 12. num. XXVIII. De Viris Illustribus Liber. 18. I. & II. 692. XV. Libellus ad Chromatium, & Theodorum Episcopos de nativitate S. Mariae. I. 336. CCX. De septem gradibus Ecclesiasticis Liber ad Rusticum Episcopum Narbonensem. 529. III. & II. 677. LXXXV. Admonitio ad quamdam devotam mulierem, italice. 132. Cod. CXVIII. §. III. Liber de infantia Salvatoris, illi perperam tributus. 203. II. Psalterium abbreviatum. 208. Cod. CCXVI. & III. 178. IV. Ad Pammachium, & Marcellam Libri duo, in quibus se contra Rufinum defendit. II. 672. XXXIII. De honorandis parentibus. XXXIV. Ad Oceanum de tentationibus, & opprobriis perferendis. XXXVI. Ad eumdem, qualiter Clerici vivere debeant. 681. num. XIII. Ad quemdam suum amicum de homine perfecto. 672. XXXVII. Ad Eustochium, & reliquas virgines de regula vitae monasticae. XXXVIII. Expositio symboli ad Laurentium. XXXIX. Tractatus fidei, & credulitatis, & conversationis vitae Christianorum. 674. XL. Altercatio Luciferiani, & Orthodoxi. 676. LXXVI. Disputatio cum Augustino de Anima. LXXXI. Sententia de essentia Divinitatis, sive de membris Dei. 677. LXXXIII. Increpatio ad Monachos. 678. XCIX. De Monacho captivo. C. Admonitio contra carnis superbiam. CI. Liber de sapientissimo Salomone Rege (qui tamen est S. Ambrosii). CIII. De consanguinitate B. Mariae. 679. CV. Dialogus contra haeresim Pelagianorum divinae gratiae impugnatorum, in tres partes divisus. CVII. Liber ad Pammachium contra Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, & Rufinum Presbyterum. CX. Admonitio de vera poenitentia. 680. num. V. Ad Desiderium de duodecim Lectoribus. 681. num. XIV. Obiurgatio pro lapsu Susannae virginis ad eamdem. num. XVII. Ad Tyrasium, consolans eum super dormitionem filiae suae. 685. num. LXXIII. Contra Iovinianum Libri duo. 686. Cod. XXIX. & 692. XIV. Liber Quaestionum hebraicarum in Genesim. 691. VIII. Explanatio Quaestionum hebraicarum in tribus Libris Regum. IX. Tractatus de mansionibus populi Israëlitici. X. Liber locorum, seu de situ, & nominibus Locorum hebraicorum. XII. Liber de nominibus hebraeis. 692. XIII. Prologus in Homilias XVI. Origenis super Genesim, latine versas a Rufino Presbytero. 757. I. Expositiones variae, nimirum in Ecclesiasten. I. 693. XLVI. & II. 691. XI. Expositio in Isaiam Prophetam, in Libros XVIII. distributa. 686. Cod. XXX. In Ezechielem Prophetam, in Libros XIV. divisa. 687. Cod. XXXI. §. I. In Ieremiam Prophetam Libris VI. constans. II. In Lamentationes, & Orationem Ieremiae Prophetae, in Libros IV. divisa. 688. III. In Danielem Prophetam. V. In duodecim Prophetas minores. 689. Cod. XXXII. In Evangelium secundum Matthaeum, in varios Sermones distributa. Cod. XXXIII. §. I. In Epistolam D. Paulli ad Galatas Libris tribus. 690. III. In Epistolam ad Ephesios, Libris item tribus. IV. In Epistolam ad Titum. V. In Epistolam ad Philemonem. VI. In Evangelium Marci. 690. VII. Latinae versiones, nimirum, duarum Origenis Homiliarum in Canticum Canticorum. I. 5. num. IV. & 17. num. CXXX. & 25. VIII. & II. 84. VII. & 674. XLIII. & 723. III. & 758. VIII. Libelli Didymi de Spiritu Sancto. 84. VI & 679. CXII. Epistolae Epiphanii Cyprii missae Ioanni Chrysostomo. 675. LXIV. Planctus, seu Lamentationis Origenis. 677. LXXXVI. Quarumdam sententiarum Theodoti. 678. CII. Homiliarum duarum Origenis in Ezechielem Prophetam. 759. XI. Homiliarum XXXIX. eiusdem Origenis super Evangelium Lucae. 760. II. Chronici, sive Operis de Temporibus Eusebii Pamphili, cum additionibus eiusdem Hieronymi. 765. Cod. LVIII. Vita sancti Paulli primi eremitae. I. 18. num. CXXXIII. & 288. VII. & 374. CXVI. & II. 679. CVIII. Vita S. Antonii monachi. I. 18. num. CXXXIV. & 289. X. & 374. CXVII. Excerptum de baptismo. 639. VII. Aliud de sacerdotio. *Ibid.* Dicta quaedam sententiosa. VIII. Excerpta quaedam de Iob. 640. XV. Excerptum ex Opusculo de septem Ordinibus Ecclesiae. II. 672. XXXV. Aliud Excerptum super diversa opinione, & utilitate Psalmorum. III. 84. I. Testimonium de S. Ignatio Episcopo & Martyre. II. 316. II. Aliud de Pamphilo Martyre excerptum ex Libro Virorum Illustrium. 746. X. Aliud de S. Antonio Abbate, ex eodem Libro. III. 10. XXI. Aliud de S. Cypriano Martyre, ex eodem Libro. 162. Cod. XXIV. Caput CXXXV. eiusdem Libri, seu Epilogus Operum eiusdem Hieronymi. II. 679. CVI. Dicta ex eius Epistolis, aliisque Operibus excerpta, quae ad primam Rubricam Libri primi Decretalium referri possunt, per alphabetum disposita. I. 88. II. Anonymi distichon in eius laudem. 72. Cod. XLVI. Vide *Indicem II. verbo Hieronymus S.* & *Homiliaria*.

Fr. HIERONYMI de Senis saec. XIV. de quo nihil apud Isidorum Vgurgerium *Pompe Sanesi. Pistoia per Pier' Ant. Fortunati* MDCXLIX. *Tom. II.* 4. Liber ascericus inscriptus: *Il Soccorso de' Poveri*. II. 207. I.

HILARII (S.) Arelatensis Episcopi, qui obiit an. CCCCXLIX. Sermo, olim editus de B. Honorato, postea, detractis aliquot versibus, ad B. Bernardi Abbatis Claraevallensis memoriam assumptus, III. 31. CVIII.

HILARII (S.) Episcopi Pictaviensis in Aquitania Galliae, qui an. CCCLXVIII. diem obiit supremum. De Sancta Trinitate Libri XII. contra Arrianos. II. 752 I. Commentaria super Matthaeum in varias sectiones divisa, pro diversis anni temporibus legendas. II. Liber de synodis. 753. IV. Explanationes in Psalmos XIX. 754. V. Aliae explanationes in XV. Psalmos Graduales. *Ibid.* Liber contra Constantium Augustum. VI. Liber ad eumdem Constantium. VII. Liber adversus Arrianum Auxentium, Mediolanensem Episcopum. VIII. Tractatus super Psalmo: *Beati immaculati in via &c.* IX. Aliae explanationes in Psalmos: *Beatus vir, qui non abiit &c.* & *Quare fremuerunt gentes*. 755. X.

HILARIONIS cuiusdam, monachi Veronensis, a Sixto IV. Pont. Max. Romam evocati, cuius Opera recensentur a March. Scipione Maffeio de Scriptorib. Veronens. pag. 114. Epigramma in laudem Operis Francisci Patricii de Institutione Reipublicae. II. 66. Cod. LXVII.

HILDEBERTI, S. Hugonis discipuli, qui ex monacho Cluniacensi, factus est primo Cenomanensis Episcopus, & inde Archiep. Turonensis, claruitque sub Henrico IV. vergente saec. XI. Poëmation versibus elegis de mystica Sacrificii Missae explicatione. II. 182. Cod. CXC. §. I.

HIPPOCRATIS Coi, qui saeculo ante Christum V. floruit, Epistola de ratione ventris, ac viscerum ad Antiochum Regem. I. 473. XIV. & II. 404. XI. Aphorismi latine redditi, versibus elegis. 255. Cod. XXIV. Epistolae XV. interprete Ranutio Florentino, cum Praefatione ad Nicolaum V. Pont. Max. 400. II. De regimine acutorum Liber. 420. III. Excerptum ex eius Prognosticis. 246. V.

HIPPOCRATIS alterius, diversi a Magno Hippocrate, Epistola ad Maecenatem suum. II. 406. II. Eadem italice. 122. I.

HIRONIS Episcopi, incertae aetatis, Oratio ad S. Ignatium Episcopum, & Martyrem directa. II. 316. II. & III. 9. XIX.

HIRTIVS Pansa. Vide *Caesar C. Iulius*.

HOMERI poëtae graeci, qui saec. ante Christum X. natus est, Hymni, graece. I. 533. IV. Iliados Liber primus per Carolum Arretinum in latinum conversus, carmine heroico. II. 439. Cod. C. §. I. Achillis Oratio ad Vlyssem, latine versa ab eodem Carolo, ut supra. 444. II. Batrachomyomachia versa in latinum ab eodem, ut supra. III. Orationes quaedam ex eius Carminibus excerptae, per Leonardum Arretinum in latinum translatae. 470. VIII. Tetrastichon elegiacum de ipso. I. 512. XXVI.

HOMILIARIA diversa, quorum primum in principio muti-

Digitized by Google

mutilum, incipit a Dominica II. de Adventu, & progreditur usque ad Dominicam ultimam post Pentecosten, congestum ex Homiliis SS. PP. Alcuini, Ambrosii, Augustini, Bedae, Fulgentii, Gregorii Papae, Hieronymi, Ioannis Chrysostomi, Leonis Papae, Remigii, & Anonymi, cum quo coniunctum est Lectionarium, & Passionale. I. 310. Cod. CXXXVI. Homiliarium secundum a Dominica I. de Adventu usque ad Sabbatum Sanctum, constans ex Homiliis SS. Patrum Alcuini, Ambrosii, Augustini, Bedae, Eusebii Pamphili, Fulgentii, Gregorii Papae, Hieronymi, Ioannis Chrysostomi, Isidori, Leonis Papae, Maximi, Origenis, Petri Damiani, Remigii, Severini Episcopi, & Anonymi. 343. Cod. CXXXVIII. Homiliarium tertium ab Adventu usque ad hebdomadam maiorem inclusive, constans ex Homiliis, & Sermonibus SS. PP. Alcuini, Ambrosii, Augustini, Bedae, Gregorii, Hieronymi, Io. Chrysostomi, Leonis, Maximi, Petri Chrysologi, Remigii, Severini, & Anonymi. 375. Cod. CXL. Homiliarium quartum a Dominica Resurrectionis ad Dominicam ultimam post Pentecosten, una cum Sermonibus in festa Sanctorum &c. congestum ex Homiliis, & Sermonibus SS. PP. Ambrosii, Athanasii, Augustini, Basilii Episcopi, Bedae, Ephraem, Fulgentii, Gregorii Papae, Hieronymi, Io. Chrysostomi, Leonis, Maximi, Origenis, Paulli Diaconi, Petri Damiani, Remigii, & Anonymi. 389. Cod. CXLI. Homiliarium quintum a feria IV. Cinerum usque ad Sabbatum Sanctum inclusive, congestum ex Homiliis SS. PP. Ambrosii, Augustini, Bedae, Gregorii Papae, Hieronymi, Io. Chrysostomi, Leonis Papae, Origenis, Remigii, Severini, & Anonymi. 409. Cod. CXLII. Homiliarium sextum per totius anni circulum, congestum ex Homiliis, & Sermonibus SS. PP. Ambrosii, Augustini, Ephraem, Eusebii Caesariensis, Fulgentii, Gregorii Papae, Hieronymi, Io. Chrysostomi, Isidori Episcopi, Iusti Vrgellensis Episcopi, Leonis Papae, Maximi, Paulli Diaconi, Severiani, seu Severini, & Anonymi. 418. Cod. CXLIII. Homiliarium septimum, praecipue in Dominicas post Pentecosten, & in varia festa Sanctorum, continens Homilias, & Sermones SS. PP. Ambrosii, Augustini, Bedae, Gregorii Papae, Hieronymi, Leonis, Remigii, & Anonymi. 578. Cod. XIV. Homiliarii fragmentum, constans ex Homiliis SS. Augustini, Basilii, Fulgentii, Gregorii, & Maximi. I. 308. LXXX. & seqq.

de HONESTIS Christophori, Bononiensis, Medicinae Doctoris eximii, qui florebat Bononiae an. MCCCXCI. Tractatus de Venenis, in quatuor partes distributus, & per problemata digestus. II. 244. II.

HONORATI II. Monachi Principis, an. MDCXLI. Declaratio missa ad Pontificem (Vrbanum VIII.) quare Hispanorum praesidium ab Arce Monachi sustulisset, data anno MDCXLI. die XVIII. Novembris. III. 363. Cod. CXXIX. §. II. Epistola ad Comitem de Sirvela, Mediolani Gubernatorem scripta, quum illi torquem Ordinis Velleris aurei remitteret. 364. num. I. Alia Epistola ad Pontificem praedictum, quum ab ipso absolutionem peteret. num. II.

HONORII III. antea Cencii Sabellii, Romani, Papae ab an. MCCXVI. die XVIII. Iulii ad an. MCCXXVII. diem XVIII. Martii, Constitutio pro confirmatione Regulae Ordinis Fratrum Minorum. II. 163. IV.

HORAE diurnae cum notis musicis ad usum chori. III. 141. Cod. CCXXVI.

HORATII Q. Flacci, Venusini, qui natus est an. Vrbis conditae. DCLXXXIX. ante Christum LXV. Carminum Libri quatuor. I. 507. Cod. CCI. §. I. & II. 500. I. & 501. I. & 502. I. Epodon. I. 508. II. & II. 500. II. & 501. III. & 502. II. Carmen Saeculare. I. 508. III. & II. 500. III. & 501. IV. Ars Poëtica. I. 508. IV. & II. 500. IV. & 501. II. & 502. III. & 503. I. & 517. II. Satyrarum Libri duo. I. 508. V. & II. 500. V. & 501. VI. Epistolarum Libri duo. I. 508. VI. & II. 500. VI. & 501. V. & 503. II. In eius Artem Poëticam Commentarius anonymi. 517. III. Initium alterius Commentarii in eamdem. I. 508. VI. Brevis notitia de eodem, & de eius Scriptis. II. 501. VI.

HORBORCH Willhelmus. Vide *Rotae Romanae Decisiones*.

HOSTIENSIS Card. Vide *Henricus de Barptolemaeis*.

d'HOZIER Caroli, a consiliis Franciae Regis, qui floruit an. MDCLXXXVII. & MDCLXXXVIII. Praefatio in *Biblioth. Leopold. T. III.* Arborem genealogicam familiae Lotharingicae. III. 436. Cod. CCI. Memorabilia super Privilegia Principum Lotharingicorum &c. 447. Cod. CCXI. §. I. & II.

HVGO Argentoratensis. Vide *Thomas de Saxonia*.

Fr. HVGONIS de Sancto Charo, S. R. E. Card. Presbyteri, tituli S. Sabinae, qui obiit an. MCCLX. Sermones Dominicales super Epistolas, & Evangelia de Tempore. I. 45. I. & seqq.

HVGONIS de S. Victore, Canonici Regularis Lateranensis, qui obiit an. MCXL. vel MCXLII. Liber de Sacramentis in partes XVIII. distributus. III. pag. 11. §. I. & 13. Cod. LXVI §. I. Didascalicon Libri sex. pag. 11. §. II. & 13. II. De Arca Ecclesiae Liber, pag. 11. §. III. De arca Noë Liber. IV. De tribus diebus per ea, quae in meditatione constat speculatio, seu Appendix ad Libros sex Didascalici. V. & 12. VIII. Liber Meditationum, seu Soliloquium de Arrha Animae. 12. VI. & 13. III. Eiusdem Confessio. 12. VII. & 13. III. Caput inscriptum *de tribus Silentiis*, seu Collatio prima de Verbo incarnato. 12. IX. Caput de quatuor Iudiciis, excerptum ex Dialogo eruditionis Theologicae de Sacramentis &c. X. Caput brevissimum de morte animae. XI. Caput de tribus osculis. XII. De differentia mundanae Theologiae, atque divinae. XIII. De claustro animae Libri quatuor. 13. XIV. Tractatus de laude Charitatis. IV.

HVGONIS cuiusdam Aurelianensis Primatis, de quo nihil apud Fabricium in Biblioth. med. & inf. Latinit. Opus rhythmicum, de expulsione propria conquerentis. II. 423. XVIII.

HVGVCCIONIS del Voglia, saec. XIV. Carmen Italicum, ternario metro, inscriptum: *It Sogno*, in fine mutilum. III. 325. VII.

HYMNARIA duo in folio atlantico, continentia hymnos, qui canuntur ad Vesperas, Matutinum, & Laudes in Officiis de Tempore, de Sanctis, & de Communi, cum notis musicis. III. 140. Cod. CCXXI. & CCXXII.

HYVANI Antonii, Sarezanensis, qui Volaterranae Reipublicae Cancellarius fuit an. MCCCCLXVI. Epistola ad Marsilium Ficinum autographa. II. 437. II.

I

IACOBI Gherardi, Volaterrani, Iacobi de Ammannatis S. R. E. Cardinalis, & Episcopi Papiensis a secretis, saec. XV. Diarium, sive rerum gestarum ab obitu ipsius Cardinalis Papiensis usque ad finem Pontificatus Sixti IV. Pont. Max. Commentaria Libris VI. comprehensa, una cum brevi ipsius Cardinalis vita. III. 364. Cod. CXXX.

IACOBI Veronensis, saec. XV. medio, de quo nulla fit mentio in Scriptorib. Veronens. Cl. Scipionis Maffei, Epitaphium in laudem Leonardi Arretini, versibus decem elegis. II. 473. XV.

IACOBI cuiusdam de Ordine Fratrum Minorum, saec. XIV. Meditatio de Vita Domini nostri Iesu Christi, italice. II. 241. Cod. VI. §. I.

IACOBI cuiusdam Benedicti, Palatini an. MDXCIV. Epistola ad Ferdinandum I. Medicem M. E. D. qua illi dono mittit Tractatum quemdam anonymi de Militia maritima. III. 204. Cod. LIII.

IACOBI cuiusdam Diaconi, Conversio, & Vita S. Pelagiae. II. 697. num XII. Hanc vitam ms. laudat Meursius in Glossario Graecobarbaro, latine autem versam in lucem profert Rosweidus in Vitis Patrum pag. 376.

IAMBLICHI Chalcidensis, philosophi Platonici, sub Constantino Magno, & eius filiis, atque etiam Iuliano Apostata, de Sacrificiis Aegyptiorum Liber, seu Responsiones ad quaestiones Porphyrii, interprete Marsilio Ficino, cum Epistola nuncupatoria ad Card. Ioannem Medicem. II. 435. Cod. XCVII. §. I.

